Audiens aũt iacob q̃ alimẽta venderent ĩ egipto: dixit filijs suis. Quare negligitis: Audiui q̃ triticũ venũdaꝫ in egipto. Descendite. et emite nobis necessaria: vt possim⁹ viuere: et nõ ꝓsumamur inopia. Descendentes igiꝫ fratres ioseph decẽ. vt emerent frumẽta ĩ egipto. beniamin domi retẽto a iacob: q̃ dixerat fratribꝫ ei⁹ ne forte in itinere q̃cq̃ paciaꝫ mali: ingressi sunt terrã egipti: cuꝫ aliijs q̃ pgebãt ad emẽdũ. Erat aũt fames ĩ terra chanaan: et ioseph erat pr̃inceps in terra egipti: atqꝙ ad eiꝰ nutũ frumẽta populis vendebanꝫ. Cũqꝙ adorassent eũ fres sui. ꝙ agnouisset eos. quasi ad alienos durius loquebaꝫ: ĩterrogãs eos. Unde venistis: Qui respõderũt. de terra chanaan: vt emamus victui necessaria. Ettam fratres ipse cognoscẽs: nõ est cognitus ab eis. Recordatusꝙ somniorum que aliquãdo viderat: ait ad eos. Exploratores estis: vt videatis infirmiora terre venistis. Qui dixerunt. Non est ita domine: sed serui tui venerunt vt emerent cibos. Omnes filij vniꝰ viri sumus. Pacifici venimus: nec quicq̃ famuli tui machinantur mali. Quibus ille respondit. Aliter est. Immunita terre huius considerare venistis. At ille dixeraꝫ. Duodecĩ inquntꝫ fres serui tui sumus: filij viri vniꝰ ĩ terra chanaan. Minimꝰ cuꝫ pr̃e nr̃o ē. aliꝰ ñ ē sup. Hoc ē ait qꝺ locutꝰ sũ. Exploratores estis. Jam nunc experimentũ vestri capiam. Per salutẽ pharaonis non egrediemini hinc: donec veniat frater vester minimꝰ. Mittite ex vobis vnuꝫ et adducat eũ: vos aũ eritis ĩ vĩcul. donec pbẽt q̃ dixistis: vtꝝ vera vel falsa sit. Alioq̃n ꝑ salutẽ pharaõis. exploratores estis. Tradidit ergo illos custodie. trib⁹ diebꝫ. Die aũ

6.

tercõ eductis ò carcere ait. Facite q̃ dixi: ꝙ viuetis. Deũ eĩ timeo. Si pacifici estis. frater vester vn⁹ liget in carcere: vos aũt abite. et ferte fruñta q̃ emistis in domos vestras. ꝙ fratrem vẽm minimũ ad me adducite: vt possim vẽos ꝓbare sermones. et nõ moriamini. Feceũt vt dixerat: et locuti sunt adinuicez. Merito hec patimur: qz peccauim⁹ in frez nr̃m. vidẽtes angustias anime illi⁹ dũ dep̃careṫ nos. ꝙ non audiuim⁹: idcirco venit sup nos ista tribulatõ. E quibꝫ vn⁹ ruben ait. Nunquid nõ dixi vobis nolite peccare ĩ puerum: ꝙ nõ audistis me? En sanguis ei⁹ exquirit̃. Nesciebant eĩ q̃ intelligeret ioseph: eoq̃ ꝑ interp̃tem loquereṫ ad eos. Auertitq̃ se parũper. ꝙ fleuit: et reuersus locutus est ad eos. Tollẽsq̃ simeon. et ligans illis ꝓsentibꝫ. Iussitq̃ ministris vt implerẽt saccos eoꝝ tritico: et reponerent pecunias singuloꝝ ĩ saccu-lis suis: datis supra cibarijs ĩ via. Qui fecerunt ita. At illi portantes fruñta ĩ azinis suis ꝓfecti sũt. Apertoq̃ vn⁹ sacco. vt daret iumento pabulũ ĩ diuersorio. contẽplatus pecuniã in ore sacculi: dixit fratribus suis. Reddita est mihi pecunia. En hẽ tur ĩ sacco. Et obstupefacti turbatiq̃. mutuo dixerũt. Quidnã ẽ hoc qõ fecit nobis de⁹? Venerũtq̃ ad iacob p̃ez suũ in terra chanaan: ꝙ narrauerṫ ei oñia q̃ accidissẽt sibi dicentes. Locut⁹ ẽ nobis dñs terre dure: ꝙ putauit nos exploratores eẽ ꝓuincie. Cui rñdim⁹. Pacifici sum⁹: nec vllas molimur ĩsidias. Duodecim frẽs vno p̃e geniti sum⁹: vn⁹ nõ ẽ sup: minim⁹ cũ p̃e nr̃o ẽ in terra chanaan. Qui ait nobis. Sic ꝓbabo qõ pacifici sitis. Frem vẽm vnũ dimittite apud me: ꝙ cibaria domibꝫ vestris necessaria sũmite. ꝙ abite. Fratrẽq̃ vestrũ minimũ adducite ad me. vt sciã quod non sitis exploratores: ꝙ istũ q̃ tenet̃ in vinculis recipe possitis: ac deinceps q̃ vultis emẽdi habeatis licẽciã. Hijs dictis. cũ fruñta effũderẽt. singuli reperieṫ ĩ ore saccoꝝ ligatas pecunias: exterritisq̃ simul oñib⁹. dixit p̃ iacob. Absq̃ liberis me esse fecistis. Joseph nõ ẽ sup: simeon tenet̃ in vinculis. ꝙ beniamin auferetis. In me hec oĩa mala reciderũt. Cui respondit ruben. Duos filios meos interfice: si nõ reduxero illũ tibi. Trade illũ in manu mea: ꝙ ego eum tibi restituã. At ille: nõ descendet inquit filius meus vobiscũ. Frater ei⁹ mortu⁹ ẽ: ꝙ ipe sol⁹ remãsit. Si q̃d ei aduersitatis acciderit in terra ad quam ꝓgitis: deducetis canos meos cum dolore ad inferos.

Capitulum. .XLIII.

Interim fames oñez terrã vehemẽter ꝑmebat: consumptisq̃ cibis q̃s ex egipto detulerãt dixit iacob ad filios suos. Reuertimĩ: ꝙ emite nobis pauxillum escarum. Respondit iudas. Denunciauit nobis vir ille sub attestacõne iurisiurandi. dicens. Non videbitis faciem meam: nisi fratrem vestrum minimũ adduxeritis vobiscum. Si ergo vis eum mittere nobiscum pergemus pariter ꝙ ememus tibi cibaria si autẽ non vis: nõ ibimus: vir eĩ (vt sepe dixim⁹) denunciauit nobis dicẽs. Non videbitis faciem meam absq̃ fratre vestro minimo. Dixit eis isrl̃. In meã hoc feciſtis miseriã: vt ĩdicaretis ei ꝙ aliũ habere vos frez. At illi respõderũt. Interrogauit nos hõ ꝑ ordinẽ nostrã ꝓgenie: si pater viueret: si haberem⁹ fratrez. Et nos respondim⁹ ei consequẽter: iuxta id qõ fuerat scisscitatus. Nũquid scire poteram⁹ q̃ dictur⁹ eẽt: adducite frez vẽm vobiscũ: Judas q̃ dixit p̃i suo. Mitte puez mecuz vt ꝓficiscamur ꝙ possemus viuere: ne moriamur nos et ꝓuli nostri. Ego suscipio puerum: de manu mea require illuz. Nisi reduxero ꝙ reddidero eũ tibi: ero peccati reus in te omĩ tẽpore. Si nõ interceſſisset dilatõ: iam vice altera veniſſem⁹. Igit̃ israel pater eoꝝ dixit ad eos. Si sic necesse ẽ. facite quod vultis. Sumite ò optimis terre fructibꝫ in vasis vẽis ꝙ deferte viro munera: modicũ resine ꝙ mellis. ꝙ storacis ꝙ stactes. therebinti. ꝙ amigdalaꝝ. Pecuniazq̃ duplicẽ ferte vobiscũ: ꝙ illã quã inueniſtis ĩ sacculis reportate: ne forte errore factuz sit. Sz ꝙ frez vẽm tollite: ꝙ ite ad virũ. Deus aũ me⁹ oĩpotẽs faciat vobis eũ placabilẽ: ꝙ remittat vobiscũ frez vẽm quẽ tenet ĩ viculis: ꝙ hũc beniamin. Ego aũ q̃si orbat⁹. absq̃ liberis ero. Tulerũt ergo viri munera ꝙ pecuniã duplicẽ ꝙ beniamin: descẽderũtq̃ ĩ egiptũ: ꝙ steterũt corã ioseph. Quos cũ ille vidiſſz ꝙ beniamin simul: ꝑcepit dispẽsatori dom⁹ sue dicẽs. Introduc viros domũ: ꝙ occide victimas. ꝙ istrue ꝓuiuiũ:

quoniam hodie mecū sūt comesturi ī me-
ridie. Fecit ille qđ sibi fuerat imperatū: ⁊
introduxit viros domum. Ibiq; exterriti
dixerūt mutuo. Propter pecuniā quā re-
tulim⁹ prius ī saccis nostris. ītroducti su
m⁹. vt deuoluat ī nos calūniā. ⁊ violenter
subiciat seruituti: ⁊ nos ⁊ azinos nostros.
Quāobrem ī ipis foribꝫ accedentes ad di-
spēsatorē. locuti sunt. Oram⁹ dñe vt audi
as nos. Jā ante descendim⁹. vt emeremus
escas: qbꝫ emptis. cū venissem⁹ ad diuer-
soriū. aperuim⁹ saccos nostros. ⁊ īuenim⁹
pecuniā ī ore saccoꝝ: quā nūc eodē ponde
re reportauim⁹. Sed ⁊ aliud attulim⁹ ar-
gētū: vt emam⁹ q̄ nobis necessaria sūt. Nō
ē ī nra ꝓscīa: qs posuit eā ī marsupijs no-
stris. At ille rndit. Pax vobiscū: nolite ti
mere. Deꝰ vester ⁊ deꝰ pris vestri. dedit vo
bis thesauros ī saccis vestris. Nā pecuniā
quaz dedistis mihi: probatam ego habeo.
Eduxitq; ad eos simeon. Et ītroductis do
mū attulit aquā: et lauerūt pedes suos: de-
ditq; pabulū azinis eoꝝ. Illi vero ꝓbant
munera: donec īgrederet̄ ioseph meridie.
Audierāt enī q̄ ibi comesturi eēnt panem.
Igit̄ īgressus est ioseph domū suā: obtule
rūtq; ei mūera. tenētes ī manibꝫ suis ⁊ ado
rauerūt pni in terrā. At ille clemēter resa-
lutatis eis. interrogauit eos dicens. Sa-
nusne ē pr̄ vester senex: de q̄ dixeratis mi-
hi: Adhuc viuit: Qui rndērūt. Sospes ē.
seruus tu⁹ pr̄ noster. Adhuc viuit. Et in-
curuati adorauerunt eū. Attollēs aūt io-
seph oculos: vidit beniamin fratrē suū v-
terinū. ⁊ ait. Jste ē fr̄ vester puul⁹: ꝺ q̄ di-
xeratis mihi: Et rursū. Deꝰ inq̄t miserea-
tur tui fili mi. Festinauitq; ī domū. q̄ cō
mota fuerāt viscera eī⁹ sup̄ fr̄e suo: et erū-
pebant lacrime: ⁊ introiēs cubiculū fleuit.
Rursūq; lota facie egressus. cōtinuit se: et
ait. Ponite panes. Quibꝫ appositis: seorsū
ioseph. et seorsū frībꝫ. egipcijs q̄ q̄ vescebā
tur simul seorsū: illicitū ē eī egiptijs come
dere cū hebreis. ⁊ ꝓphanū putāt huiuscemo
di cōuiuiū: sederūt corā eo. primogenitus
iuxta primogenita sua. et minim⁹ iuxta e-
tatē suā. Et mirabant̄ nimis: sumptis pti
bus quas ab eo acceperāt. Maiorq; ps ve-
nit beniamin: ita vt quīq; ptibꝫ excederet.
Biberūtq; ⁊ inebriati sunt cum eo.

Capitulum. XLIIII.

Dixit aūt ioseph dispēsatori do
m⁹ sue dicens. Jmple saccos eorū
frumēto q̄ntū possunt cape: et po-
ne pecuniaz singulorꝫ in summitate sacci.
Ciphū autem meū argenteū. ⁊ pciuz quod
dedit tritici: pone ī ore sacci iunioris. Fa-
ctumq; est ita. Et orto mane. dimissi sunt
cū azinis suis. Jāq; urbē exierāt. et pcesse- 5.
rāt paululū. Tūc ioseph accersito dispēsa-
tore dom⁹ ait. Surge inquit et persequa-
re viros: ⁊ apprehensis dicito. Quare red-
didistis malum ꝓ bono: Cipbus quē fura-
ti estis: ipse est in quo bibit dominus me⁹
⁊ in quo auguriari solet. Pessimā rē feci-
stis. Fecit ille vt iusserat: et apprehensis p
ordinē locutus est. Qui respondēr̄t. Qua-
re sic loquit̄ dominus noster: vt serui tui
tm̄ flagicij cōmiserint: Pecuniā quam in-
uenimus in sūmitate saccorum. reportaui
mus ad te ꝺ terra chanaan. Et quō conse-
quens est. vt furati simus de domo domi-
ni tui aurum vl̄ argentuz: Apud quēcūq;
fuerit inuentū seruoꝝ tuoꝝ quod queris
moriat̄: ⁊ nos erim⁹ serui domini nostri.
Qui dixit eis. Fiat iuxta vrāz sētēciā. A-
pud quēcūq; fuerit inuētuz. ipe sit seruus
me⁹. vos aūt eritis innoxij. Itaq; festinato
deponētes ī trā saccos: aperuer̄t singuli.
Quos scrutat⁹. incipiēs a maiore vsq; ad
mīmū: īuenit cipbuz ī sacco beniamin. At
ille scissis vestibꝫ. oneratisq; rursū azinis.
reuersi sūt ī opidū. Ꝑmusq; iudas cū frīb⁹
ingressus ē ad ioseph. Necdū eī de hoc loco
abierat. Oēsq; añ eū pīter ī terrā corruer̄t.
Quibꝫ ille ait. Cur sic agere voluistis: An
ignoratis q̄ ñ sit simil̄ mei ī auguriādi sci
encia: Cui iudas. Quid rndebim⁹ inq̄t dño 6.
meo. vl̄ qđ loq̄mur: aut iuste potērim⁹ ob
tēdere: Deꝰ īuenit īiq̄tatē seruoꝝ tuoꝝ. Ec-
oēs serui sum⁹ dñi mei: ⁊ nos ⁊ apud quez
inuētus ē cipbus: Rndit ioseph. Absit a
me: vt sic agā. Qui furat⁹ est cipbū ipe sit
seru⁹ meus: vos aūt abite liberi ad pr̄em 7.
vestrum. Accedēs aūt propi⁹ iudas. ꝓfitē-
ter ait. Oro domine audi me: vt loquatur
seruus tu⁹ verbū ī auribꝫ tuis: ⁊ ne iraſca
ris famlo tuo. Tu es enī p⁹ pharaonē dñs
me⁹. Interrogasti prius seruos tuos bētis
pr̄em aut fr̄em: ⁊ nos rndim⁹ tibi domino
meo. Est nobis pater senex: ⁊ puer puul⁹
q̄ in senectute illi⁹ nat⁹ est. cuius vterin⁹

frater est mortuus: et ipsuz solū habet mr̄ sua: pater vero tenere diligit eum. Dixi-stiqz seruis tuis. Adducite eū ad me: et po nam oculos meos super illum. Suggessi-m⁹ tibi dño meo: nō pt̄ puer relinq̄re pr̄ez suū. Si em̄ illū dimiserit morieť. Et dixi-sti seruis tuis. Nisi venerit fr̄ vester mini m⁹ vobiscū: nō videbitis ampli⁹ faciē meā. Cū ergo ascēdissem⁹ ad famulū tuuz pr̄em nostrum: narrauim⁹ ei oīa q̄ locut⁹ ē dñs me⁹. Et dixit pater noster. Reuertimini: et emite nobis parū tritici. Cui dixim⁹. Non possum⁹ ire. Si frater noster minim⁹ de-scenderit nobiscū. proficiscemur simul: ali oq̄n ille absente. nō autem⁹ videre faciem viri. At ille rñdit. Vos scitis q̄ duos fili os genuerit mihi vxor mea. Egress⁹ ē vn⁹ et dixistis bestia deuorauit eū: et hucusq̄ n̄ cōparet. Si tuleritis et istū et aliq̄d ei i via contigerit: deducetis canos meos cū mero re ad inferos. Igit̄ si intrauero ad seruū tuum pr̄em nostrū et puer defuerit: cū ani ma illius ex huius aīa dependeat. videritq̄ eū non esse nobiscum. morietur: et deducēt famuli tui canos eius cuz dolore ad infe-ros. Ego p̄e seruus tu⁹ sim: q̄ i meā hunc recepi fidē. et spopōdi dicens. Nisi reduxe-ro eū: peccati reus ero i patrez meū oīm tēpore. Manebo itaq̄ seruus tu⁹ p puero i ministerio dñi mei: et puer ascendat cuz fratribz suis. Non em̄ possū redire ad pr̄ez absentē puero: ne calamitatis que oppres-sura est patrē meū. testis assistam.

Capitulum. .XLV.

Non se poterat vlt̄ cohibere ioseph. multis corā astantibz: vnde prece-pit vt egrederentur cuncti foras: et nullus interesset alienus agnicioni mu-tue. Eleuauitq̄ vocem cū fletu: quam au-dierunt egiptij omnisq̄ dom⁹ pharaonis: et dixit fratribz suis. Ego sum ioseph. Ad-huc pater me⁹ viuit: Nō poterant rñdere fratres: nimio terrore pterriti. Ad quos ille clementer: accedite inquit ad me. Et cū appropinquassent p̄e: ego sū ait ioseph frater vester: quē vēdidistis i egiptū. Noli-te pauere: neq̄ vobis durū eē videat q̄ vē didistis me i hijs regionibz. Pro salute em̄ vr̄a misit me de⁹ ante vos i egiptū. Bien-niū ē ei q̄ cepit fames eē i terra: et adhuc q̄nq̄ anni restant. quibz nec arari poterit nec meti. Premisitq̄ me de⁹ vt reseruemi-ni sup terram: et escas ad viuendū habere possitis. Nō vestro cōsilio sed dei volunta-te huc missus sū: qui fecit me quasi patrez pharaonis. et dñm vniuerse dom⁹ eius: ac principem in om̄i terra egipti. Festinate et ascēdite ad patrez meū: et dicetis ei. Hec mandat filius tuus ioseph. Deus fecit me dñm vniuerse terre egipti. Descēde ad me ne moreris: et habitabis i terra iessen. Eris q̄ iuxta me. tu et filij tui. et filij filioz tuo-rum oues tue. et armenta tua. et vniuersa q̄ possides: ibiq̄ te pascam. Adhuc em̄ q̄n-q̄ anni residui sunt famis: ne et tu pereas. et om̄is dom⁹ tua: et om̄ia q̄ possides. Ēn ocu li vestri. et oculi fr̄is mei beniamin vidēt: q̄ os meū loquatur ad vos. Nūciate patri meo vniuersā gloriaz meā: et cūcta que vi didistis i egipto. Festinate: et adducite eū ad me. Cūq̄ amplexatus recubuisset in collum beniamin fr̄is sui fleuit: illo q̄q̄ similit̄ flen te similiter sup collū eius. Obsculatusq̄ est ioseph om̄es fratres suos: et plorauit super singulos. Post q̄: ausi sunt loq̄ ad eū. Au-ditūq̄ est et celebri sermone vulgatū i au-la regis: venerūt fr̄es ioseph. Et gauisus ē pharao: atq̄ om̄is familia eius. Dixitq̄ ad ioseph: vt imperaret fr̄ibz suis dicens. Onerantes iumēta ite i terraz chanaan. et tollite inde p̄ez vr̄m et cognacōez. et venite ad me: et ego dabo vobis omnia bona egi-pti. vt comedatis medullam terre. Preci-pe etiā vt tollant plaustra ō terra egipti: ad subuectōem puulox suox ac ꝯiugū. Et dicito. Tollite p̄ez vr̄m. et festinate q̄ntoci⁹ venientes: nec dimittatis q̄q̄ ō suplectili vra: q̄ oēs opes egipti vre erūt. Feceř̄tq̄ filij isr̄l: vt eis mādatuz fuerat. Quibz de-dit ioseph plaustra. scōm pharaonis impe riū: et cibaria in itinere. Singulis q̄q̄ p̄feri iussit binas stolas: beniamin vero dedit tricētos argēteos. cū q̄nq̄ stolis optimis: tātūdem pecunie et vestiū mittēs p̄i suo: addēs eis azinos decē. q̄ subueherēt. ex oī-bus diuicijs egipti: et totidez azinas triti-cū i itinere. panesq̄ portantes. Dimisit q̄ fr̄es suos: et pficiscētibz ait. Ne irascamini i via. Qui ascēdentes ex egipto. venerūt in terrā chanaan ad p̄ez suū iacob: et nūcia uerūt ei dicētes. Joseph fili⁹ tu⁹ viuit. et ipe domīatur i om̄i terra egipti. Quo audito

iacob:quasi ꝺ graui somno euigilās.tamꝫ nō credebat eis:illi econtra referebāt oēm ordinem rei.Cunqꝫ vidisset plaustra ⁊ vni uersa que miserat: reuixit spiritus eius.⁊ ait.Sufficit mihi si adhuc ioseph filiꝰ meus viuit:vadam et videbo illuꝫ anteq̄ mo riar. ¶Capitulum. XLVI.

PRofectusqꝫ isrł cuꝫ oīb que habebat.venit ad puteū iuramenti: et mactatis ibi victimis deo pr̄is sui ysaac.audiuit eum p visionē nocte vocantem se:et dicentē sibi.Jacob iacob.Cui respondit.Ecce assum.Ait illi deus.Ego suꝫ fortissimꝰ deꝰ pr̄is tui. Noli timere:sed descende in egiptū:qr̄ ī gentē magnā faciā te ibi.Ego descendā tecū illuc:⁊ ego inde adducā te reuertentē.Joseph q̄ꝫ ponet manꝰ suas sup oculos tuos.Surrexit iacob mane a puteo iuramēti:tulerūtqꝫ eū filij cuꝫ puerł et vxoribꝫ suis.ī plaustris q̄ miserat pharao ad portandū senē:et oīa q̄ possiderat in terra chanaan. Venitqꝫ in egiptū cū oīi semine suo:filij eiꝰ et nepotes: filie ⁊ cūcta simul pgenies.Hec sūt aūt noīa filiorꝫ isrł.qui ingressi sunt in egiptū:ipi cū liberis suis.Primogenitꝰ ruben.Filij ruben:enoch ⁊ phallu.⁊ esrom ⁊ charmi.Filij symeon:iemuhel.⁊ iamin.⁊ zachob.⁊ iachin.⁊ soer.et saul filiꝰ chananithidis.Filij leui:gerson.⁊ chaath.⁊ merari.Filij iuda:her.et onan.et sela.et phares.et zara. Mortui sunt autē her et onan ī terra chanaan . Natiqꝫ sunt filij phares : esrom et amul .Filij ysachar:thola ⁊ phua.⁊ iobab et semrō.Filij zabulon:sareth.⁊ chelon.⁊ iahelel.Dij filij lye.quos genuit ī mesopotamia syrie:cuꝫ dina filia sua.Oēs aie filiorꝫ eiꝰ et filiarū trigintatres.Filij gad:sephion.⁊ aggi.et suphi. et esebon.⁊ suni.et beeri.⁊ arodi.⁊ areli. Filij aser.iamne.et iesua.et iesui.et beria.zara q̄ soror eorꝫ. Filij beria: heber et melchiel. Dij filij zelphe.quā dedit laban lie filie sue:⁊ hos genuit iacob.sedecim aīas.Filij rachel vxoris iacob:ioseph et beniamin. Natiqꝫ sunt ioseph filij in terra egipti :q̄s genuit ei asseneth filia phutifaris sacerdotis heliopoleos.manasses.⁊ effraim.Filij beniamin: bela.et bechor.⁊ asbel.et gera.⁊ naaman. ⁊ iechri.⁊ iethros.mophim ⁊ ofim.⁊ ared.

Dij filij rachel quos genuit iacob: omnes anime quatuordecim.Filij dan:vsim. Filij neptalim:iasiel.⁊ guni.⁊ ieser.⁊ salem . Dij filij bale.quaꝫ dedit laban racheli filie sue:et hos genuit iacob: omnes anime septē.Cūctaq̄ aīe que ingresse sunt cū iacob in egiptum:⁊ egresse sunt ꝺ femore illius. absq̄ vxoribꝫ filiorꝫ eius:sexaginta sex.Filij autē ioseph.q̄ nati sūt ei in terra egipti: aīe due.Oēs aīe domus iacob.que īgresse sunt in egiptū:fuere septuaginta.Misit aūt iacob iudaꝫ ante se ad ioseph ī egiptū vt nunciaret ei :et ille occurreret ī iessen . Quo cū pueniss̄et iūcto ioseph curru suo. ascendit obuiā pr̄i ad eūdē locum: videsq̄ eū irruit sup collū eiꝰ:⁊ inter amplexꝰ fleuit.Dixitqꝫ pater ad ioseph.Jā letus moriar qr̄ vidi faciē tuā:⁊ supstitē te relinq̄. Et ille locutꝰ est ad fratres suos:et ad oēz domū pr̄is sui.Ascendā et nūciabo pharaoni:dicā q̄ ei.Frēs mei et domꝰ pr̄is mei q̄ erant ī terra chanaan.venerunt ad me: et sunt viri pastores ouium curāq̄ habēt alendorum gregū. Pecora sua.et armēta et omnia que habere potuerunt. adduxerūt secū.Cūqꝫ vocauerit vos.⁊ dixerit.qꝺ est opus vestrum:respondebitis.Viri pastores sumus serui tui.ab infantia nostra vsq̄ in presens:et nos ⁊ patres nostri.Hec autem dicetis. vt habitare possitis ī terra iessen:quia detestantur egiptij omnes pastores ouium. ¶Capitulum. XLVII.

INgressus ergo ioseph: nunciauit pharaoni dicēs.Pater meus ⁊ fratres.oues eorum ⁊ armēta.⁊ cuncta q̄ possident.venerūt ꝺ terra chanaan: et ecce consistunt ī terra iessen.Extremos q̄ꝫ fratrū suorꝫ quinqꝫ viros.constituit coram rege.Quos ille ītergogauit.Quid habetis operis:Rndерūt.Pastores ouiū sumꝰ serui tui:et nos et pr̄es nr̄i. Ad peregrinādū in terrā tuā venimꝰ:qm̄ nō ē herba gregibꝫ seruorꝫ tuorū.in graues cēte fame in terra chanaan.Petimusqꝫ vt eē nos iubeas seruos tuos ī tra iessen.Dixit itaqꝫ rex ad ioseph.Pater tuus et fratres tui venerūt ad te. Terra egipti in conspectu tuo est:ī optimo loco fac eos habitare:et trade eis terrā iessen.Quod si nosti ī eis eē viros industrios:cōstitue illos magistros

pecorũ meoꝝ. Post hec introduxit ioseph patrez suũ ad regez :ꝙ statuit eum coram eo. Qui benedicens illi:ꝙ interrogatus ab eo. quot sunt dies annoꝝ vite tue: respondit. Dies peregrinacõnis vite mee centũ triginta annoꝝ sunt. parui ꝙ mali: et non peruenerunt vsqꝫ ad dies patruꝫ meoꝝm quibꝫ peregrinati sunt. Et benedicto rege. egressus est foras. Joseph vero patri ꝙ fratrib⁹ suis dedit possessionez in egipto ī optimo terre solo rameſſes. vt ꝓcepat pharao:ꝙ alebat eos: omnezqꝫ domũ patris sui prebens cibaria singulis. In toto eñ orbe panis deerat:ꝙ oppresserat fames terrã. maxime egipti ꝙ chanaan. Ē quibꝫ omnem pecuniã congregauit pro vendicõe frumẽti:ꝙ intulit eaz in erariũ regis. Cunqꝫ defecisset emptoribꝫ preciũ: venit cũcta egipt⁹ ad ioseph dicẽs. Da nobis panes. Quare moriꝝmur corã te. deficiẽte pecunia: Quibꝫ ille respõdit. Adducite pecora vestra ꝙ dabo vobis ꝓ eis cibos: si ꝓciuz non habetis. Que cũ adduxissent dedit eis alimẽta ꝓ eqs ꝙ ouibꝫ ꝙ bobꝫ ꝙ azinis. sustẽtauitqꝫ eos illo anno pro cõmutacõne pecoꝝ. Venerũt qꝫ anno scdo:ꝙ dixerũt ei. Non celam⁹ dño nr̃o q⁹ deficiẽte pecunia. pecora simul defecerũt: nec clam te ẽ: q⁹ absqꝫ libis corꝑibꝫ ꝙ terra nihil habem⁹. Cur ergo moriemur te videte: Et nos ꝙ terra nr̃a tui erim⁹. Eme nos ī seruitutẽ regiã. et ꝑbe semina: ne pereunte cultore redigat terra ī solitudiez. Emit igit ioseph oẽz terrã egipti: ventẽtibꝫ singul' possessiones suas ꝓe magnitudie famis. Subiecit eãqꝫ pharaoni. ꝙ cunctos ꝑpl'os ei⁹ a nouissimis terminis egipti vsqꝫ ad extremos fines ei⁹ ꝑter terrã sacerdotũ q̃ a rege tradita fuerat eis qb⁹ et statuta cibaria ex horreis publicis ꝑbebant: ꝙ idcirco nõ sunt cõpulsi vendere possessiones suas. Dixit ergo ioseph ad ꝑpl'os. Ēn vt cernitis ꝙ vos ꝙ terram vr̃am pharao possidet. Accipite semĩa ꝙ serite agros: vt fruges habere possitis. Quĩtã ꝑte regi dabitis: q̃tuoꝝ reliq̃s ꝑmitto vobis ī sementẽ. ꝙ ī cibũ familijs et liberis vr̃is. Qui rñdert. Salus nr̃a ī manu tua ẽ. Respiciat nos tm̃ dñs noster: ꝙ leti seruiem⁹ regi. Ex eo tpe vsqꝫ ī ꝑsentẽ die ī vniuersa terra egipti regibꝫ quinta ꝑs soluit: et factũ ẽ quasi ī legẽ. absqꝫ terra sacerdotali: q̃ libera ab hac condicõne fuit. Habitauit ergo israel in egipto. id est ī terra iessen ꝙ possedit eã: auctusqꝫ est ꝙ multiplicat⁹ nimis:ꝙ vixit ī ea decẽ ꝙ septẽ ãnis. Factiqꝫ sunt oñes dies vite illius centuz q̃dragintaseptẽ annoꝝũ. Cunqꝫ appropinq̃re cerneret diẽ mortis eius. vocauit filiũ suum ioseph:ꝙ dixit ad eum. Si inueni gratiaz in conspectu tuo. pone manuz tuã sub femore meo.ꝙ facies mihi misericordiaz ꝙ veritatẽ: vt non sepelias me in egipto: sed dormiaz cum patribus meis:ꝙ auferas me de terra hac. condasqꝫ me in sepulcro maiorũ. Cui respondit ioseph. Ego faciã quod iussisti. Et ille: iura ergo īquit mihi. Quo iurante: adorauit israel dominuz conuersus ad lectuli caput.

Capi. XLVIII.

His itaqꝫ transactis nunciatuz est ioseph. q⁹ egrotaret pater su⁹. Qui assumptis duobus filijs manasse ꝙ ephraim: ire perrexit. Dictũqꝫ est seni. Ecce filius tuus ioseph venit ad te. Qui confortatus sedit in lectulo. Et ingresso ad se ioseph ait. Deus oñipotens apparuit mihi in luza. q̃ est in terra chanaan: bñdixitqꝫ mihi:ꝙ ait. Ego te augebo et mlt̃iplicabo:ꝙ faciã te ī turbas ꝑpl'oꝝ. Daboqꝫ tibi terrã hãc. ꝙ semĩ tuo pt⁹te: ī possessionem sẽpiternã. Duo ergo filij tui q̃ nati sũt tibi ī terra egipti añq̃ huc venirẽ ad te mei erũt ephraim ꝙ manasses: sicut simeon ꝙ ruben reputabũt mihi. Reliq̃s aũt q̃s genueris p⁹ eos tui erũt: et noĩe fratꝝ suoꝝ vocabũt ī possessionibꝫ suis. Mihi ei qñ veniebaz ỏ mesopotamia. mortua est rachel in terra chanaan: ī ipo itinere. Eratqꝫ vernũ tp̃us. Et ingrediebar ephrataz. et sepeliui eã iuxta viã ephrate q̃ alio noĩe vocabat bethleem. Elitẽs aũt filios ei⁹. dixit ad euz. Qui sunt isti: Rñdit. Filij mei sũt: q̃s donauit mihi dñs ī hoc loco. Adduc inquit eos ad me: vt bñdicã ill'. Oculi ei isr'l caligabãt p̃ nimia senectute:ꝙ clare videre nõ poterat. Applicatosqꝫ ad se deosculatos. et circũplex⁹: dixit ad filiũ suũ. Nõ sum fraudat⁹ aspectu tuo: īsup oñdit mihi de⁹ semĩ tuũ. Cũqꝫ tulisset eos ioseph ỏ gremio patris. adorauit pnus ī terrã:ꝙ posuit ephraim ad dexterã suã ib ẽ ad sinistrã isr'l: manassen vero in sinistra sua ad dexteram scz

patris:applicuitq; ambos ad eũ. Qui extẽ
dens manũ dexterã. posuit super caput ef-
fraim minoris fratris: siniſtrã aũt sup ca-
put manasse qui maior natu erat: commu
tãs man⁹. Benedixitq; iacob filios ioseph:
z ait. Deus ī cui⁹ cõspectu ambulauerunt
pres mei abrahaz z ysaac: deus qui pascit
me ab adolescentia mea vsq; in presentem
diẽ: angel⁹ q eruit me ō cũctis malis. bẽ-
dicat pueris istis: et inuocet sup eos no-
mẽ meũ. nomina q; pẽm meor abraham z
ysaac: et crescant ī multitudine sup terrã.
Videbs aũt ioseph q; posuisset pr su⁹ dexterã
manum sup caput effraim: grauiter acce-
pit. Et apprehẽsã manũ pris. leuare cona-
tus est. ō capite effraim: et transferre sup
caput manasse. Dixitq; ad pres. Nõ ita cõ
uenit pater: quia hic ẽ primogenitus. Po-
ne dexterã tuã sup caput ei⁹. Qui rẽnuẽs
ait. Scio fili mi scio. Et iste quipe erit ī
populos. et multiplicabit: sed frater eius
minor maior erit illo: et semẽ illi⁹ crescet
ī gẽtes. Benedixitq; eis in tpe illo dicẽs. In
te bẽdicet israh: atq; dicet. Faciat tibi de⁹
sicut effraim et sicut manasse. Constituit-
q; effraim ãte manassen. Et ait ad ioseph
filiũ suũ. En ego morior: z erit deus vobi-
scũ: z reducz vos ad trã pm vror. Do tibi
pte vnã extra frres tuos: quã tuli ō manu
amorrei ī gladio z arcu meo. Ca. XLIX.

Vocauit aũ iacob filios suos: z ait
eis. Congregamini: vt ãnũciẽ que
vẽtura sunt vobis ī diebs nouissi-
mis. Cõgregamini et audite filij iacob: au
dite israh prez vestr. Ruben primogenitus
meus. Tu fortitudo mea: et principiũ do
loris mei. Prior ī donis: maior ī imperio.
Effusus es sicut aqua. Nõ crescas: qr ascẽ-
disti cubile pris tui: et maculasti stratum
ei⁹. Simeon z leui fratres: vasa iniqtatis
bellantia. In cõsiliuz eor nõ veniat aia
mea. z ī cetu illor nõ sit gloria mea: quia
in furore suo occiderũt virũ: et ī volũtate
sua suffoderũt murũ. Maledict⁹ furor eo-
rũ qr ptinax: z ībignatõ eor qr dura. Di-
uidam eos ī iacob: et dispgam eos in israh.
Juda: te laudabũt fratres tui. Man⁹ tue
in ceruicibs inimicorũ tuor: adorabũt te
filij pris tui. Catul⁹ leonis iuda. Ad pre-
dam fili mi ascendisti requiescẽs accubui-
sti vt leo z q̃si leena. Quis suscitabit eum?

nõ auferet sceptrũ ō iuda. et dux ō femo
re eius: donec veniat q mittẽdus est: z ipe
erit expectacõ gentiũ. Ligãs ad vineã pul
lum suũ: z ad vitẽ o fili mi azinã suã. La-
uabit ī vino stolã suã: z ī sãguine vue pal
liũ suũ. Pulcriores sunt oculi eius vino. z
dentes eius lacte candidiores. Zabulon ī
litore maris habitabit: z in stacõne naui-
uz: ptingẽs. vsq; ad sidonẽ. ysachar azin⁹
fortis: accubãs inter terminos. Vidit req
em q; eẽt bona. z terrã q; optima: z sup-
posuit humerũ suũ ad portandus: factusq; ẽ
tributis seruiẽs. Dan iudicabit populum
suum: sicut z alia trib ī isrl. Fiat dan co
luber ī via. cerastes ī semita: mordẽs vngu
las eq: vt cadat ascensor eius retro. Salu
tare tuũ expectabo dne. Gad accinct⁹ pli-
abit ante eũ: z ipe accinget retrorsũ. Aser
pinguis panis ei⁹: z pbebit delicias regib.
Neptalim ceruus emissus: z dans eloquia
pulcritudinis. Filius accrescens ioseph:
fili⁹ accrescẽs et decorus aspectu. Filie di-
scurrerunt sup muruz: sed exasperauerũt
eũ. z iurgati sunt: inuiderũtq; illi habẽtes
iacula. Sedit in forti arcus ei⁹ et dissolu-
ta sunt vincula brachior z manuũ illius.
p man⁹ potentis iacob. Inde pastor egres-
sus est: lapis isrl. De⁹ patris tui erit ad-
iutor tuus. et omipotẽs benedicet tibi be-
nedictõib celi desuper. benedictõib abissi
iacentis deorsum: benedictionib vberum
z vulue. Benedictões pris tui. confortа-
te sunt benedictõnib patrum eius: donec
veniret desiderium collium eternor. Fiãt
in capite ioseph et ī vertice nazarei: inter
fratres suos. Beniamin lupus rapax: ma-
ne comedet pdaz: z vespere diuidet spolia.
Omnes hij ī tribub israel duodecim. Hec
locut⁹ est eis pater suus: benedixitq; sin-
gulis benedictõib pprijs. z precepit eis di-
cens. Ego congregor ad populum meum.
Sepelite me cum patrib meis in spelun-
ca duplici. que est ī agro ephron ethei. cõ-
tra mambre in terra chanaan: quaz emit
abrahaz cũ agro. ab ephron etheo ī posses-
sionem sepulcri. Ibi sepelierũt eũ: z saraz
uxorẽ eius. Ibi sepultus est ysaac cuz re-
becca coniuge sua. Ibi lia condita iacz.
Finitisq; mãdatis q̃b filios instruebat.
collegit pedes suos sup lectulũ z obijt: ap
positusq; ẽ ad pplm suũ. Capitulũ. L.

T.6.

Quod cernens ioseph: ruit sup faciē pris flens et deosculās eū: pcepitq; seruis suis medicis: vt aromatibꝫ ꝺirēt pīez. Quibꝫ iussa explētibꝫ: trāsierūt q̄draginta dies. Iste quippe mos erat cadauer ꝺitoꝝ. Fleuitq; eū egipt⁹ septuagīta diebꝫ. Et expleto plāctus tpe: locutus est ioseph ad familiā pharaonis. Si inueni gr̄am in ꝓspectu vr̄o. loq̄mini in auribꝫ pharaonis: eoq; pr̄ me⁹ adiurauerit me dicēs. En morior: ī sepulcro meo quod fodi mihi in terra chanaan. sepelies me. Ascendā igit̄ et sepeliā pr̄em meuz: ac reuertar. Dixitq; ei pharao. Ascende et sepeli pr̄em tuū: sicut adiuratus es. Quo ascendēte: ierūt cū eo oēs senes dom⁹ pharaōis. cūctiq; maiores natu terre egipti: dom⁹ ioseph cū frībꝫ suis absq; paruul': et gregibꝫ atq; armētis: que dereliquerūt in terra iessen. Habuit q̄z in comitatu curr⁹ et equites: et facta est turba nō modica: venerūtq; ad areā agad que sita est ī ns iordanē: vbi celebrātes exequias plāctu magno. atz vehemēti. impleuerūt septē dies. Qꝺ cū vidissent habitatores terre chanaā dixerūt. Plāctus magn⁹ est iste egipcijs. Et idcirco vocatū est nomē loci illi⁹ planctus egipti. Fecerūt g̃ filij iacob sicut pcepat eis et portātes eū in terrā chanaan: sepelierūt eū in spelūca duplici: quā emerat abraha cū agro in possessionē sepulcri ab ephrō etheo: ꝓtra faciē mābre. Reuersusq; est ioseph in egiptū cū frībꝫ suis et oī comitatu: sepulto pr̄e. Quo mortuo timētes frēs eius et mutuo colloq̄ntes: ne forte memor sit iniurie quā passus et reddat nobis om̄e maluz qꝺ fecimus: mādauer̄t ei. Pater tu⁹ pcepit nobis antēq; moreret: vt hec tibi verbis illi⁹ dicerem⁹. Obsecro vt obliuiscaris sceleris fratrū tuoꝝ: et pec cati atz malicie quā exercuer̄t in te. Nos quoq; oram⁹: vt ꝺeus ꝺei pr̄i tui ꝺimittat iniquitatē hāc: qꝺ audiens fleuit ioseph: venerūtq; ad eū frēs sui: et pni adorantes in terrā dixerūt. Serui tui sumus. Quibꝫ ille rñdit. Nolite timere. Nū ꝺei possumus resistere voluntati? Vos cogitastis de me malū: sed ꝺeus vertit illud in bonū: vt exaltaret me sicut in pñtiaꝝ cernitis et saluos faceret multos ꝑ̄los. Nolite timere. ego pascam vos et paruulos vestros. Cō

8.

solatusq; est eos et blande et leniter est locutus et habitauit in egipto cū oī ꝺomo pr̄is sui. Vixitq; centūꝺecē annis et vidit effraim filios vsq; ad tercia generationē. Filij quoq; machir filij manasse nati sunt in genibꝫ ioseph. Quibꝫ trāsactis: locutus est fratribꝫ suis. Post mortē meā ꝺeus visitabit vos et ascendere vos faciet de terra ista ad terrā quā iurauit abraham. ysaac et iacob. Cūq; adiurasset eos atz ꝺixisset. ꝺe⁹ visitabit vos. asportate ossa mea vobiscū ꝺe loco isto mortu⁹ē. expletis centūꝺecem vite sue annis et ꝺitus aromatibus repositus est in loculo in egipto.

„ cuig terminationes sunt iq.

Explicit genes: Incipit elleſmoth quē nos Exodi dicim⁹. Capitulū .I.

Ec sunt nomīa filioꝝ isrl̄ qui ingressi sunt ī egiptū cum iacob. Singuli cum ꝺomibꝫ suis introierunt. Ruben. simeon. leui. iudas. ysachar. zabulon. et beniamin. ꝺan et neptalī. gad et aser. Erāt igit̄ omnes anime eoꝝ qui egressi sunt de femore iacob. septuaginta. Joseph autem in egipto erat. Quo mortuo et vniuers fratribꝫ eius omniq; cognatōe sua: filij israhel creuerūt et quasi germinantes multiplicati sunt: ac roborati nimis impleuer̄t terrā. Surrexit interea rex nouus super egiptum: qui ignorabat ioseph. Et ait ad populuz suum. Ecce popul⁹ filioꝝ israhel mult⁹ ē et fortior nobis est. Venite sapient̄ opprimamus eum: ne forte multiplicetur: etsi ingruerit contra nos bellum: addat̄ inimicis nostris: expugnatisq; nobis. egrediat̄ de terra. Preposuit itaq; eis magistros operꝝ: vt affligerent eos oneribꝫ. Edificaueruntq; vrbes tabernaculorum pharaoni. phiton et ramasses. Quantoq; opprimebant eos tantomagis multiplicabantur et crescebāt. Oderantq; filios israhel egipcij: et affligebant illudentes et inuidentes eis: atq; ad amaritudinem perducebant vitam eoꝝ operibus duris luti et later̄is: omni quoq; famulatu quo in terre operibus premebantur. Dixit autez rex egipti obstetricibꝫ hebreoꝝ: quaꝝ vna vocabat̄ sephora. altera phua p̄cipiēs eis.

Quando obstetricabitis hebreas:et partus tpus aduenerit:si masculꝰ fuerit interficite eũ:si femina reseruate. Timuerũt aũt obstetrices deum:et nõ fecerũt iuxta preceptũ regis egipti:sed ꝓseruabãt mares. Quibꝫ accersitis ad se rex ait. Quid nam est hoc qꝺ facere voluistis vt pueros seruaretis? Que rñderũt. Non sunt hebree sicut egipcie mlieres. Ipse enĩ obstetricãdi hñt scientiã:et priusq̃ veniamꝰ ad eas pariũt. Bene ergo fecit dñs obstetricibꝫ: et creuit ꝑ⁹ ꝙfortatusq̃ est nimis. Et qꝛ timuerũt obstetrices deũ. edificauit eis domos. Precepit ergo pharao omi ꝑ⁹ suo. dicẽs. Quicqꝺ masculini sexus natum fuerit in flumen proicite quicquid feminei reseruate. Capitulu3. .II.

Egressus ẽ post hoc vir de domo leui et accepit vxorẽ stirpis sue:que concepit ⁊ pepit filiũ:⁊ videꝫ eũ elegantem:abscondit tribꝫ mẽsibꝫ. Cũq̃ iam celare nõ posset. sũpsit fiscellã scirpeã ⁊ liniuit eam bitumine ac pice:posuitq̃ intꝰ infantulũ:et exposuit eu3 in carecto ripe fluminis:stãte procul sorore eius et ꝑsiderãte euentũ rei. Ecce aũt descendebat filia pharaonis vt lauareꝰ in flumine:⁊ puelle eius gradiebanꝰ ꝑ crepidinem aluei. Que cũ vidisset viscellã in papiriõe:misit vnã e famulabꝫ suis ⁊ allatã apiẽs cernẽsq̃ in ea paruulũ vagientẽ:miserta eius ait. De infantibꝫ hebreoꝝ est hic. Cui soror pueri: vis inquit vt vadã:vocẽ tibi mlierem hebreã que nutrire possit infantulũ? Rñdit. Vade. Perrexit puella ⁊ vocauit matrẽ suam. Ad quã locuta filia pharaonis:accipe ait puerꝝ istũ ⁊ nutri mihi ego dabo tibi mercedẽ tuã. Suscepit mlr ⁊ nutriuit puerꝝ:adultũq̃ ꝺidit filie pharaõis. Quẽ illa adoptauit in locũ filij:vocauitq̃ nomen eiꝰ moyses. dicẽs:qꝛ de aqua tuli eũ. In diebꝫ illꝭ postq̃ creuerat moyses egressus ẽ ad frẽs suos:viditq̃ afflictionẽ eoꝝ ⁊ virꝝ egiptiũ ꝓcutientẽ quendã de hebreis fribꝫ suis. Cũq̃ ꝙspexisset huc atq̃ illuc:⁊ nullũ adesse vidisset:ꝓcussũ egipciũ absco dit sabulo. Et egressus die altero:ꝙspexit duos hebreos rixantes:dixit ei ꝙ faciebat iniuriã. Quare ꝓcutis ꝓximũ tuum? Qui rñdit. Quis ꝙstituit te principẽ ⁊ iudicem super nos? Nũ occidere me tu vis:vt heri occidisti egiptum? Timuit moyses et ait. Quõ palã factũ est verbũ istud? Audiuitq̃ pharao ꝼmonẽ hũc:⁊ querebat occidere moysen. Qui fugiẽs de cõspectu eiꝰ moratus est in terra madian:et sedit iuxta puteũ. Erãt aũt sacerdoti madian septẽ filie que venerãt ad hauriendã aquã et impletis canalibꝫ:adaq̃re cupiebãt greges ꝓ⁹ sui. Supuenere pastores:et eiecerũt eas. Surrexitq̃ moyses et defenꝺ puellꝭ adaq̃uit oues eaꝝ. Que cũ ꝛuertissent ad ietro patrẽ suũ:dixitq̃ ad eas. Cur velociꝰ venistis solito? dixerũt. Vir egiptius liberauit nos de manu pastoꝝ. Insup et hausit aquã nobiscũ:potũq̃ dedit ouibꝫ. At ille: vbi est inquit? Quare dimisistis hominez? Vocate eum vt comedat panẽ. Iurauit ꝙ moyses ꝙ habitaret cum eo. Accepitq̃ sephorã filiã eius vxorẽ que peperit ei filiũ quẽ vocauit ierson. dicẽs. Aduena fui in terra aliena. Altꝝ vero peperit quẽ vocauit eliezer:dicẽs. Deus enĩ ꝓ⁹ mei adiutor meus ⁊ eripuit me ꝺ manu pharaõis.

Post multũ vero tpis mortuꝰ est rex egipti. Et ĩgemiscẽtes filij isrl ꝑ⁹ opa:vociferati sunt. Ascẽditq̃ clamor eoꝝ ad deuz ab operibꝫ et audiuit gemituz eoꝝ:ac recordatus est federis qꝺ pepigit cũ abrahã. ysaac ⁊ iacob. Et respexit dñs filios isrl: et cognouit eos.

Capitulum. .III.

Moyses aũt pascebat oues ietro soceri sui:sacerdotis madian. Cũq̃ minasset gregẽ ad interiora deserti. venit ad montem dei oreb. Apparuitq̃ ei dñs in flãma ignis de medio rubi:⁊ videbat ꝙ rubꝫ arderet:et nõ ꝙburet. Dixit ꝙ moyses. Vadã ⁊ videbo visionẽ hanc magnã:q̃re nõ ꝙburat rubꝫ. Cernẽs aũt dñs ꝙ ꝓgerꝛ ad videndũ:vocauit eũ de medio rubi:et ait. moyses moyses. Qui rñdit. Assum. At ille:non appropies inquit huc. Solue calciamentũ de pedibꝫ tuis. Locus enĩ in ꝙ stas tra sancta est. Et ait:ego suz deus ꝓ⁹ tui:deus abrahã et deus ysaac: et deꝰ iacob. Abscõdit moyses faciẽ suaz. Non enĩ audebat aspicere ꝓt deũ. Cui ait dñs. Vidi afflictionẽ ꝑ⁹ mei in egipto:et clamorẽ eiꝰ audiui:ꝓter duriciã eoꝝ qui presunt opibꝫ. Et sciẽs dolorẽ eiꝰ:descẽdi vt liberem eum de manibꝫ egipciorum:et

educaz de terra illa in terrã bonam ⁊ spaciosaz: in terrã q̃ fluit lacte ⁊ melle: ad loca chananei ⁊ ethei ⁊ amorrei ⁊ pherezei. et euei ⁊ iebusei. Clamor g̃ filioꝝ isrl̃ veĩt ad me. vidiq; afflictionẽ eoꝝ q̃ ab egiptijs oppimunt̃. Sed veni ⁊ mittã te ad pharaonẽ: vt educas ꝓplm meũ filios isrl̃ de egipto. Dixitq; moyses ad deũ. Quis sũ ego: vt vadã ad pharaonẽ ⁊ educã filios isrl̃ ɔ egipto? Qui dicit ei. Ego ero tecum ⁊ hoc hẽbis signũ q̃ miserim te. Cũ eduxeris populũ meũ de egipto: immolab deo sup mõtem istũ. Ait moyses ad deũ. Ecce ego vadã ad filios isrl̃ ⁊ dicã eis. Deꝰ pm̃ vꝛoꝝ misit me ad vos. Si dixerit mihi qd̃ ẽ nome ei⁹: qd̃ dicã eis? Dixit dñs ad moysẽ. Ego sũ q̃ sũ. Ait. Sic dices filijs isrl̃. Qui est: misit me ad vos. Dixitq; itez deus ad moysen. Hec dices filijs isrl̃. Dñs deꝰ pm̃ vꝛoꝝ. deꝰ abrahã. deꝰ ysaac et deus iacob: misit me ad vos. Hoc nomẽ mihi est ineternũ ⁊ hoc mẽoriale meũ in generatõne ⁊ generationẽ. vade ⁊ ꝓgrega seniores isrl̃: et dices ad eos. Dñs deꝰ pm̃ vꝛoꝝ apparuit mihi: deꝰ abrahã ⁊ deus ysaac ⁊ deꝰ iacob· dicẽs. Elisitãs visitaui vos ⁊ vidi oĩa q̃ acciderũt vob in egipto: ⁊ dixi vt educã vos de afflictõne egipti: in terrã chananei ⁊ ethei ⁊ amorrei ⁊ pherezei ⁊ euei ⁊ iebusei: ad terrã fluentẽ lacte ⁊ melle ⁊ audiẽt vocem tuã. Ingredierisq; tu ⁊ seniores isrl̃: ad regẽ egipti ⁊ dices ad eũ. Dñs deus hebreoꝝ vocauit nos. Ibim⁹ viã triũ dierꝝ ĩ solitudinẽ: vt immolem⁹ dño deo nr̃o. Sz ego scio q̃ non dimittet vos rex egipti vt eatis: nisi ꝑ manũ validã. Extendãq; manũ meã ⁊ ꝓcuciã egiptũ in cũctis mirabilibꝰ meis q̃ factur⁹ sum ĩ medio eoꝝ: post hoc dimittet vos: daboq; gr̃am ꝓpl̃o huic corã egipcijs. Et cũ egredimĩ: nõ exibitis vacui: sz postulabit mlier a vicina sua: et ab hospita sua: vasa argentea ⁊ aurea: ac vestes. ponetisq; eas super filios et filias vestras ⁊ spoliabitis egiptum.

Capitulum. .IIII.

Respondẽs moyses ait. Non credẽt mihi neq; audiẽt vocẽ meã: sed dicent. nõ apparuit tibi dñs· Dixit g̃ ad eũ. Quid est qd̃ tenes ĩ manu tua? Rñdit. Virga. Dixitq; dñs. Proicie eã in trã Proiecit: et versa est in colubꝝ: ita vt fugeret moyses. Dixitq; dñs. Extẽde manũ tuã et apprehẽde caudã eius. Extẽdit et tenuit: versaq; est in virgã. Vt credãt inqt q̃ apparuerit tibi deꝰ pm̃ tuoꝝ: deꝰ abrahã. ⁊ deus ysaac. ⁊ deꝰ iacob. Dixitq; dñs rursũ. Mitte manũ tuã in sinũ tuũ. Quaz cũ misisset in sinũ: ptulit leprosam ad instar niuis. Rẽhe ait manũ tuã in sinũ tuum. Rẽxit: ⁊ ptulit itez ⁊ erat sĩlis carni relique. Si ñ crediderit inquit tibi: neq; audierint sermonẽ signi ꝓris: credẽt verbo signi seqntis. Qd̃ si nec duobꝰ qd̃ẽ hijs signis crediderit: neq; audierit vocẽ tuã: sume aquã fluminis ⁊ effunde eã sup aridã. et quicqd̃ hauseris de fluuio: vertẽ in sãguinẽ. Ait moyses. Obsecro dñe nõ sũ eloquẽs ab heri et nudiustercia⁹ ⁊ exq̃ locut⁹ es ad seruũ tuũ: impeditioris ⁊ tardioris lingue sum. Dixit dñs ad euz. Quis fecit os hoĩs: aut quis fabricat⁹ est mutũ ⁊ surdum. videntẽ ⁊ cecũ? Nonne ego? Perge g̃ et ego ero in ore tuo: doceboq; te q̃d loq̃ris. At ille: obsecro inquit dñe: mitte quẽ missurus es. Iratus dñs in moysen ait. Aaron fr̃ tuus leuites. scio q̃ eloq̃ns sit. Ecce ipse egredietꝰ in occursum tuũ: videsq; te letabitꝰ corde. Loquere ad eum ⁊ pone verba mea in ore eius: ⁊ ego ero in ore tuo ⁊ in ore illius: ⁊ ostendam vobis quid agere debeatis. Et ipse loquetur pro te ad populum: et erit os tuum: tu autẽ eris ei in hijs que ad deũ ptinent. Virgam quoq; hanc sume in manu tua: in qua facturus es signa. Abijt moyses et reuersus est ad ietro soceruz suum. Dixitq; ei. Vadam et reuertar ad fratres meos in egiptum: vt videaz si adhuc viuant. Cui ait ietro. Vade in pace. Dixit ergo dominus ad moysen in madian. Vade ⁊ reuertere ĩ egiptũ. Mortui enim sunt omnes qui querebant animã tuam. Tulit ergo moyses vxorem suam et filios suos: ⁊ imposuit eos super azinũ: reuersusq; est ĩ egiptũ: portãs virgam dei manu sua. Dixitq; dñs reuertẽti in egiptũ. Vide vt omĩa ostenta que posui in manu tua facias coraz pharaone. Ego indurabo coꝛ eius: ⁊ nõ dimittet populũ. Diceisq; ad eum. Hec dicit dñs. Filius meus primogenitus isrl̃. Dixi tibi. Dimitte filium meum vt seruiat mihi: et noluisti dimittere eũ. Ecce ego interficiã filiũ tuũ

primogenitū. Cunqz esset in itinere in diuersorio. occurrit ei dñs 7 volebat occidere eum. Tulit illico sephora acutissimā petrā 7 circūcidit ppuciū filij sui. Tetigitqz pedes ei⁹ 7 ait. Sponsus sanguinū tu mihi es. Et dimisit eū postq̄ dixerat: sponsus sanguinū tu mihi es: ob circumcisionē. Dixit aūt dñs ad aaron. Vade ī occursū moysi in desertū. Qui pgressus obuiā ei in monte dei: 7 osculatus est eū. Narrauitqz moyses aaron oīa verba dñi: p q̄bus miserat eū: et signa q̄ mādauerat. Venertqz sil' et pgregauerūt cūctos seniores filioz israel: locutusqz est aarō oīa verba q̄ dixerat dñs ad moysen: 7 fecit signa corā plo: 7 credidit plus. Audiertqz q̄ visitasset dñs filios isrl' et q̄ respexisset afflictionem illoz: et proni adorauerunt.

Capitulum. .V.

Post hec ingressi sūt moyses 7 aarō et dixert pharaoni. Hec dicit dñs deus isrl'. Dimitte plm meū vt sacrificet mihi ī deserto. At ille rndit. Quis est dñs: vt audiā vocē eius 7 dimittā israel: Nescio dñm 7 israel ñ dimittā. Dixeruntqz. Deus hebreoz vocauit nos: vt eam⁹ viam triū dieꝝ in solitudinē: et sacrificem⁹ dño deo nro: ne forte accidat nobis pestis aut gladi⁹. Ait ad eos rex egipti. Quare moyses 7 aaron sollicitatis plm ab opibz suis: Ite ad onera vra. Dixitqz pharao. Multus est pls terre. Videtis q̄ turba succreuerit: q̄ntomagis si deseritis eis requiem ab opibz: Precepit q̄ in die illo pfectis operū et exactoribz plī dicēs. Nequaq̄ vltra dabitis paleas plo ad pficiēdos lateres: sicut pri⁹: sed ipsi vadāt 7 colligāt stipulas et mensurā laterꝝ quā pri⁹ faciebāt: imponetis super eos: nec minuetis quicq̄. Vacant enī 7 idcirco vociferant dicētes. Eamus 7 sacrificem⁹ deo nro. Opprimāt operibz: 7 expleāt ea: vt ñ acq̄escāt verbis mendacibz. Igit egressi pfecti operꝝ et exactores ad plm dixert. Sic dicit pharao. Nō do vob paleas. Ite 7 colligite sicubi inuenire poteritis: nec minuet q̄cq̄ d ope vro Dispersusqz ē pls in omnē terrā egipti: ad colligēdas paleas. Prefecti q̄z operꝝ instabāt dicentes. Cōplete opus vrm q̄tidie: vt pri⁹ facere solebatis qñ dabāt vob paleę. Flagellatiqz sunt qui perant opibz filioz israhel: ab exactoribz pharaonis dicētibz. Quare non implestis mensurā laterꝝ sicut pri⁹: nec heri nec hodie: Venertqz ppositi filioz: 7 vociferati sūt ad pharaonē dicētes. Cur ita agis cū tuos tuos: Palee nō dant nob 7 lateres sil'r imperant. Ecce famuli tui flagell' cedimur: 7 iniuste agitur pctra pplum tuū. Qui ait. Vacatis ocio: et idcirco dicitis. Eamus 7 sacrificem⁹ dño. Ite g̃ et operamini. Palee nō dabunt vob: et reddetis psuetū nūerꝝ laterꝝ. Videbātqz se ppositi filioz israel in malū: eoq̄ diceret eis: nō minuet q̄cq̄ operis de lateribz p singlos dies. Occurrerūtqz moysi 7 aaron q̄ stabāt ex aduerso: egredientes a pharaone et dixerunt ad eos. Videat dñs 7 iudicet: qm fetere fecistis odorē nrm corā pharaone 7 seruis ei⁹: 7 pbuistis ei gladiū vt occideret nos. Reuersusqz ē moyses ad dñm et ait. Dñe: cur afflixisti pplm istū: Quare misisti me: Ex eo enī quo ingressus sū ad pharaonē vt loq̄rer ex nomīe tuo. afflixit pplum tuū 7 non liberasti eos.

Capitulum. .VI.

Dixitqz dñs ad moysen. Nūc videbꝝ que facturus sum pharaoni. Per manū enī fortē dimittet eos: et in manu robusta eiciet illos de terra sua. Locutusqz est dñs ad moysen dicēs. Ego dñs qui apparui abrahā. ysaac· et iacob in deo omnipotēte: et nomē meū adonay nō indicaui eis. Pepigiqz fedus cum eis: vt darē eis terram chanaan: terram peregrinationis eoz: in qua fuerunt aduene. Ego audiui gemitū filioz israhel quo egipcij oppresserunt eos 7 recordat⁹ sum pacti mei. Ideo dic filijs israhel. Ego dñs qui educaz vos de ergastulo egiptiorum: et eruam de seruitute: ac redimam in brachio excelso: et iudicijs magnis: et assumam vos mihi in populum: et ero vester deus. Et scietis q: ego sum dñs deus vester qui eduxerim vos de ergastulo egiptioz: et induxerim vos in terrā sup quā leuaui manū meam. vt darē eaz abrahā. ysaac et iacob: daboqz illaz possidendā vobis. ego dñs. Narrauit ergo moyses omnia filijs israel: qui nō acquieuerūt ei: pter angustiā spūs: 7 opus durissimū. Locutusqz est dñs ad moysen dicens. Ingredere 7 loq̄re ad pharaonē regē egipti vt dimittat filios israel de terra sua.

P. i.

Rñdit moÿses coꝝ dño. Ecce filij isrl nō audiūt me. Et quō audiet pharao: pſertī cū īcircūcisus sim labijs? Locutusq; ē dñs ad moÿsen ꝙ aaron: et dedit mandatū ad filios isrl et ad pharaonē regez egipti: vt educerēt filios isrl de tærra egipti. Isti sūt principes domoꝝ per familias suas. Filij rubē primogeniti israhel: enoch ꝙ phallu. esrom et charmi. Hee ꝓgnationes ruben. Filij simeon: iamuel ꝙ iamī ꝙ sami ꝙ aod: et iachim ꝙ soer ꝙ saul fili? chananitidis. Hee progenies simeon. Et hec nomīa filioꝝ leui per ꝓgnationes suas: gerson ꝙ caath ꝙ merari. Anni aūt vitæ leui fuerunt centūtrigintaseptē. Filij gerson. lobni et semei p ꝓgnationes suas. Filij caath. amram et ÿsuar ꝙ hebron ꝙ oziel. Anni q̄z vitæ caath centūtrigintatres. Filij merari. mooli ꝙ musi. Hee ꝓgnatōnes leui: per familias suas. Accepit aūt amram uxorem iochabeth patruelē suā: que peperit ei aaron ꝙ moÿsen ꝙ mariā. Fuerūtq; anni vitæ amram centūtrigintaseptē. Filij q̄z ÿsuar chore ꝙ napheg ꝙ zechri. Filij q̄z oziel. misael ꝙ elisaphan ꝙ sechri. Accepit aū aarō uxorē elisabeth filiā aminadab sororē naason: que pepit ei nadab ꝙ abiu ꝙ eleazar ꝙ ÿthamar. Filij q̄z chore: aser ꝙ helchana et abiasab. Hee sunt ꝓgnationes chorita-
2. rum. At vero eleazar filius aaron accepit uxorē de filiis phatiel: que peperit ei phinees. Hij sunt principes familiaꝝ leuitica rum per ꝓgnationes suas. Iste est aaron: ꝙ moÿses quibꝫ precepit dñs vt educerent filios isrl de tærra egipti p turmas suas. Hij sunt qui locuntur ad pharaonē regez egipti: vt educāt filios isrl de egipto. Iste est moÿses ꝙ aaron: in die qua locutus est dñs ad moÿsen in tærra egipti. Et locut? est dñs ad moÿsen dicens. Ego dñs. Loq̄re ad pharaonē regē egipti: omnia q̄ loq̄r tibi. Et ait moÿses coꝝ dño. En incircūcisus labijs sum. Quō audiet me pharao?

Capitulum. .VII.

Dixitq; dñs ad moÿsē. Ecce ꝓstitui te deū pharaonis: ꝙ aaron fr̄ tuus erit ꝓpha tu?. Tu loq̄ris ei oīa q̄ mando tibi ꝙ ille loquet ad pharaonē: vt dimittat filios isrl de tærra sua. Sed ego indurabo coꝝ eius ꝙ multiplicabo signa ꝙ ostēta mea in ēra egipti: ꝙ nō audiet vos. Immittamq; manum meā sup egiptuꝫ et educā exercitū meū ꝙ ꝓplm meū filios isrl de tærra egipti p iudicia maxima. Et sciēt egipcij: q̄ ego sum dñs qui extēderim manum meā sup egiptum: ꝙ pduxerim filios isrl de medio eoꝝ. Fecit itaq; moÿses et 3.
aaron: sicut precepat eis dñs: ita egerūt. Erat aūt moÿses octogīta annoꝝ: ꝙ aarō octogītatriū: qñ locuti sūt ad pharaonē. Dixitq; dñs ad moÿsen ꝙ aaron. Cū dixerit vobis pharao: ostēdite nobis signa: dices ad aaron. Tolle virgā tuā ꝙ pice eaz coraz pharaone: ac vertaē in colubꝝ. Ingressi itaq; moÿses ꝙ aaron ad pharaonez fecerunt sicut p̄cepat dñs. Tulitq; aaron virgā coram pharaone ꝙ seruis ei? q̄ versa est in colubꝝ. Vocauit aūt pharao sapientes ꝙ maleficos ꝙ fecerūt eciā p incantationes egiptiacas et archana quedā silr. Proiecerūtq; singli virgas suas: que verse sunt in dracones. Sed deuorauit virga aaron vgas eoꝝ. Induratūq; est coꝝ pharaonis ꝙ nō audiuit eos sicut p̄cepat dñs. Dixit aūt dñs ad moÿsen. Ingūatum est 5.
coꝝ pharaonis: ꝙ nō vult dimittere ꝓplm. Vade ad eū mane. Ecce egredietē ad aq̄s. Et stabis in occursū ei? sup ripā flumīs: et virgā que ꝓuersa est in draconē. tolles in manu tua: diceſq; ad eū. Dñs deus hebreoꝝ misit me ad te: dicēs. Dimitte ꝓplm meū vt sacrificet mihi ī deserto: ꝙ vsq; ad pñs audire me noluisti. Hec igit dicit do 4.
min?. In hoc scies q̄ sim dñs. Ecce p̄cuciam virga que in manu mea est aquā fluminis et vertetur in sanguinē. Pisces q̄z qui sunt in fluuio morient: ꝙ ꝓputrescent aque: et affligentur egipcij. bibētes aquā fluminis. Dixit quoq; dominus ad moÿsen. Dic ad aaron. Tolle virgam tuam: et extende manuz tuam super aquas egipti et super fluuios eoꝝ ꝙ riuos ꝙ paludes: et omnes lacus aquaꝝ: vt vertantur in sanguinem: ꝙ sit cruor in omni tærra egipti: tam in ligneis vasis q̄ in sapeis. Fecerūtq; moÿses et aarō sic̄ p̄cepat dñs. Et eleuās virgaz p̄cussit aquam fluminis coram pharaone et seruis eius: que versa est in sanguinem: et pisces qui erant in flumine: mortui sunt. Cōputruitq; fluuius et non potērāt egipcij bibere aquā flumīs ꝙ fuit sanguis in tota tærra egipti. Feceruntq;

sil'r malefici egiptioꝝ in incātionibꝫ suis. Et induratū est cor pharaonis: nec audiuit eos sicut p̄cepat dñs. Auertitq; se: et ingressus est domuꝫ suā: nec apposuit cor eciā hac vice. Fodert aūt oēs egiptij p̄ circuitū flumis aquā vt biberēt. Non enī potērāt bibere aquā flumis. Impletiq; sunt septē dies: postq; p̄cussit dñs fluuiū.

Capitulū . .VIII.

Tg Motum est autem rursum bellum.⁊ egressus dauid pugnauit aduersum philistijm: percussitq̃ eos plaga magna. et fugerunt a facie eius. Et factus est spiritus domini malus in saul. Sedebat aũt in domo sua: et tenebat lanceam. Porro dauid psallebat in manu sua.Nisusq̃ est saul configere dauid lancea in pariete.Et declinauit dauid a facie saul. Lancea autem casso vulnere perlata est in pariete.⁊ ipse dauid fugit: et saluatus est nocte illa. Misit ergo saul satellites suos nocte in domũ dauid: vt custodirent eum et interficeretur mane. Quod cum annunciasset dauid michol vxor sua dicens. nisi saluaueris te nocte hac:cras morieris.deposuit eum per fenestram. Porro ille abijt et aufugit. atz saluatus est. Tulit autem michol statuam.et posuit eam super lectum.⁊ pellem pilosam capraz posuit ad caput ei⁹: ⁊ operuit eaz

h vestimẽtis. Misit autem saul apparitores. qui raperent dauid: et responsum est q̃ egrotaret. Kursumq; misit saul nuncios vt viderẽt dõ dicens. Afferte eum ad me in lecto. vt occidat̃. Cunq; venissent nuncij. inuentum est simulacrum super lectũ. et pelles capraꝝ ad caput eius. Dixitq; saul ad michol. Quare sic illusisti mihi: et dimisisti inimicum meum vt fugeret? Et rñdit michol ad saul. Quia ipe locutus est mihi dicens. Dimitte me: alioquin interficiaꝫ te. Dauid autem fugiens saluatus est. Et venit ad samuel in ramatha: et nunciauit ei omnia que fecerat sibi saul. Et abierunt ipse et samuel: et morati sunt in naioth. Nũciatum est autem sauli a dicentibus. Ecce dauid in naioth in ramatha. Misit ergo saul lictores vt raperent dauid. Qui cum vidissent cuneum ꝓphetarum vaticinantium. et samuel stantem super eos: factus ẽ etiam spiritus domini in illis. et ꝓphetare ceperunt etiam ipsi. Quod cum nunciatũ esset sauli: misit et alios nuncios. Prophetauerunt autẽ et illi. Et rursum misit saul tercios nuncios: qui et ipsi prophetauerunt. Et iratus iracundia saul abijt etiam ipse in ramatha: et venit vsq; ad cisternam magnam que est in socot. Et interrogauit et dixit. Jn quo loco sunt samuel et dauid? Dictumq; est ei. Ecce in naioth sunt in ramatha. Et abijt ĩ naioth in ramatha. Et factus est etiam super eum spũs dñi. et ambulauit ingrediens: et ꝓphetabat vsq; dum veniret. in naioth in ramatha. Et expoliauit etiam ipse se vestimentis suis et ꝓphetauit cũ ceteris coram samuel: et cecinit nudus tota die illa et nocte. Unde et exiuit puerbium. Nũ et saul inter ꝓphetas?

Capitulum. XX.

Elgit autem dauid de naioth. que est in ramatha: venienſq; locutus est coram ionatha. Quid feci? Que est iniquitas mea. et quod peccatũ meum in patrem tuum: quia querit animam meam? Qui dixit ei. Absit a te: non morieris. Neq; em̃ faciat pater me⁹ quicq̃ grande vl̃ paruũ: nisi ꝑus indicauerit mihi. Hunc g̃ celauit a me pater me⁹ ꝓmonem tm̃modo. Nequaq̃ enim erit istud. Et iurauit rursũ dauid. Et ille ait. Scit profecto pater tu⁹ q̃ inueni gratiam in oculis tuis. et dicet. Nesciat hoc ionathas: ne forte ẽstet̃. Quĩmo viuit dñs et viuit aĩa tua: q̃ vno tm̃ vt ita dicam g̃du ego morſq; diuidimur. Et ait ionathas ad dauid. Quodcũq; dixerit mihi anima tua. faciam tibi. Dixit aũt dauid ad ionathan. Ecce kalende sunt crastino: et ego ex more sedere soleo iuxta regẽ ad vescendũ. Dimitte ergo me vt abscondar in agro: vsq; ad vespaꝫ diei tercie. Si respiciens req̃sierit me pater tu⁹: rñdebis ei. Rogauit me dauid vt iret celeriter in bethleem ciuitatem suam: q̃ victime solẽnes ibi sunt vniuersis ꝓtribulibꝫ suis. Si dixerit bñ: pax erit seruo tuo. Si aũt fuerit irat⁹: scio q̃ cõpleta est malicia eius. Fac ergo miscõiam in ſuum tuũ: q̃ fedus dñi me famulũ tuũ tecum inire fecisti. Si aũt est iniq̃tas aliqua in me, tu me interfice: et ad patreꝫ tuum ne introducas me. Et ait ionathas. Absit hoc a me. Neq; enim fieri pt̃: vt si certe cognouero ꝓpletam esse pt̃is mei maliciam ꝓtra te. non annũciem tibi. Rñditq; dauid ad ionathan. Quis renunciabit mihi. si quid forte rñderit tibi pater tuus dure de me? Et ait ionathas ad dõ. Veni et egrediamur foras in agꝝ. Cunq; exissent ambo in agrum: ait ionathas ad dauid. Dñe de⁹ israel si inuestigauero snãz patris mei crastino vel perendie et aliquid boni fuerit sup dauid. et non statim misero ad te et notum tibi fecero: hec faciet de⁹ ionathe et hec augeat. Si autẽ pseuerauerit patris mei malicia aduersũ te: reuelabo aurem tuam et dimittam te vt vadas ĩ pace: et sit dñs tecum sicut fuit cum patre meo. Etsi vixero. facias mihi misericordias domini. si vero mortu⁹ fuero: non auferes miscõiam tuã a domo mea vsq; in sempiternum. Aut si non fecero. quando eradicauerit dominus inimicos dauid vnũquẽq; de terra: auferet ionathan de domo sua: et requirat dñs de manu inimicoꝝ dauid. Pepigit ergo ionathas fedus cum domo dauid. Et req̃siuit dñs de manu inimicorum dauid. Et addidit ionathas deierare dauid: eo q̃ diligeret illum. Sicut enim animam suam ita diligebat eum. Dixitq; ad eum ionathas. Cras kalende sunt: et requireris. Requiretur enim sessio tua vsq; pendie. Descendes ergo festin⁹

et venies in locum vbi celandus es. in die
qñ operari licet:et sedebis iuxta lapidē.cui
nomen est ezel.Et ego tres sagittas mittā
iuxta eum:ꝙ iaciam q̄si exercens me ad si-
gnū./Mittam q̄z ꝙ puer:dicens ei.Vade ꝙ
affer mihi sagittas.Si dixero puero. ecce
sagittæ intra te sūt tolle eas: tu veni ad me
qz pax tibi est et nihil est mali: viuit dñs.
Si aūt sic locutus fuero puero. ecce sagittæ
vltra te sūt: vade ī pace qz dimisit te dñs.
De verbo aūt qđ locuti fuim⁹ ego ꝙ tu: sit
g dñs inter me et te vsq; in sempiternū./Ab-
scondit⁹ est ergo dauid in agro. ꝙ venerūt
kalendæ: ꝙ sedit rex ad comedendū panez.
Cumq; sedisset rex super cathedrā suaz ꝓm
consuetudinē.que erat iuxta parietez:sur-
rexit ionathas.ꝙ sedit abner ex latere saul
vacuusq; apparuit loc⁹ dauid. ꝙ non est lo-
cut⁹ saul quicq̄ in die illa.Cogitabat enim
q̄ fortæ euenisset ei. vt non esset mundus
nec purificatus.Cumq; illuxisset dies scđa
post kalendas:rursus apparuit vacu⁹ loc⁹
dauid . Dixitq; saul ad ionathan filium
suum.Cur non venit fili⁹ ysai nec heri nec
h hodie ad vescendū?/Rñditq; ionathas sau
li. Rogauit me obnixe vt iret ī bethleem:
et ait.Dimitte me:q̄niaz sacrificium solē-
ne est in ciuitate mea. vn⁹ de fratribꝫ meis
accersiuit me.Nunc ergo si inueni grām in
oculis tuis.vadaz cito ꝙ videbo fratres me
os. Ob hanc causam.nō venit ad mensam
regis. Iratus autem saul aduersum iona-
than: dixit ei. Fili⁹ mulieris vir vltro ra-
pientis: nunqđ ignoro q̄ diligis filiū ysai
in confusionē tuaz. ꝙ in ꝯfusionē ignomi-
nioſe mris tue. Omnibꝫ em̄ diebꝫ q̄bus fili
us ysai vixerit sup terram: non stabilieris
tu neq; regnū tuum. Itaq; iaz nūc mitte.
ꝙ adduc eum ad me:qz fili⁹ mortis est. Rñ
dens autem ionathas saulı patri suo ait.
Quare morietur?Quid fecit? Et arripuit
pa saul lanceam vt ꝑcuteret eū./Et intellexit
ionathas: q̄ diffinitū esset a patre suo. vt
interficeret dauid.Surrexit ergo ionathas
a mensa in ira furoris: et non comedit in
die kalendaꝝ scđa panem. Contristat⁹ est
em̄ sup dauid:eoq; ꝯfudisset eū pater su⁹.
Cūq; illuxisset mane venit ionathas in a-
grum iuxta placitū dauid:ꝙ puer puulus
cū eo.Et ait ad puer suū.Vade ꝙ affer mi-
bi sagittas:q̄s ego iacio.Cūq; puer cucur-

risset:iecit aliam sagittam trans puerum.
b Venit itaq; puer ad locum iaculi:qđ misе-
rat ionathas. Et clamauit ionathas post
tergum pueri.ꝙ ait.Ecce ibi ē sagitta:por-
ro vltra te.Clamauitq; iterꝝ ionathas pt⁹
tergum pueri dicens. Festina velociť: ne
steteris. Collegit autē puer ionathæ sagit-
tas.ꝙ attulit ad dñm suum:ꝙ quid agereť
penitus ignorabat. Tantūmodo enim io-
nathas et dauid rem nouerant. Dedit er-
go ionathas arma sua puero: et dixit ei.
Vade et defer in ciuitatem. Cumq; abisset
puer surrexit dauid de loco q̄ vergebat ad
austrum:ꝙ cadens ꝓnus in terram.adora-
uit tercio.Et osculantes se alterutꝝ.fleue
runt pariter.dauid aūt ampli⁹./Dixit ergo
ionathas ad dauid.Vade ī pace.Quecūqz
iurauim⁹ ambo in nomine dñi. dicentes:
dñs sit inter me et te. et inter semen tuum
et semen meum.vsq; ī sempiternū.Et sur-
rexit dauid et abijt:sed ꝙ ionathas ingres-
sus est ciuitatem. Ca. XXI.

Venit autē dauid in nobe.ad achi-
melech sacerdotem. Et obstupuit
achimelech. eo qđ venisset dauid.
et dixit ei.Quare tu solus: ꝙ nullus est te-
cum?Et ait dauid ad achimelech sacerdo-
tem.Rex ꝑcepit mihi ꝓmonem.ꝙ dixit.Ne
mo sciat rem ꝙter quam missus es a me:
ꝙ cuiusmodi ꝑcepta tibi dederim.Naz ꝙ pu
eris meis ꝓdixi.in illū ꝙ illum locum.Nūc
ergo si qđ habes ad manū.vel q̄nq; panes
d da mihi:aut q̄quid inueneris/Et rñdens
sacerdos ad dō: ait illi. Non habeo laicos
panes ad manū:sed tm̄ panē sc̄m.Si mū
di sunt pueri.maxime a mulieribꝫ:mādu-
cent.Et rñdit dō sacerdoti:ꝙ dixit ei.Et q̄
dem si de mulieribꝫ agiť. ꝓtinuim⁹ nos ab
heri⁹ꝙ nudiusťci⁹ qñ egrediebamur:ꝙ fueŕt
vasa pueroꝝ sc̄a.Porro via hec polluta ē
sed ꝙ ipa hodie sc̄ificabiť in vasis. Dedit
g ei sacerdos sc̄ificatū panez. Neq; em̄ e-
rat ibi panis. nisi tm̄ panes ꝓpositōnis. q̄
sublati fuerant a facie dñi:vt ponerenťpa
e nes calidi/Erat autē ibi vir q̄dam de ꝓuis
saul.in die illa int⁹ in tabernaculo dñi: et
nomē ei⁹ doech ydume⁹:potentissim⁹ pa-
stoꝝ saul. Hic pascebat mulas saul. Dixit
autē dauid ad achimelech. Si habes h ad
manum hastam aut gladiū da mihi: quia
gladium meum ꝙ arma mea nō tuli mecū:

Hermo enim regis vrgebat. Et dixit sacerdos. Ecce h gladi⁹ goliath philistei. quem pcussisti in valle therebinthi. ē inuolutus pallio pt⁹ ephot. Si istū vis tollere: tolle. Neq; eniz h est ali⁹ absq; eo. Et ait dauid. Nō ē huic alt̄ silis. Da mihi eū. Surrexit itaq; dauid. ⁊ fugit in die illa a facie saul: et venit ad achis regē geth. Dixer̄tq; pui achis: cū vidissent dauid. Nūquid nō iste ē dauid rex terre? Nonne huic cantabant p chozos dicētes: pcussit saul mille. ⁊ dauid decē milia? Posuit aut̄ dauid ꝓmones istos in corde suo: ⁊ extimuit valde a facie achis regis geth. Et mutauit os suū coraz achis ⁊ collabebaꝫ int̄ man⁹ eoꝝ: ⁊ impingebat in hostia portę: defluebantq; saliue ei⁹ in barbam. Et ait achis ad puos suos. Videstis hoiem īsanū: q̄re adduxistis eū ad me? An desint nobis furiosi: q̄ introduxistis istū vt fureret me pñtę? Dimittit̄ illū hic ne ingrediaꝫ domū meam.

Ca. XXII.

Egit ḡ dauid inde: et fugit in spelunca odollam. Qđ cū audissent frēs ei⁹ ⁊ omnis dom⁹ patris ei⁹: descenderunt ad eū illuc. Et ꝓuenerunt ad eū omnes q̄ erant in angustia cōstituti. et oppressi ere alieno ⁊ amaro aīo: et fact⁹ est eoꝝ ꝑnceps. Fueruntq; cū eo q̄si quadringenti viri. Et ꝓfect⁹ est dauid inde in masphat: q̄ est moab. Et dixit ad regez moab. Maneat ozo pater me⁹ et mater mea vobiscum: donec sciam q̄d faciat mihi deus. Et reliq̄d eos ante faciem regis moab. Manserūtq; apud eū: cunctis diebꝫ q̄bus dauid fuit in ꝑsidio. Dixitq; gad ꝓpha ad dauid. Noli manere in ꝑsidio. Prouicisce ⁊ vade in terram iuda. Et ꝓfectus est dauid: ⁊ venit in saltum areth. Et audiuit saul q̄ apparuisset dauid: ⁊ viri qui erant cum eo. Saul aut̄ cum maneret in gabaa et esset in nemoze qđ est in rama. hastam manu tenens. cunctiq; pui ei⁹ circūstarent eum: ait ad puos suos q̄ assistebant ei. Audite me nūc filij iemini. Nūquid omnib⁹ vobis dabit filius ysai agros et vineas ⁊ vniuersos vos faciet tribunos ⁊ cēturiones: quoniaz coniurastis omnes aduersum me. ⁊ nō est q̄ mihi renūciet maxime cū et fili⁹ me⁹ fedus inierit cū filio ysai? Nō est q̄ vicē meā doleat ex vobis. nec q̄ annūciet mihi: eoq; suscitauerit fili⁹ me⁹ puū meū aduersū me insidiantem mihi vsq; hodie. Rñdens aut̄ doech ydume⁹ q̄ assistebat. et erat ꝑm⁹ int̄ puos saul: vidi inquit filium ysai in nobe. apud achimelech filiū achitob sacerdotez. Qui cōsuluit ꝓ eo dñm: ⁊ cibaria dedit ei. Sed⁹ gladium goliath philistei dedit illi. Misit ergo rex ad accersiendū achimelech sacerdotē filium achitob: ⁊ omnē domum patris ei⁹ sacerdotum q̄ erant in nobe. Qui vniuersi ven̄t ad regem. Et ait saul ad achimelech. Audi fili achitob. Qui rñdit. Presto sum dñe. Dixitq; ad eū saul. Quare coniurastis aduersum me tu ⁊ fili⁹ ysai: ⁊ dedisti ei panes et gladium et cōsuluisti ꝓ eo dñm: vt ꝓsurgeret aduersū me insidiator vsq; hodie ꝑmanens? Rñdensq; achimelech regi ait. Et q̄s in omnib⁹ puis tuis sicut dauid fidelis et gener regis et pgens ad impium tuū: ⁊ gloriosus in doma tua? Nū hodie cepi ꝓsulere ꝓ eo dñm? Absit hoc a me. Ne suspicet̄ rex aduersum puū suum rē huiuscemodi: in vniuersa domo patris mei. Nō enī sciuit puus tu⁹ quicq̄ sup hoc negotō: vel modicū vel ḡnde. Dixitq; rex. Morte morieris achimelech: tu ⁊ oīs dom⁹ patris tui. Et ait rex emissarijs q̄ circūstabant eū. Conuertimī: ⁊ interficite sacerdotes dñi. Nā man⁹ eoꝝ cū dauid ē: scientes q̄ fugisset ⁊ non indicauer̄t mihi. Noluer̄t aut̄ pui regis extendere man⁹ suas in sacerdotes dñi. Et ait rex ad doech. Cōuertere tū: et irrue in sacerdotes dñi. Cōuersusq; doech ydume⁹ irruit in sacerdotes: et trucidauit in die illa octogintaq̄nq; viros vestitos ephot lineo. Nobe aut̄ ciuitatē sacerdotū pcussit in ore gladij: viros ⁊ mlieres et puulos ⁊ lactantes. bouēq; et azinuz et ouem in ore gladij. Euadens aut̄ vn⁹. filius achimelech filij achitob cuius nomen erat abiathar. fugit ad dauid: ⁊ ānūciauit ei q̄ occidisset saul sacdotes dñi. Et ait dauid ad abiathar. Sciebā enī in die illa: qđ cū ibi eēt doech ydume⁹. pculdubio annūciaret sauli. Ego sum re⁹ oīm animaꝝ ꝑis tui. Mane mecū: ne timeas. Si q̄s quesierit aīam meaz q̄ret et aīam tuam: mecū q̄ seruaberis.

Ca. XXIII.

Hec annūciauerunt dauid. dicētes. Ecce philistijm oppugnant ceilaz: et diripiūt areas. Consuluit ergo dauid dñm dicens. Nū vadam ⁊ pcuciam

philisteos istos? Et ait dñs ad dauid. Vade et pcucies philisteos: ⁊ saluabis ceilam. Et dixerũt viri q̃ erãt cũ dauid ad eũ. Ecce nos h̃ in iudea consistentes timem⁹: q̃nto magis si ierim⁹ in ceilam aduersũ agmina philistiꝰ. Kursum g̃ dauid ꝓsuluit dñm. Qui rñdens ait ei. Surge ⁊ vade in ceilã. Ego enim t̃dam philisteos in manu tua. c Abijt ergo dauid ⁊ viri ei⁹ in ceila: ⁊ pugnauit aduersũ philisteos. Et abegit iumenta eoꝝ: et pcussit eos plaga magna: et saluauit dõ habitatores ceile. Porro eo tpe quo fugiebat abiathar fili⁹ achimelech ad dõ i ceilam: ephot secũ hñs descenderat. Nũciatũ est aũ saul: qõ venisset dõ in ceilam. Et ait saul. Tradidit eũ dñs in manus meas. conclususq̃ est introgressus vrbem: in qua portæ ⁊ sere sũt. Et p̃cepit saul omni ꝑplo: vt ad pugnam descenderet in ceilam. ⁊ obsideret dõ ⁊ viros ei⁹. Qõ cũ rescisset dauid qꝝ præparet ei saul clam malũ: dixit ad abiathar sacerdotẽ. Applica ephot! Et ait dõ. Dñe deus isrl̃ audiuit famam ſu⁹tu⁹ q̃ disponat saul venire ad ceilam: vt euertat vrbem ꝑ̃ me. Si t̃dent me viri ceile ĩ man⁹ ei⁹: et si descendet saul sicut audiuit ſu⁹ tuus: dñe deus isrl̃ indica ſuo tuo! Et ait dñs. Descendet. Dixitq̃ rursũ dauid. Si tradent me viri ceile. et viros q̃ sunt mecũ in man⁹ saul! Et dixit dñs. Tradent. Surrexit ergo dõ ⁊ viri ei⁹ q̃ sexcenti: ⁊ egressi de ceila huc atq̃ illuc vagabañ incerti. Nũciatũq̃ est saul qõ fugisset dauid de ceila et saluat⁹ esset: q̃obrem dissimulauit exire. Morabañ aũ dauid in deſto ĩ locis firmissimis: mansitq̃ ĩ monte solitudis ziph in monte opaco. Querebat eũ tñ saul cunctis diebꝰ: ⁊ non tradidit eũ dñs in manus g eius. Et vidit dauid qꝝ egressus esset saul: vt q̃reret aĩam eius. Porro dauid erat in deſto ziph in silua. Et surrexit ionathas filius saul et abijt ad dauid in siluam: et cõfortauit man⁹ eius in deo. dixitq̃ ei. Ne timeas. Neq̃ enim inueniet te man⁹ saul patris mei. Et tu regnabis super isrl̃: et ego ero tibi secundus. Sed et saul pater meus scit hoc. Percussit ergo vterq̃ fedus corã dño. Mansitq̃ dõ in silua: ionathas autẽ h reuersus est in domũ suam. Ascenderunt aũ ziphei ad saul in gabaa dicentes. Nõne ecce dõ latitat apud nos ĩ locis tutissimis

q silue in colle achille. que est ad dextram deserti! Nunc ergo sicut desiderauit aĩa tua vt descenderes descende: nr̃m aũ erit vt tradam⁹ eũ in man⁹ regis. Dixitq̃ saul. Bñdicti vos a dño: qꝝ doluistis vicem meam. Abite ergo oꝛo ⁊ diligenti⁹ prepatæ. ⁊ curiosi⁹ agite: ⁊ considerate locũ vbi sit pes ei⁹ vel quis viderit eũ ibi vbi dixistis. Recogitat enim de me: q̃ callide insidier ei. Considerate ⁊ videte oĩa latibula ei⁹ in q̃bus absconditꝰ: ⁊ reuertimĩ ad me ad rem certaꝝ. vt vadam vobiscũ. Qõsi etiam in terraꝝ se obstruxerit: pscrutaboꝛ eũ in cunctis milibus iuda. At illi surgentes abierũt in ziph ante saul. Dauid aũ ⁊ viri eius erant in deserto maon ĩ campestribꝰ. ad dextram iesimuth. Iuit ergo saul et socij ei⁹ ad q̃rendum eũ. Et nunciatũ est dauid: statiq̃ descendit ad petrã ⁊ versebañ in deſto maon. Qõ cũ audisset saul: psecut⁹ est dõ in deſto maon. Et ibat saul ⁊ viri ei⁹ ad latus mõtis ex parte vna: dauid aũ et viri ei⁹ erant in latere mõtis ex parte altera. Porro dauid desperabat se posse euadere a facie saul b Itaq̃ saul et viri ei⁹ in modũ coꝛone cingebant dauid ⁊ viri eius: vt caperent eos. Et nuncius venit ad saul dicens. Festina ⁊ veni: quoniam infoderunt se philistijm super terraꝝ. Reuersus est ergo saul desistẽs psequi dauid et perrexit in occursũ philistinoꝝ. Propter hoc vocauerũt locum illum petram diuidentẽ. Ca. XXIIII.

Ascendit ergo dauid inde: ⁊ habitauit in locis tutissimis engaddi. Cũq̃ reuersus eẽt saul postq̃ persecut⁹ est philisteos: nunciauerũt ei dicẽtes. c Ecce dauid ĩ deserto est engaddi. Assumẽs ergo saul tria milia electoꝝ virorꝝ ex omni israel. perrexit ad inuestigandum dauid et viros eius: etiam super abruptissimas petras que solis ibicibus puie sunt. Et venit ad caulas ouium q̃ se offerebant vianti. eratq̃ ibi spelunca: quaꝝ ingressus est saul vt purgaret ventrẽ. Porro dauid ⁊ viri ei⁹ in interiori pte spelũce latebant. Et dixerũt sui dauid ad eũ. Ecce dies de qua locut⁹ ẽ dñs ad te: ego tradam tibi inimicũ tuum vt facias ei sic̃ placuerit tibi ĩ oculis tuis. Surrexit ergo dauid: ⁊ p̃scidit oraꝝ clamidis saul silenter. d Post hec percussit coꝛ suũ dauid: eoq̃ abscidisset oram clamidis saul

Dixitq; ad viros suos. Propici? sit mihi dñs ne faciam hanc rem dño meo xpo dñi vt mittaz manũ meaz in eũ: qz xpc dñi est. Eliuit dñs: qz nisi dñs pcusserit eũ. aut dies ei? venerit vt moriat. aut descẽdens i pliũ pierit: ꝓpici? sit mihi dñs vt non mittã manũ meaz in xpm dñi. Et ꝓfregit dauid viros suos ſmonibꝫ istis: et nõ ꝑmisit eos vt cõsurgerẽt in saul. Porro saul exurgẽs de spelũca: pgebat cepto itinere. Surrexit aũ dauid pt? eum: et egressus de spelunca clamauit pt? tergũ saul dicẽs. Dñe mi rex. e Et respexit saul pt? se: et inclinans se dauid ꝓnus in terram adorauit. Dixitq; ad saul. Quare audis verba hoim loqntium: dauid qrit malũ aduersum te? Ecce hodie videt oculi tui. q? tradiderit te dñs i manu mea i spelunca: et cogitaui vt occiderẽ te: sed pepcit tibi oclus me?. Dixi enim. Nõ extẽdam manũ meam in dñm meũ: qz xpc dñi est. Quinpoci? pater mi vide z cognosce oram clamidis tue in manu mea: qũo cũ precideremz sũmitatẽ clamidis tue. nolui extendere manũ meam in te. Animaduerte z vide: quoniaz ñ est in manu mea malũ neq; iniqtas: neq; peccaui in te. Tu aũ insidiaris aĩe mee: vt auferas eam. f Judicet dñs inter me z te et vlciscat me dñs ex te: man? aũ mea non sit in te sicut dr in puerbio ãtiquo. Ab impijs egredietur impietas. Man? g̃ mea non sit in te. Quẽ psequeris rex isrl quem pseqris? Canez mortuũ pseqris: et pulicem vnũ. Sit dñs iudex z iudicet inter me z te: z videat z iudicet cãm meaz: z eruat me ꝺ manu tua. Cũ aũ complesset dauid loqns ſmones huiuscemodi ad saul: dixit saul. Nũquid vox hec tua est fili mi dauid? g Et leuauit saul voce suaz: z fleuit: dixitq; ad dauid. Justior tu es q̃ ego. Tu enim tribuisti mihi bona: ego aũt reddidi tibi mala. Et tu indicasti mihi hodie q̃ feceris mihi bona: qũo tradiderit me dñs in manu tua: et ñ occideris me. Quis enim cũ inuenerit inimicũ suũ dimittet eũ in via bona? Sed dñs reddat tibi vicissitudinem hanc: ꝓ eo q̃ hodie opatus es in me. Et nunc qz scio q̃ certissime regnãturus sis et habitur? in manu tua regnũ israel. iura mihi in dño ne deleas semen meũ pt? me: neq; auferas nomez meũ de domo pris mei. Et iurauit dauid sauli. Abijt g̃ saul i domũ suam: et dauid et viri ei? ascenderũt ad tutiora loca.

Ca. XXV

Mortuus est aũ samuel: et cõgregat? est vniuersus isrl z planxerũt eum nimis: et sepelierũt eũ in domo sua in ramatha. Consurgẽsq; dauid: descendit in desrtũ pharan. Erat aũ vir qspiam i soli tudine maon. z possessio ei? in carmelo: et hõ ille magnus nimis: erãtq; ei oues tria milia z mille capre. Et accidit vt tonderet̃ grex ei? in carmelo. Nomẽ aũ viri illi? erat nabal: z nomen uxoris ei? abigail. Eratq; mulier illa prudẽtissima z spetiosa. Porro vir ei? dur? et pessim?: et malitiosus. Erat aũ de genere caleph. Cuz aũ audisset dauid in desrto q̃ tõderet nabal gregem suũ: misit decẽ iuuenes et dixit eis. Ascendite in carmelũ: z venietis ad nabal z salutabitis eũ: ex noĩe meo pacifice: z sic dicetis. Sit frĩbus meis pax z tibi pax z domui tue pax: et oĩbꝫ q̃cũq; habes sit pax. Audiui q̃ tõderent pastores tui greges tuos q̃ erant nobiscũ in desrto. Nũq̃ eis molesti fuim?: nec aliqñ defuit eis quicq̃ de grege omni tpe q̃ fuerũt nobiscũ in carmelo. Interroga pueros tuos: z indicabũt tibi. Nunc g̃ inueniant pueri tui grãm i oculis tuis. In die enim bona venim? ad te. Quodcũq; inuenerit manus tua da ſuis tuis: et filio tuo dauid. Cũq; venissent pueri dauid. locuti sunt ad nabal omnia verba hec ex nomine dauid et siluerunt. Rñdens aũ nabal pueris dauid. ait. Quis est dauid et qs est fili? ysai? Hodie increuerũt ſui: q̃ fugiũt dños suos. Tollaz g̃ panes meos z aqs meas et carnes pecor q̃ occidi tonsoribus meis: et dabo viris quos nescio vñ sint? Regressi sunt aũ pueri dauid p viam suaz: z reuersi venerũt. z annũciauerũt ei omnia verba q̃ dixerat nabal. Tũc ait dauid pueris suis. Accingat̃ vnusqsq; gladio suo. Et accincti sunt singuli gladijs suis. Accinctusq; ẽ et dauid ense suo: et secuti sunt dauid q̃si quadringenti viri. h Porro ducenti remanserunt ad sarcinas. Abigail autem uxori nabal. nunciauit vn? de pueris suis dicẽs. Ecce dauid misit nũcios de deserto vt benedicerent dño nro: z auersat? est eos. Hoĩes isti boni satis fuerunt nobis z nõ molesti: nec quicq̃ aliqñ perijt omni tpe q̃ fuimus conuersati cũ eis in deserto. pro muro erant

nobis tam in nocte q̄ in die omnib⁹ diebꝫ quib⁹ pauim⁹ apud eos greges. Quāobrez considera ꝛ recogita q̄d facias: q̄niam cō-
pleta ē malicia aduersū viꝝ tuū ꝛ aduersū domū tuaz: ꝛ ipse fili⁹ ē belial. ita vt nemo
c possit ei loqui. ¶Festīauit igr̄ abigail. ꝛ tu-
lit ducētos panes. ꝛ duos vtres vini ꝛ q̄n-
q3 arietes coctos ꝛ q̄nq3 sata polentæ: ꝛ cē-
tū ligaturas vuepasse. et ducentas massas
caricaꝝ. et posuit sup azinos: dixitq3 pue-
ris suis. ¶Precedite me: ꝛ ecce ego pt⁹ tergū
sequar vos. Viro aī suo nabal nō indica-
uit. Cū ergo ascendisset azinū et descende-
ret ad radicem montis: dauid et viri eius
descendebant in occursū ei⁹. Quib⁹ et illa
occurrit. Et ait dō. vere frustra fuaui oīa
q̄ hui⁹ erant in deserto: et nō periit quicq̄ de
cūctis q̄ ad eū ptinebant: et reddidit mihi
malū p bono. Hec faciat dñs inimicis dō
et hec addat: si reliq̄o de omīb⁹ q̄ ad ipm
d ptinent vsq3 mane mingentem ad pietem.
¶Cum aī vidisset abigail dauid festinauit ꝛ
descendit de azino: et pcidit coram dō sup
faciē suam ꝛ adorauit sup terrā: et cecidit
ad pedes ei⁹ et dixit. In me sit dñe mi hec
iniq̄tas. Loquaī obsecro ancilla tua in au
ribꝫ tuis: et audi vba famle tue. Ne ponat
oro dñs me⁹ rex cor suū super viꝝ istū ini-
quū nabal. quoniaz fm nomen suū stult⁹
est: et ē stultitia cū eo. Ego aī ancilla tua
non vidi pueros tuos dñe mi: q̄s misisti.
e ¶Nunc g̃ dñe mi viuit dñs ꝛ viuit aīa tua q̄
phibuit te ne venires ī sanguinē: ꝛ salua-
uit manū tuam tibi. Et nūc fiant sicut na
bal inimici tui: ꝛ q̄ quer̄t dño meo maluz.
Qua ꝓpter suscipe bñdictōnem hanc quam
attulit ancilla tua tibi dño meo: ꝛ da pue-
ris q̄ sequunt̄ te dñm meū. Aufer iniq̄ta-
tē famule tue. ¶Faciens enī faciet dñs tibi
dño meo domū fidelem: qr̄ plia dñi dñe mi
tu pliaris. Malicia g̃ non inueniaī in te:
oīb⁹ diebꝫ vite tue. Si enī surrexerit aliq̄s
hō psequens te vel q̄rens aīam tuam: erit
aīa dñi mei custodita q̄ in fasciculo viuē-
tiū apud dñm deū tuum. Porro inimicoꝝ
f tuoꝝ aīa rotabit. q̄si in impetu et circulo
funde. ¶Cum ergo fecerit tibi dñs dño meo
oīa hec q̄ locut⁹ est bona de te. ꝛ ꝓstituerit
te ducē sup isrl̄: nō erit tibi hoc ī singultū
et in scrupulū cordis dño meo q̄ effuderis
sanguinē innocuū: aut ipse te vlt⁹ fueris.

Et cū benefecerit dñs dño meo. recordabe
ris ancille tue: et tu bñfacies ei. Et ait dō
ad abigail. Benedict⁹ dñs deus isrl̄ qui mi
sit te hodie in occursum meū: ꝛ bñdictum
eloq̄um tuū: ꝛ benedicta tu q̄ phibuisti me
hodie ne irem ad sanguinē ꝛ vlciscerer me
manu mea. Alioq̄n viuit dñs de⁹ isrl̄. qui
phibuit me ne malū facerem tibi: nisi cito
venisses in occursū mihi. non remansisset
nabal vsq3 ad lucē matutinam mīgens ad
g pietē. ¶Suscepit ergo dō de mann ei⁹. oīa q̄
attulerat ei: dixitq3 ei. Vade pacifice in do
mū tuam. Ecce audiui vocē tuaz: ꝛ hono-
raui faciē tuā. Venit aī abigail ad nabal.
Et ecce erat ei ꝓuiuiū in domo ei⁹ q̄si ꝓui-
uiū regis: ꝛ cor nabal iocundū. Erat enim
ebri⁹ nimis: ꝛ ñ indicauit ei ꝟbum pusillū
aut gñde vsq3 mane. Diluculo aī cū digel
lisset vinū nabal: īdicauit ei uxor sua ꝟba
hec. Et emortuū est cor ei⁹ intrīsec⁹ et fact⁹
est quasi lapis. Cūq3 pertransissent decem
dies: percussit dominus nabal ꝛ mortu⁹ ē.
Qō cum audisset dō mortuum esse nabal.
ait. Benedict⁹ dñs q̄ iudicauit cām oppro-
brij mei de manu nabal: ꝛ ꝟuū suum custo
h diuit a malo: et maliciam nabal reddidit
dñs in caput ei⁹. ¶Misit ergo dō ꝛ locutus
est ad abigail: vt sumeret eā sibi in uxorē.
Et venert̄ pueri dauid ad abigail ī carme- c
lum: ꝛ locuti sunt ad eaz dicentes. Dauid
misit nos ad te: vt accipiat te sibi ī uxorē.
Que ꝓsurgens adorauit pna in terram: et
ait. Ecce famula tua sit in ancillam: vt la-
uet pedes ꝟuoꝝ dñi mei. Et festīauit ꝛ sur-
rexit abigail ꝛ ascendit sup azinū: et q̄nq3
puelle ierunt cū ea pedisseque ei⁹. Et secu-
ta est nūcios dauid: ꝛ facta ē illa uxor. Hoz
et achinoen accepit dauid de iesrael: et fu-
it utraq3 uxor ei⁹. Saul aī dedit michol fi
liam suam uxorē dauid. phalchi filio lais:
qui erat de gallim. ¶Ca. XXVI.

Pa ET venerunt ziphei ad saul in ga-
baa dicentes. Ecce dō absconditꝰ
est in colle achille: q̄ est ex aduerso
solitudinis. Et surrexit saul ꝛ descendit ī
deꝛtū ziph. et cū ea tria milia uiroꝝ de ele-
ctis isrl̄: vt q̄reret dauid in deꝛto ziph. Et
castrametat⁹ ē saul in gabaa achille: q̄ erat
ex aduerso solitudis in via. Dauid autem
habitabat in deꝛto. Videns aūt q̄ venisset

saul post se in deptū: misit explorato⁹es et didicit q illuc venisset certissime. Et surrexit dauid clam: q venit ad locū vbi erat saul. Cūq vidisset locū ī q̄ dormiebat saul q abner filiꝰ ner p̄nceps milicie eiꝰ. q saulē dormientē in tēto⁹io et reliquū vulgꝰ p circuitū eiꝰ: ait dauid ad achimelech ethēū q abisai filiū saruie frēm ioab dicens. Quis descendet mecū ad saul ī castra? Dixitq; abisai. Ego descendaz tecū. Venerūt g̃ dauid et abisai ad p̄l'm noctē: q inuenerūt saul iacentē et dormientē in tēto⁹io. q hastaz fixā in terra ad caput eiꝰ: abner aū q p̄l'm dormientes in circuitu eiꝰ. Dixitq; abisai ad dauid. Concluſit deꝰ inimicū tuū hodie in manꝰ tuas. Nūc g̃ pfodiam eū lancea in tra semel: et scōo opꝰ ñ erit. Et dixit dauid ad abisai. Ne interficias eū. Quis enī extendet manū suam in x̄pm dñi: q īnocēs erit? Et dixit dō. Viuit dñs: q⁹ nisi dñs p̄cusserit eū aut dies eiꝰ venerit vt moriaū. aut ī p̄liū descēdens pierit: p̄piciꝰ mihi sit dñs ne extēdam manū meaz in x̄pm dñi. Nunc igiū tolle hastam q̄ est ad caput eiꝰ q ciphū aq̄: q abeam. Tulit igiū dō hastā. q ciphū aque q erat ad caput eiꝰ: et abierūt. Et non erat quiſq̄ qui videret q intelligeret q euigilaret: ſz omēs dormiebant: q⁹ sopor dñi irruerat sup eos. Cūq transisset dauid ex aduerso. et stetisset ī vertice mōtis de lōge et esset grā de interuallū inter eos: clamauit dauid ad p̄l'm et ad abner filiū ner dicēs. Nonne rñdebis abner? Et rñdens abner ait. Quis es tu q̄ clamas: q inq̄etas regē? Et ait dauid ad abner. Nūquid nō vir tu es? Et q̄s aliꝰ sil'is tui in isr'l? Quare ergo nō custodisti dñm tuū regez? Ingressus ē enī vnꝰ de turba: vt interficeret regē dñm tuū. Non ē bonū hoc q̄d fecisti? Viuit dñs q̄niā filij mortis estis vos: q⁹ ñ custodistis dñm vr̄m x̄pm dñi. Nūc ergo vide vbi sit hasta regis et vbi sit ciphꝰ aque q̄ erat ad caput eiꝰ. Cognouit aū saul vocē dauid: q dixit. Nunquid vox hec tua fili mi dauid? Et ait dauid. Vox mea dñe mi rex. Et ait. Quam ob causam dñs meꝰ p̄sequit͛ seruū suū? Quid feci: aut q̄d est malū in manu mea? Nūc g̃ audi oro dñe mi rex ꝓba serui tui. Si dñs incitat te aduersū me: odoret͛ sacrificium. Si aūt filij hominū: maledicti sunt in cōspectu dñi q̄ eiecerunt me hodie vt non habitez in hereditate dñi. dicentes: vade serui dijs alienis. Et nūc non effundaū sanguis meus in terra coraz dño: q⁹ egressus ē rex israel vt q̄reret pulicem vnū sicut p̄sequit͛ perdix in montibus. Et ait saul. Peccaui. Reuertere fili mi dauid. Nequaq̄ enī vlt̄ tibi malefaciam. eoq⁹ p̄ciosa fuerit anima mea in oculis tuis hodie. Apparet enim q stulte egerim: q ignorauerim mlta nimis. Et rñdēs dauid ait. Ecce hasta regis: trāseat vnꝰ de pueris regis et tollat eam. Dñs aūt retribuet vnicuiq⁹: ſm iusticiam suaz et fidem. Tradidit enim te dñs hodie ī manū meam: et nolui extendere manū meam in x̄pm dñi. Et sicut magnificata ē anima tua hodie in oculis meis: sic magnificetur aīa mea ī oculis dñi et liberet me de omni āgustia. Ait ergo saul ad dauid. Benedict͛ tu fili mi dauid. Et q̄dem faciens facies: q potens poteris. Ca. XXVII.

Dixit aū dauid in viaz suam: q saul reuersus est in locum suum. Et ait dauid in corde suo. Aliq̄n incidaz vna die in manus saul. Nonne vt meliꝰ est vt fugiam. et saluer in tra philistinoꝝ: vt desperet saul. cessetq⁹ me q̄rere ī cunctis finib⁹ isr'l. Fugiaz ergo manꝰ eiꝰ. Et surrexit dauid: et abijt ipse q sexcenti viri cū eo ad achis filiū maoch regē geth. Et habitauit dauid cū achis in geth: ipse et viri eiꝰ: et domꝰ eiꝰ et due vxores eiꝰ. achinoez iesrahelites q abigail vxor nabal carmeli. Et nunciatū est saul q̄ fugisset dauid in geth et nō addidit vltra q̄rere eū. Dixit autem dauid ad achis. Si inueni grām in oculis tuis det͛ mihi locus in vna vrbiū regionis huiꝰ vt habitem ibi. Cur enim manet seruus tuus in ciuitate regis tecū? Dedit ita ei achis in die illa sicelech. Propt͛ quam causam facta est sicelech regū iuda: vsq⁹ in diē hanc. Fuit aū numerꝰ dier⁹ q̄bus habitauit dauid in regione philistinoꝝ quatuor mensiū. Et ascendit dauid et viri eius: et agebant p̄das de gesuri. et de gezre. et de amalechitis. Hij enim vagi habebant͛ in terra antiq̄tus. euntibus sur vsq⁹ ad terram egipti. Et p̄cuciebat dauid omnem terraz illoꝝ nec relinq̄bat viuentem vir⁹ et mulierem: tollensq⁹ oues et boues et azinos et camelos et vestes reuertebat͛: et veniebat ad achis. Dicebat autem ei achis. In quē

rruisti hodie. Rñdebat dauid. Conſ meridiem iude et contra meridiem hieramel: et contra meridiem ceni. Vir ꝙ mulierem non viuificabat dauid: nec adducebat in geth dicẽs: ne forte loquant aduersũ nos. Hec fecit dauid: et hoc erat decretũ illi oĩbus diebꝫ ꝗbus habitauit in regione philistinoꝝ. Credidit ḡ achis dõ dicens. Mlta mala opatus est ꝓtra ꝓpl'm suum isrl'. Erit igit mihi ſu9 sempit̃nus. Ca. XXVIII.

In Factum est aũ in diebꝫ illis: congregauerũ philistijm agmina sua vt preparent̃ ad bellũ ꝑ isrl'. Dixitꝙ achis ad dauid. Sciens nũc scito: quoniã mecum egredieris in castris. tu ꝙ viri tui. Dixitꝙ dauid ad achis. Nũc scies q̃ factu rus est ſu9 tuus. Et ait achis ad dauid. Et ego custodem capitis mei ponam te cũctis diebꝫ. Samuel aũ mortu9 est planxitꝙ eũ omnis isrl': et sepelier̃t eũ in ramatha vrbe sua. Et saul abstulit magos et ariolos de tẽra: ꝙ int̃fecit eos q̃ phitones habebant in ventre. Congregatiꝙ sunt philistijm et venerũt ꝙ castrametati sunt in sunaz. Cõgregauit aũ ꝙ saul vniuersũ isrl': ꝙ venit in gelboe. Et vidit saul castra philistijm ꝙ timuit: et expauit cor ei9 nimis. Consuluitꝙ dñm: et non rñdit ei neqꝫ ꝑ somnia neqꝫ ꝑ sacerdotes neqꝫ ꝑ ꝓphas. Dixitꝙ saul seruis suis. Queritꝫ mihi mlierez bñtem phitonem: ꝙ vadam ad eaz ꝙ sciscitabor ꝑ illã. Et dixer̃t ſui ei9 ad eũ. Est mlier phitonez bñs in endor. Mutauit ḡ habitũ suũ. vesti tusꝙ est alijs vestimẽtis: ꝙ abijt ipse ꝙ duo viri cũ eo: veneꝛtꝙ ad mulierẽ noctꝫ. ꝙ ait illi. Diuina mihi ĩ phitone: ꝙ suscita mihi quẽ dixero tibi. Et ait mlier ad eũ. Ecce tu nosti q̃nta fecerit saul: ꝙ qũo eraserit magos et ariolos de tra. Quare ḡ insidiaris aĩe mee vt occidar? Et iurauit ei saul ĩ dño dicens. Viuit dñs: qꝛ ñ eueniet tibi quicq̃ mali ꝓpt̃ hanc rem. Dixitꝙ ei mulier. Quẽ suscitabo tibi? Qui ait. Samuelem suscita mihi. Cũ aũ vidisset mlier samuelẽ: exclamauit voce magna: ꝙ dixit ad saul. Quare imposuisti mihi? Tu es enĩ saul. Dixitꝙ ei rex. Noli tĩere. Quid vidisti? Et ait mulier ad saul. Deos vidi ascẽdentes ỏ terra. Dixitꝙ ei. Qualis est forma ei9? Que ait. Vir senex ascendit: et ipe amict9 est pallio. Et ĩtellexit saul qỏ samuel esset: ꝙ inclinauit se sup faciem suã in tẽra: ꝙ adorauit. Dixit aũ samuel ad saul. Quare inq̃etasti me vt suscitarer? Et ait saul. Coartor nimis. Siq̃dem philistijm pugnant aduersũ me. ꝙ deus recessit a me: ꝙ exaudire me noluit neqꝫ in manu ꝓphetarꝫ neqꝫ ꝑ somnia. Vocaui ergo te: vt oñderes mihi q̃d faciã. Et ait samuel. Quid int̃rogas me cũ dñs recesserit a te. et transierit ad emulũ tuũ? Faciet enim tibi dñs. sicut locut9 est ĩ manu mea: ꝙ scindet regnũ tuũ de manu tua. et dabit illud ꝓximo tuo dauid: qꝛ nõ obedisti voci dñi. neqꝫ fecisti iram furoꝛis ei9 in amelech. Idcirco qỏ pateris fecit tibi dñs hodie: et dabit dñs etiam israel tecum in manu philistijm. Cras autem tu et filij tui mecum eritis: sed et castra israel tradat dñs in manus philistijm. Statiꝫ saul cecidit porrectus in terram. Extimuerat enĩ verba samuelis et robur non erat in eo: qꝛ non comederat panẽ tota die illa. Ingressa est itaqꝫ mulier illa ad saul. Conturbat9 enim erat valde. Dixitꝙ ad eum. Ecce obediuit ancilla tua voci tue. ꝙ posui animaz meam ĩ manu mea: ꝙ audiui sermones tuos quos locutus es ad me. Nunc igit̃ audi et tu vocem ancille tue: et ponaz coram te buccellam panis vt comedens ꝓualescas. et possis iter agere. Qui rẽnuit ꝙ ait. Non comedam. Coegerunt autem eum ſui sui et mulier: et tandem audita voce eoꝝ surrexit de tẽra: et sedit sup lectum. Mulier autem illa habebat vitulum pascualem in domo: et festinauit ꝙ occidit eũ. Tollensꝙ farinam miscuit eam et coxit azima: ꝙ posuit ante saul et ante seruos eius. Qui cuz comedissent surrexerunt et ambulauerũt per totam noctem illam. Ca. XXIX

Congregata sunt ergo philistijm vniuersa agmina in aphech. Sed ꝙ israel castrametat9 est sup fontem q̃ erat in iesrahel. Et satrape q̃dem philistijm incedebant ĩ centurijs et milibꝫ: dauid aũ et viri eius erant in nouissimo agmine cũ achis. Dixerũtꝙ pncipes philistijm ad achis. Quid sibi volũt hebrei isti? Et ait achis ad pncipes philistijm. Nũquid ignoratis dauid q̃ fuit seruus saul regis isrl' ꝙ est apud me multis diebus vel annis? Et non

inueni in eo quicq̃ ex die q̃ transfugit ad me: vsq; in die hanc. Irati sunt at̃ aduersus eũ pncipes philistijm: ⁊ dixerũt ei. Reuertat̃ vir ⁊ sedeat in loco suo in q̃ pstituisti eũ: ⁊ non descendat nobiscũ in pliũ: ne fiat nob aduersari⁹ cũ pliari cepim⁹. Quo enim alit̃ poterit placare dñm suũ: nisi in capitib⁹ nr̃is? Nõne iste est dauid cui cantabant i chꝛis dicẽtes. pcussit saul i milibus suis: ⁊ dauid in decẽ milib⁹ suis? Eloca uit g̃ achis dꝛ: et ait ei. Viuit dñs qꝛ rect⁹ es ⁊ bonus in pspcu meo: et exit⁹ tu⁹ ⁊ introit⁹ tu⁹ mecũ est in castris. Et nõ inueni i te quicq̃ mali. ex die q̃ venisti ad me vsq; in die hanc: sed sat̃ pis non places. Reuertere g̃ et vade in pace: ⁊ non offendas oculos sat̃ pꝛ; philistijm. Dixitq; dꝛ ad achis Quid enī feci: ⁊ qd inueniſti i me puo tuo a die q̃ fui in pspectu tuo vsq; in die hanc. vt nõ veniam ⁊ pugnẽ cont̃ inimicos dñi mei regis? Rñdens aũt achis. locut⁹ est ad dauid. Scio qꝛ bon⁹ es tu i oculis meis sic̃ angelus dei: sed pncipes philistiꝫ dixer̃t Non ascendet nobiscũ in preliũ. Igit̃ consurge mane tu et pui dñi tui q̃ venerũt tecũ: et cum de nocte surrexeritis ⁊ cepit diluescere pgite. Surrexit itaq; de nocte dꝛ ipse et viri ei⁹: vt pficiscerent̃ mane et reuertꝛentꝛ ad terram philistijm. Philistijm at̃ ascender̃t in iesrahel. Ca. XXX

Qui cũ venissent dauid et viri ei⁹ in sicelech die tcia: amalechite impetum fecerant ex pte australi i sicelech: et pcusserant sicelech ⁊ incenderãt eaz igni. Et captiuas duxer̃t mulieres ex ea a minimo vsq; ad magnũ: ⁊ non interfecer̃t quenq̃: sed secum duxer̃t ⁊ pgebant itinere suo. Cũ ergo venisset dauid ⁊ viri ei⁹ ad ciuitatẽ ⁊ inuenissent eam succensam igni et vꝛores suas ⁊ filios suos ⁊ filias ductas eẽ captiuas: leuauer̃t dauid ⁊ pꝛlus q̃ erat cũ eo voces suas: et planxer̃t donec deficerent in eis lacrime. Siqdem et due vꝛores dauid captiue ductꝛ fuerãt: achinoez iesrahelites. et abigail vꝛor nabal carmeli. Et contristat⁹ est dauid valde. Dolebat enim eum pꝛlus lapidare: qꝛ amara erat aĩa vniuscuiusq; viri sup filijs suis ⁊ filiab⁹ Confortat⁹ est aũ dauid i dño deo suo: ⁊ ait ad abiathar sacdotẽ filiũ achimelech Applica ad me epbot. Et applicauit abiathar epbot ad dauid: et consuluit dauid dñm dicens. Persequar latrũculos hos et cõprehẽdam eos an nõ? Dixitq; ei dñs. Persequꝛe: absq; dubio enī pꝛehẽdes eos: ⁊ excucies pdaz. Abijt g̃ dauid. ipse et sexcenti viri q̃ erant cũ eo et venerunt vsq; ad tꝛrentẽ besoꝛ: ⁊ lassi q̃dam substitert. Persecutus est aut̃ dauid: ipse et quadrĩgenti viri cũ eo: substiterant enim ducẽti: q̃ lassi transire non potꝛerant tꝛrentꝛ besoꝛ. Et inuener̃t vir egipcium in agro: et adduxer̃t eum ad dauid. Dederuntq; ei panem vt comederet ⁊ biberet aquã sed et fragmẽ masse carꝛ: az et duas ligaturas vuepasse. Qui cũ comedisset reuersus est spũs ei⁹: et reuocillatus est. Non enī comederat panẽ neq; biberat aquam trib⁹ diebꝫ ⁊ trib⁹ noctib⁹. Dixit itaq; ei dꝛ. Cui⁹ es tu vel vnde: ⁊ quo pgis? Qui ait. Puer egipci⁹ ego sum: pu⁹ viri amalechite. Dereliquit aũ me dñs meus: qꝛ egrotare cepi nudiustercius. Siqdem nos erupim⁹ ad australẽ plagam cerethi. et pꝛ iudam et ad meridiẽ caleph: ⁊ sicelech succendim⁹ igni Dixitq; ei dauid. Potes me ducere ad istũ cuneũ? Qui ait. Jura mihi p deum: qꝛ non occidas me: ⁊ non tradas me in man⁹ dñi mei: et ego ducaz te ad cuneum istũ. Et iurauit ei dauid. Qui cũ duxisset eum: ecce illi discũbebant sup faciem vniuerse terre: comedentes ⁊ bibentes ⁊ q̃ festũ celebrantes diem. pꝛo cuncta preda ⁊ spolijs q̃ cepant ꝺ terra philistijm: ⁊ de tra iuda. Et pcussit eos dauid a vespa vsq; ad vesperam altert⁹ diei: et non euasit ex eis quisq̃ nisi tantũ quadringenti viri adolescentes q̃ ascenderant camelos ⁊ fugerant. Eruit g̃ dauid oĩa q̃ tulerant amalechite: et duas vꝛores suas eruit nec defuit quisq̃ a puo vsq; ad magnũ tam de filijs q̃ de filiabꝫ et de spolijs: et q̃cunq; rapuerant omĩa reduxit dauid: ⁊ tulit vniuersos greges et armenta ⁊ minauit añ faciem suam. Dixeruntq;. Hec est preda dauid. Venit autem dauid ad ducẽtos viros q̃ lassi substiterãt nec sequi potꝛerant dꝛ: ⁊ residere eos iusserat in tꝛrentꝛ besoꝛ. Qui egressi sunt obuiaz dauid: et pꝛo qui erat cũ eo. Accedẽs autem dauid ad pꝛm: salutauit eos pacifice. Rñdensq; vnus vir pessim⁹ et iniqu⁹ de viris qui erant cum dauid dixit. Quia nõ venerunt nobiscũ non dabimus eis quicq̃

de preda quã eruim⁹:sed sufficiat vnicuiqz vxor sua et filij: quos cum acceperint: recedant. Dixit autẽ dauid. Non sic facietis fratres mei de hijs q̃ tradidit nobis dñs et custodiuit nos:et dedit latrunculos qui eruperant aduersum nos in man⁹ nostras: nec audiet vos quisq̃ sup ꝓmone hoc. Eq̃ enim pars erit descendentis ad prelium et remanentis ad sarcinas: et similiter diuident. Et factũ est hoc ex die illa ⁊ deinceps constitutũ et prefinitũ et quasi lex in isr̃l: vsqz in diẽ hanc. Venit ergo dd in sicelech et misit dona de preda senioribꝫ iuda primis suis dicens. Accipite benedictõnem de preda hostium dñi. Hijs q̃ erant in bethel. et q̃ in ramoth ad meridiẽ:et q̃ in gether. et q̃ in aroer.et q̃ in sephamoth.et q̃ in esthama. et q̃ in rachal.et q̃ in vrbibꝫ hierameli.et q̃ in vrbibꝫ ceni.⁊ q̃ in rama.⁊ q̃ in lacu asan. ⁊ q̃ in athach.⁊ q̃ in ebron:⁊ reliquis q̃ erant in hijs locis in quibus commorat⁹ fuerat dd ⁊ viri ei⁹. ¶ Ca. XXXI

Philistijm autẽ pugnabant aduersum israel. Et fugerunt viri israel ante faciem philistijm:et ceciderũt interfecti in monte gelboe. Irrueruntqz philistijm in saul et in filios ei⁹:⁊ pcusserũt ionathan.et aminadab.⁊ melchisue filios saul:totũqz pondus pl̃ij versum est in saul. Et consecuti sunt eũ viri sagittarij: ⁊ vulnerat⁹ est vehemẽter a sagittarijs. Dixitqz saul ad armigerꝫ suum. Euagina gladium tuũ ⁊ interfice me:ne forte veniant in circũcisi isti ⁊ inficiant me illudentes mihi. Et noluit armiger ei⁹:fuerat enim nimio terrore pterritus. Arripuit itaqz saul gladium suũ:⁊ irruit sup eũ. Quod cũ vidisset armiger eius videlicet q̃ mortuus esset saul:irruit etiaz ipse sup gladium suum ⁊ mortu⁹ est cum eo. Mortu⁹ est ergo saul et tres filij eius ⁊ armiger illius:et vniuersi viri eius in die illa pariter. Videntes autẽ filij israel:q̃ erant trans vallem ⁊ trans iordanen qd fugissent viri israelite.et q̃ mortuus esset saul ⁊ tres filij eius: reliquerũt ciuitates suas et fugerunt. Venerũtqz philistijm:et habitauerunt ibi. Facta autem die altera venerunt philistijm vt expoliarent interfectos:et inuenerunt saul ⁊ tres filios ei⁹ iacentes in monte gelboe. Et preciderunt caput saul et expoliauerunt eum armis: et miserunt in terram philistinoꝝ per circuitum: vt annunciaretur in templo ydolorum et in populis. Et posuerunt arma eius in templo astaroth: corpus vero eius suspenderũt in muro bethsan. Qd cum vidissent habitatores iabes galaad q̃cunqz fecerant philistijm saul:surrexerunt omnes viri fortissimi ⁊ ambulauerunt tota nocte et tulerunt cadauera saul ⁊ cadauera filioꝝ ei⁹ de muro bethsan. Veneruntqz viri iabes galaad:et conbusserunt ea igni et tulerunt ossa eoꝝ et sepelierunt in nemore iabes et ieiunauerunt septem diebꝫ.

¶ Explicit liber regum prim⁹. Incipit liber regum secundus. ¶ Ca. pmum.

Factũ est autem postq̃ mortuus est saul vt dauid reuerterẽ a cede amalech: ⁊ maneret in sicelech duos dies. In die autem tercio apparuit homo veniens de castris saul veste conscissa:et puluere conspsus caput. Et vt venit ad dauid cecidit sup faciem suam: et adorauit. Dixitqz ad eum dauid. Vnde venis! Qui ait ad eum. De castris israel fugi. Et dixit ad eum dd. Quod est verbũ quod factũ est! Indica mihi. Qui ait. Fugit plus ex prelio:⁊ multi corruentes e plo mortui sunt:sed ⁊ saul ⁊ ionathas filius eius interierunt. Dixitqz dauid ad adolescentẽ qui nũciabat ei. Vñ scis quia mortuus est saul et ionathas filius eius! Ait adolescens qui nunciabat ei. Casu veni in montem gelboe.et saul incũbebat super hastam suam: porro currus ⁊ equites appropinquabant ei: et conuersus post tergum suum. Vidensqz me vocauit. Cui cum respondissem assum: dixit mihi. Quis naz es tu! Et aio ad eum. Amalechites ego sum. Et locutus est mihi. Sta sup me ⁊ infice me qm̃ tenent me angustie: ⁊ adhuc tota aĩa mea in me ẽ. Stansqz super eum. occidi illum. Sciebam enim qd viuere non poterat post ruinam. Et tuli dyadema quod erat in capite eius: et armillam de brachio illius: et attuli ad te dñm meũ huc. Apprehendens autez dauid vestimenta sua scidit. omnesqz viri qui erant cum eo: et planxerunt et fleuerunt

et ieunauerunt vsq; ad vespam sup saul ⁊ sup ionathan filiũ ei⁹ ⁊ sup pplm dñi ⁊ sup domũ isrl: eoq; corruissent gladio. Dixit q; dauid ad iuuenẽ q nũciauerat ei. Vnde es tu: Qui rñdit. Fili⁹ hois aduene amalechite ego sum. Et ait ad eũ dauid. Quare non timuisti mittere manũ tuaz. vt occideres xpm dñi: Vocansq; dd vnũ de pueris suis ait. Accedens irrue in eũ. Qui pcussit illũ: ⁊ mortu⁹ est. Et ait ad eũ dauid. Sanguis tu⁹ sup caput tuũ. Os enĩ tuũ locutũ est aduersũ te dicẽs: ego interfeci xpm dñi.

d Planxit aũt dd planctũ huiuscemodi sup saul et sup ionathan filiũ ei⁹: et pcepit vt docerẽt filios iuda planctũ sicut ⁊ scptũ est in libro iustoꝝ. Et ait. Cõsidera isrl'p hijs q mortui sunt: sup excelsa tua vulnerati. Incliti isrl' sup montes tuos interfecti sũt. Quo ceciderũt fortes. Nolite annũciare in geth neq; annũcietis in pplitis ascalonis: ne forte letentur filie philistijm: ne exultent filie incircũcisoꝝ. Montes gelboe nec ros nec pluuia. veniãt sup vos. Neq; sint agri pmiciaꝝ: q; ibi abiect⁹ est clipe⁹ fortiũ: clipe⁹ saul q̃si non esset unct⁹ oleo a sanguine

e interfectoꝝ ab adipe fortiũ. Sagitta ionathe nunq; rediit retrorsum: ⁊ gladi⁹ saul ñ ẽ reuersus inanis. Saul ⁊ ionathas amabiles ⁊ decori valde in vita sua: in morte q̃z ñ sunt diuisi. Aq̃lis velotꝛes: leonib⁹ fortiores. Filie isrl' sup saul flete q vestiebat vos coccino ĩ delicijs: q prebebat ornamẽta aurea cultui vro. Quo ceciderũt fortes ĩ plio: Jonathas ĩ excelsis tuis occisus est. Doleo sup te fr̃ mi ionatha decore nimis: ⁊ amabilis sup amorẽ mulieꝝ. Sicut mat̃ unicũ amat filiũ suũ: ita ego te diligebaz. Quomodo ceciderunt robusti: ⁊ perierũt arma bellica.

Ca. II.

f Igit̃ pt⁹ hec consuluit dauid dñm dicens. Nũ ascendam ĩ vnam de ciuitatib⁹ iuda: Et ait dñs ad eum. Ascende. Dixitq; dd. Quo ascẽdam: Et rñdit ei. In hebron. Ascendit g̃ dauid ⁊ due uxores ei⁹ achinoez iesrlites ⁊ abigail uxor nabal carmeli: sed et viros q erant cũ eo duxit dauid singlos cũ domo sua: ⁊ mansert in opidis hebron. Venerũtq; viri iuda et unxert ibi dauid: ut regnaret sup domũ iuda. Et nũciatum est dauid: q; viri iabes

g galaad sepelissent saul. Misit g̃ dauid nũcios ad viros iabes galaad: dixitq; ad eos Benedicti vos a dño qui fecistis misericordiaz hanc cũ dño vestro saul: et sepelistis eum. Et nũc retribuet q̃z vobis dñs misericordiaz et veritatẽ: et ego reddam grãm eoq; fecistis verbũ istud. Confortent̃ man⁹ vre: et estote filij fortitudinis: licet enĩ mortu⁹ sit dñs vr̃ saul: tñ me unxit dom⁹ iuda ĩ regẽ sibi.

h Abner aũt fili⁹ ner pnceps exercitus saul tulit hisboseth filiũ saul. ⁊ circũduxit eũ p castra: regemq; pstituit sup galaad ⁊ sup iessuri et sup iesrael et sup ephraim et sup beniamin ⁊ sup isrl' uniuersũ. Quadraginta annoꝝ erat hisboseth fili⁹ saul cũ regnare cepisset sup isrl': ⁊ duob⁹ annis regnauit. Sola aũt dom⁹ iuda seq̃bat dauid. Et fuit numer⁹ dieꝝ quos pmorat⁹ est dauid

p imperans in hebron sup domũ iuda: septẽ annoꝝ et sex mensiũ. Egressusq; est abner filius ner ⁊ pueri hisboseth filij saul de castris in gabaon: porro ioab filius saruie et pueri dauid egressi sunt. ⁊ occurrerũt eis iuxta piscinaz gabaon. Et cũ in unũ conuenissent: e regione sederunt hij ĩ una pte piscine: et illi ex altera. Dixitq; abner ad ioab. Surgant pueri: et ludant coram nobis. Et rñdit ioab: Surgant. Surrexerũt ergo et transierũt numero duodecim de bẽiamin ex pte hisboseth filij saul: ⁊ duodecĩ de pueris dauid. Apprehensoq; unusquisq; capite comparis sui defixit gladiũ in latus conr̃j: et ceciderunt simul. Vocatũq; est

b nomẽ loci illi⁹. ager robustoꝝ in gabaon. Et ortũ est bellum duꝝ satis in die illa: fugatusq; est abner et viri isrl' a pueris dd. Erant autem ibi tres filie saruie: ioab et abisai et asahel. Porro asahel cursor velocissim⁹ fuit: quasi un⁹ ex capreis q morant̃ in siluis. Persequebat aũt asahel abner: et nõ declinauit ad dextram siue ad sinistrã. omittens psequi abner. Respexit itaq; abner pt⁹ tergu⁹ suũ. ⁊ ait. Tu ne es asahel: Qui rñdit ego sum. Dixitq; ei abner. Vade ad dextram siue ad sinistram ⁊ apprehẽde unũ de adolescentib⁹: ⁊ tolle tibi spolia ei⁹ Noluit aũt asahel omittere: q̃n urgeret eũ.

q Rursũq; locut⁹ est abner ad asahel. Recede et noli me sequi: ne forte pellar confodere te in terram: ⁊ leuare non potero faciem meam ad ioab fratrem meum. Qui aubire cõtempsit: ⁊ noluit declinare. Percussit g̃

eum abner auersa hasta in inguine ⁊ trās-
fodit: et mortu⁹ est in eodem loco. Omēsq;
q̄ transibāt p̄ locū illū in quo ceciderat a-
sahel et mortu⁹ erat substistebāt. Persequnti
bus aūt ioab ⁊ abisai fugientē abnēr: sol oc
cubuit. Et venert usq; ad collem aq̄duct⁹:
q̄ est ex aduerso vallis ⁊ itineris deserti in
gabaon. Congregatiq; sunt filij beniamin
ad abner: ⁊ ꝯglobati in vnū cuneū. stetert
in sūmitate tumuli vni⁹. Et exclamauit ab-
ner ad ioab: ⁊ ait. Nū usq; ad internitōnem
tu⁹ mucro deseuiet: An ignoras q̄ piculo-
sa sit desperatō: Usquequo nō dicis p̄ł'o vt
omittat p̄sequi frēs suos: Et ait ioab. Eli-
uit dñs: si locutus fuisses mane: recessisset
p̄ł'us persequns frēm suū. Insonuit ḡ ioab
bucina ⁊ stetit oīs exercit⁹: nec p̄secuti sūt
vltra isrł': neq; inire certamē. Abner aūt ⁊
viri ei⁹ abierūt p̄ campestria moab tota no-
ctē illa ⁊ transierūt iordanen: ⁊ lustrata omī
bethoron venert ad castra. Porro ioab re-
uersus omisso abner ꝯgregauit oēm p̄ł'm:
et defuerunt de pueris dauid: decem ⁊ no-
uem viri excepto asahele. Serui aūt dauid
p̄cusserunt de beniamin et de viris q̄ erant
cū abner. trecentosseraginta: q̄ et mortui
sunt. Tuleruntq; asahel. ⁊ sepelierunt eum
in sepulchro patris sui in bethleem. Et am
bulauerūt tota nocte ioab et viri q̄ erant
cum eo: ⁊ in ipso crepusculo peruenerunt
in hebron. Ca. III.

Facta est ergo longa cōcertatō. inter
domū dauid ⁊ inter domū saulis:
dō p̄ficiēs ⁊ semp seipso robustior:
dom⁹ aūt saul decrescens quotidie. Natiq; sūt
filij dauid in hebron. Fuitq; p̄mogenitus
ei⁹ āmon de achinoen iesrahelitē: ⁊ pt⁹ eum
chaleab ō abigail vxore nabal carmeli. por
ro tertⁱ⁹ absalon: filⁱ⁹ maacha filie tholo-
mai regis gessur. Quartⁱ⁹ aūt adonias filⁱ⁹
agith: et q̄ntus saphacias filius abithal.
Sextus q̄ḡ hietraam: de egla vxore dō. Dij
nati sūt i hebron. Cū ḡ esset p̄liū inter domū
saul ⁊ domū dō: abner filⁱ⁹ ner regebat do
mū saul. Fuerat aūt sauli ꝯcubina noīe res
pha filia achia: ingressusq; ē ad eā abner
Dixitq; hisboseth ad abner. Quare īgres-
sus es ad concubinā patris mei: Qui irat⁹
nimis p̄ter verba hisboseth: ait. Nūquid
caput canis ego sum aduersum iudam
hodie. q̄ fecerim miscōiam sup domū saul
patris tui. et sup fratres et p̄rimos eius:
et non tradidi te in manu dauid: et tu re-
⁊ trãsfugiam⁹ ad castra sirie. Si peperce-
rint nob̃ viuem⁹: si aũt occidere voluerĩt
nihilomin⁹ moriemur. Surrexerũt q̃ vespe
ri: vt venirẽt ad castra sirie. Cũq; venissẽt
ad p̃ncipiũ castrox sirie: nullũ ibidẽ repe-
rerũt. Siquidẽ dñs sonitũ audiri fecerat
in castris sirie curruũ ⁊ equox: ⁊ exerci-
tus plurimi. Dixerũtq; adĩuicẽ. Ecce mer
cede cõduxit aduersum nos rex isrl̃ reges
getheox ⁊ egiptiox: ⁊ venerũt super nos
C Surrexerũt q̃ ⁊ fugerũt in tenebris: ⁊ de-
reliquerũt tentoria sua ⁊ equos ⁊ azinos
in castris: fugerũtq; . animas tantũ suas
saluare cupientes. Igiẽ cũ venissẽt lepro-
si illi ad p̃ncipiũ castrox ingressi sũt vnũ
tabnaculũ: ⁊ comederũt ⁊ biberũt. Tulerũt
q; inde argẽtũ ⁊ aux ⁊ vestes: ⁊ abierũt ⁊
absconderunt. Et rursum reuersi sunt ad
aliud tabnaculũ: ⁊ inde similiẽ auferẽtes
absconderunt. Dixeruntq; adinuicẽ. Non
recte facimus. Hec enĩ dies boni nũcij est
Si tacuerimus ⁊ noluerim⁹ nũciare usq;
mane: sceleris arguemur. Venite eamus
⁊ nunciemus in aula regis. Cũq; venissẽt
ad portã ciuitatis: narrauerũt eis dicẽtes
Iuimus ad castra sirie ⁊ nullum ibidẽ re
perimus hominẽ: nisi equos ⁊ azinos alli
D gatos: ⁊ fixa tentoria. Ierunt q̃ portarij:
⁊ nũciauerunt in palacio regis intrinse-
cus. Qui surrexit nocte: et ait ad seruos
suos Dico vob̃ quid fecerĩt nob̃ siri. Sci-
unt q; fame laboramus: ⁊ idcirco egressi
sũt ꝺ castris: ⁊ latitãt ĩ agris dicẽtes. Cũ
egressi fuerĩt ꝺ ciuitate capiemus eos vi-
uos: ⁊ tũc ciuitatẽ ĩgredi potuerim⁹. Re-
spõdit aũ vn⁹ suox ei⁹. Tollamus quinq;
eq̃s q̃ remãserũt ĩ vrbe: q; ipi tantũ sũt ĩ
vniuersa mꝫtitudine israbel. alij enĩ ꝯsum
pti sunt: ⁊ mittentes explorare poterim⁹
E Adduxerũt ergo duos equos: misitq; rex
in castra siriox dicens. Ite ⁊ videte. Qui
abierunt post eos usq; ad iordanen. Ecce
aũt oĩs via plena erat vestib⁹ ⁊ vasis: q̃ p
iecerant siri cũ turbarent̃. Reuersiq; nũ-
cij indicauerũt regi. Et egressus populus
diripuit castra sirie: factusq; est modius
similе statere uno. ⁊ duo modij ordei state
re uno: iuxta verbum domini. Porro rex
F ducem illum in cuius manu ĩcubuerat cõ
stituit ad portaz: quem cõculcauit turba
in introitu portę ⁊ mortuus est: iuxta qđ
locutus fuerat vir dei quando descẽderat
rex ad eum. Factũq; est scđm sermonẽ vi-
ri dei. quem dixerat regi quando ait. duo
modij ordei statere uno erũt. ⁊ modius si-
mile statere uno hoc eodem tempore cras
in porta samarie: quando respondebat
dux ille viro dei et dixerat. eciamsi domi-
nus fecerit catharactas in celo nunquid
poterit fieri qđ loq̃ris: et dixit ei videb̃ o-
culis tuis. et inde nõ comedes. Euenit er-
go ei sicut predictum erat: ⁊ conculcauit
eum populus in porta: ⁊ mortuus est.

Capi. .VIII.

H Elisseus aũ locut⁹ ẽ ad mulierẽ: cu
ius viuere fecerat filium dicens.
Surge: vade tu ⁊ dom⁹ tua: et pe-
regrinare ubicũq; repereris. Vocabit enĩ
dñs famem: ⁊ veniet super terram septem

ānis. Que ſurrexit ⁊ fecit iuxta verbū ho
mīs dei. ⁊ vadēs cū domo ſua: peregrina-
ta ē ī terra philiſtijm. diebꝫ multis Cunqꝫ
finiti eſſent āni ſeptē: reuerſa ē mulier de
terra philiſtijm. Et īgreſſa ē: vt interpella
f ret regē ꝓ domo ſua. ⁊ ꝓ agris ſuis. Rex
aūt loquebaī cū giezi puero viri dei dicēs
Narra mihi oīa magnalia q̄ fecit heliſeus
Cūqꝫ ille narraret regi quō mortuū ſuſci-
taſſet: aparuit mulier cui⁹ viuificauerat
filiū clamās ad regē pro domo ſua ⁊ ꝓ a-
gris ſuis Dixitqꝫ giezi Domīe mi rex hec
ē mulier: ⁊ hic ē fili⁹ ei⁹ quē ſuſcitauit he-
liſeus Et interrogauit rex mulierē. Que
narrauit ei. Deditqꝫ ei rex eunuchū vnuꝫ
dicēs Reſtitue ei oīa q̄ ſua ſūt: ⁊ vniuer-
ſos redditus agroꝝ a die qua reliquit ter
T a ram vſqꝫ ad p̄ſens Venit quoqꝫ heliſeus
damaſcū. ⁊ benadab rex ſirie egrotabat.
Nunciaueruntqꝫ ei dicentes. Venit vir dī
huc. Et ait rex ad azahel. Tolle tecū mu-
nera ⁊ vade in occurſum viri dei: ⁊ cōſule
dñm ꝓ eū dicens. Si euadere potero de ī-
firmitate mea hac? Iuit igitur azahel in
occurſum eius habēs ſecum munera ⁊ oīa
bona damaſci onera q̄draginta camelorꝫ.
Cunqꝫ ſtetiſſet coram eo ait. Filius tuus
benadab rex ſirie miſit me ad te dicēs. Si
ſanari potero de infirmitate mea hac? Di
xitqꝫ ei heliſeus. Vade dic ei. Sanaberis.
Porro oñdit mihi dominus: quia morte
morieī. Stetitqꝫ cū eo ⁊ turbatus eſt vſqꝫ
ad ſuffuſionē vultus. Fleuitqꝫ vir dī Cui
azahel ait. Quare domin⁹ me⁹ flet? At ille
dixit. Quia ſcio que facturus ſis filijs iſ-
rahel mala. Ciuitates eoruꝫ munitas igne
h ſuccendes: ⁊ iuuenes eoruꝫ interficies gla
dio: ⁊ paruulos eorum elides. ⁊ pregnan
tes diuides. Dixitqꝫ azahel. Quid ei ſum
ſeruus tuus canis: vt faciā rem iſtā ma-
gnā? Et ait heliſeus. Oſtendit mihi dñs te
regē ſirie fore Qui cū receſſiſſet ab heliſeo
venit ad dñm ſuum. Qui ait ei. Quid tibi
dixit heliſeus? At ille rñdit. Dixit mihi:
recipies ſanitatē. Cunqꝫ veniſſet dies alte
ra. tulit ſtragulum ⁊ infudit aquam: ⁊ ex-
Ex pandit ſuper faciem eius. Quo mortuo:
regnauit azahel p eo. Anno quinto iorā
filij achab regis iſrahel regnauit iorā fili-
us ioſaphat rex iuda. Trigintaduorum
annorum erat cū regnare cepiſſet: ⁊ octo
annis regnauit in hieruſalē. Ambulauit
qꝫ in vijs regū iſrahel: ſicut ambulauerat
domus achab. Filia enī achab erat vxor
eius. Et fecit quod malū eſt ī ꝓſpectu dñi
Noluit autem dominus diſperdere iudaꝫ
ꝓpter dauid ſeruum ſuum: ſicut ꝓmiſerat
ei vt daret illi lucernam. ⁊ filijs eius cun-
ctis diebꝫ. In diebꝫ eius receſſit edom ne
i eſſet ſub iuda: ⁊ conſtituit ſibi regē. Ele-
nitqꝫ ioram ſeira: ⁊ omnis exercit⁹ cū eo.
Et ſurrexit nocte: ꝑcuſſitqꝫ idumeos qui
eū circūdederant. ⁊ principes curruū. Po
pulus aūt fugit ī tabernacula ſua. Receſ-
ſit ergo edō ne eſſet ſub iuda: vſqꝫ ad diē
hanc. Tunc receſſit ⁊ lobna in tēpore illo.
Reliqua autem ſermonum ioram ⁊ vniuer-
ſa que fecit: nonne hec ſcripta ſūt in libro
verborum dierum regum iuda? Et dormi-
uit ioram cum patribus ſuis: ſepultuſqꝫ eſt
q cū eis in ciuitate dauid: ⁊ regnauit o-
chozias filius ei⁹ ꝓ eo. Anno duodecimo
ioram filij achab regis iſrahel: regnauit o-
chozias filius ioram regis iude. Viginti duo
rum annorum erat ochozias cum regnare
cepiſſet: ⁊ vno āno regnauit in hieruſalē
Nomen matris ei⁹ atalia filia amri regis
iſrahel: ⁊ ambulauit in vijs domus achab
⁊ fecit qđ malum eſt corā dño ſicut dom⁹
achab. Gener enī domus achab fuit Abijt
quoqꝫ cum ioram filio achab ad p̄liandū cō
tra aſahel regē ſirie in ramoth galaad: et
vulneraverunt ſiri ioram. Qui reuerſus eſt
vt curaretur in ieſrahel: quia vulneraueī
eū ſiri in ramoth p̄liātē ꝓtra aſahel regem
ſirie Porro ochozias filius ioram rex iuda
deſcendit inuiſere ioram filiū achab in ieſra
hel: qꝫ egrotabat ibi.

Capitulū. .IX.

Sd Heliſeus autem prophetes vocauit
vnum de filijs ꝓphetarꝫ. ⁊ ait illi.
Accinge lumbos tuos: ⁊ tolle len-
ticulam olei hanc in manu tua: ⁊ vade in
ramoth galaad. Cunqꝫ veneris illuc: vide-
bis iehu filium ioſaphat filij namſi. Et in
greſſus ſuſcitabis eum de medio fratrum
ſuorum et introduces in interius cubicu-
lum: tenenſqꝫ lenticulam olei fundes ſup
caput eius: ⁊ dices. Hec dicit dominus.
Unxi te regem ſuper iſrahel. Aperieſqꝫ o-
e ſtium ⁊ fugies: ⁊ non ibi ſubſiſtes Abijt
S ergo adoleſcēs puer prophete in ramoth

galaad: ⁊ ingressus ē illuc. Ecce aūt ꝓncipes exercitus sedebāt. Et ait. Verbū mihi ad te o princeps. Dixitq; iehu Ad quē ex oīb⁹ nobis? At ille dixit Ad te o princeps Et surrexit: ⁊ ingressus ē cubiculū. At ille fudit oleū sup caput ei⁹. Et ait. Hec dicit dñs de⁹ isrl'. Unxi te regē sup populum domini israhel: ⁊ ꝑcucies domū achab domini tui. Et vlciscar sanguinē seruoꝝ meoꝝ ꝓphetaꝝ. ⁊ sanguinē omniū seruorum dñi de manu iezabel. perdāq; omnē domū achab. Et interficiā de domo achab mīgē tē ad parietē: ⁊ clausū ⁊ nouissimū in isrl' Et dabo domū achab sīc domū hieroboā filij nabath: ⁊ sicut domū baasa filij achia Hiezabel q̄z comedēt canes ī agro iesrahel nec erit qui sepeliat eā. Aperuitq; ostium ⁊ fugit Iehu aūt ingressus ē ad seruos domini sui. Qui dixerūt ei. Recte ne sūt oīa Quid venit īsanus iste ad te? Qui ait eis Nostis hominē: ⁊ quid locutus sit. At illi rñderunt falsū est: sed magis narra nobis Qui ait eis . Hec ⁊ hec locutus est mihi. Et ait. Hec dicit dñs . Unxi te regē super israhel. Festinauerūt itaq; et vnusquisq; tollēs palliū suū posuerūt sub pedib⁹ eius in similitudinē tribunalis: ⁊ cecinerūt tuba atq; dixerūt. Regnabit iehu. Coniurauit ergo iehu filius iosaphat filij nāsi cōtra ioram. Porro ioram obsederat ramoth galaad. ipse ⁊ omnis israhel contra azahel regē sirie: ⁊ reuersus fuerat vt curaretur in iesrahel ꝓpter vulnera: quia pcusserant eū sirí preliātē ꝑtra azahel regē sirie. Dixitq; iehu. Si placet vobis nemo egrediat profugus de ciuitate: ne vadat ⁊ nunciet in iesrahel. Et ascēdit: ⁊ profectus ē ī iesrahel. Joram enī egrotabat ibi: ⁊ ochozias rex iuda descēderat ad visitādū ioram. Igit' speculator qui stabat sup turrīz iesrahel: vidit globū iehu venientis. Et ait. Video ego globum. Dixitq; ioram. Tolle currū: ⁊ mitte in occursū eoꝝ: ⁊ dicat vadens . Recte ne sunt omnia? Abijt q̄ qui ascēderat currū in occursum eius. Et ait. Hec dicit rex. Pacata sūt omnia? Dixitq; iehu. Quid tibi ⁊ paci? Transi ⁊ seq̄re me. Nūciauit q̄z speculator dicens. Venit nūcius ad eos: ⁊ nō reuertit'. Misit eciā currū equoꝝ secūdum: venitq; ad eos: ⁊ ait. Hec dicit rex. Nūquid pax tē? Et ait iehu. Quid tibi ⁊ paci? Trāsi ⁊ sequere me. Nūciauit aūt speculator dicēs. Venit vsq; ad eos: ⁊ nō reuertit'. Est aūt incessus quasi incessus iehu filij namsi. Preceps eī gradit'. Et ait ioram. Jūgite currū. Jūxeruntq; currū eius . Et egressus ē ioram rex israhel ⁊ ochozias rex iuda: singuli in curribus suis. Egressiq; sunt in occursū iehu. ⁊ inuenerūt eū in agro naboth iesrahelite. Cūq; vidisset ioram iehu: dixit. Pax est iehu? At ille rñdit. Que pax? Adhuc fornicacōes iezabel matris tue. ⁊ veneficia ei⁹ multa vigent. Conuertit autem ioram manū suaz ⁊ fugiens ait ad ochoziam. Insidie ochozia. Porro iehu tetendit arcum manu: et pcussit ioram inter scapulas. Et egressa est sagitta ꝑ coꝝ ei⁹: statimq; corruit ī curru suo. Dixitq; iehu. ad Badacher ducē Tolle pice eū in agro naboth iesrahelite. Memī enī quando ego ⁊ tu sedentes in curru sequebamur achab patrē huius: q̄ dñs on⁹ hoc leuauerit sup eum dicens. Si nō pro sanguine naboth. ⁊ pro sanguine filioꝝ eius quē vidi heri ait dñs: reddam tibi ī agro isto dicit dñs. Nunc ergo tolle ⁊ proice eū ī agro: iuxta ꝟbū domini. Ochozias aūt rex iuda videns hoc fugit per viā domꝰ horti: psecutusq; est eū iehu: ⁊ ait. Eciaz hūc percutite in curru suo. Et pcusserunt eū in ascēsu gaber: qui ē iuxta ieblaā Qui fugit in mageddo: ⁊ mortu⁹ ē ibi. Et īposuerūt eū serui eius sup currū suū ⁊ tulerunt in hierusalem: sepelierūtq; in sepulcro cum patribus suis in ciuitate dauid. Anno vndecimo ioraz filij achab regis israhel regnauit ochozias super iudā: venitq; iehu in iesrahel. Porro iezabel introitu eius audito depinxit oculos suos stibio. ⁊ ornauit caput suum: et respexit per fenestrā ingredientem iehu ꝑ portam : et ait. Nūquid pax potest esse zamri. qui interfecit dñm suum? Leuauitq; iehu faciē suaz ad fenestram ⁊ ait. Que est ista? Et inclinauerunt se ad eū duo vel tres eunuchi: ⁊ dixerunt. Hec est illa iezabel. At ille dixit eis. Precipitate eam deorsum. Et ꝑcipitauerūt eam Aspersusq; est sanguine paries ⁊ equorum vngule conculcauerunt eam. Cunq; introgressus esset vt comederet biberetq; ait. Ite et videte maledictā illam et sepelite eam: quia filia regis est. Cunq;

issent vt sepelirēt eā: nō inuenerēt nisi calvariā ⁊ pedes ⁊ sūmas manus. Reuersiq; nūciauerūt ei. Et ait iehu. Sermo dñi est: quē locut⁹ē p ꝓphetā suū hesiam thesbitē dicēs. In agro iesrahel ꝯmedent canes carnes iezabel Et erūt carnes iezabel sicē sterc⁹ sup faciē terre ī agro iesrahel: ita vt ꝓtere untes dicāt. Deccine ē illa iezabel:

Capitulū. X.

Kant aūt achab septuagīta filij ī samaria Scripsit ḡ iehu litteras: ⁊ misit in samariaz ad optimates ciuitatis ⁊ ad maiores natu ⁊ ad nutricios achab dicēs. Statim vt acceperitis litteras has qui habetis filios dñi vestri et curr⁹ ⁊ equos ⁊ ciuitates firmas ⁊ arma: eligite meliorē ⁊ eū qui vobis placuerit de filijs domini vestri. ⁊ eū ponite sup soliuz patris sui: ⁊ pugnate pro domo domī vestri. Timuerunt illi vehementer: ⁊ dixerūt Ecce duo reges non potuerunt stare corā eo: et quomodo nos valebimus resistere: Miserunt ergo ꝓpositi domus et prefecti ciuitatis ⁊ maiores natu et nutricij ad iehu dicentes. Serui tui sumus: quecūq; iusseris faciemus: nec ꝓstituemus nobis regem. Quecūq; tibi placēt fac. Rescripsit aūt eis litteras secundo dicens Si mei estis ⁊ obeditis mihi: tollite capita filiorum dñi vestri. ⁊ venite ad me hac eadem hora cras in iesrahel. Porro filij regis septuagīta viri apud optimates ciuitatis nutriebāt. Cūq; venissent littere ad eos: tulerūt filios regis ⁊ occiderunt septuaginta viros: ⁊ posuerunt capita eorum in cophinis et miserunt ad eum in iesrahel. Venit aūt nuncius ad eū: ⁊ indicauit ei dicēs Attulerūt capita filioꝝ regis. Qui rndit. Ponite ea ad duos aceruos iuxta introitum portæ vsq; mane Cūq; diluxisset egressus ē ⁊ stans dixit ad oēm populū. Justi estis. Si ego coniurauī ꝓtra dñm meū ⁊ interfeci eū: quis ꝓcussit oēs hos: Videte ḡ nūc quoniam nō cecidit de sermonib⁹ domī in terra qs locutus est dominus sup domuz achab: ⁊ dominus fecit quod locutus ē ī manu ꝓphe sui helie. Percussit igitur iehu omēs qui reliqui erant de domo achab in iesrahel. ⁊ vniuersos optimates eius ⁊ notos ⁊ sacerdotes: donec nō remanerēt ex eo reliquie. Et surrexit: ⁊ venit ī samariā

Cūq; venisset ad cameram pastoꝝ in via. inuenit fratres ochozie regis iuda. dixitq; ad eos. Qui nā estis vos: Qui rndērūt Fratres ochozie sumus: ⁊ descēdimus ad salutandos filios regis. et filios regine. Qui ait. Cōprehendite eos viuos. Quos cū cōprehendissent viuos: iugulauerūt eos in cisterna iuxta camerā quadragintaduos viros: ⁊ non reliquit ex eis quēq;. Cūq; abisset inde inuenit ionadab filiuz rechab in occursū sibi: ⁊ benedixit ei. Et ait iehu ad eum. Nūquid est coꝛ tuū rectum cū coꝛe meo sicut coꝛ meum cum coꝛde tuo: Et ait ionadab. Est. Si est inquit: da manū tuā. Qui dedit ei manū suā. At ille leuauit eū ad se in currum: dixitq; ad eū Veni mecum: ⁊ vide zelum meū p dño Et impositū in curru suo duxit in samariam. Et ꝓcussit omnes qui reliqui fuerāt de achab in samaria vsq; ad vnum: iuxta verbū domini quod locutus est p heliā. Cōgregauit ergo iehu omnē populū: ⁊ dixit ad eos Achab coluit baal parū: ego autē colā eū amplius. Nūc igit̄ omnes ꝓphetas baal: et vniuersos seruos ei⁹ ⁊ cūctos sacerdotes ipius vocate ad me. Nullus sit qui nō veniat. Sacrificiū enī grande est mihi baal Quicūq; defuerit nō viuet. Porro iehu faciebat hoc insidiose: vt disperderet cultoꝛes baal. Et dixit Sanctificate diem solēnem baal. Vocauitq; ⁊ misit in vniuersos terminos israhel: ⁊ venerunt cuncti serui baal. Non fuit residuus ne vnus quidem: qui nō veniret. Et īgressi sunt templū baal. Et repleta ē dom⁹ baal: a sūmo vsq; ad sūmum Dixitq; bijs qui ꝑant sup vestes Proferte vestimēta vniuersis seruis baal Et protulerunt eis vestes. Ingressusq; iehu et ionadab filius rechab templū baal: ait cultoꝛibus baal. Perquirite et videte: ne quis forte vobiscum sit de seruis dñi: ꝙ vt sint serui baal soli Ingressi sunt igitur vt facerēt victimas et olocausta. Iehu autem preparauerat sibi foris octoginta viros: et dixerat eis. Quicūq; fugerit de hominib⁹ bijs quos ego adduxero in manꝰ vīas: anima eius erit pro anima illi⁹ Factū ē aūt cū ꝓpletum esset olocaustū: ꝑcepit iehu militibus ⁊ ducibus suis. Ingredimī ⁊ ꝓcutite eos. Nullus euadat. ꝓcusserunt eos in ore gladij et proiecerunt.

milites et duces. Et ierũt in ciuitatẽ tẽpli baal ⁊ ptulerũt statuã de phano baal: et ꝓbusserũt ⁊ cõminuerunt eam. Destruxerũt quoq; edem baal: et fecerũt ꝑ ea latrinas vsq; in diẽ hanc. Deleuit itaq; iehu baal de isrł: veruntñ a pctis hieroboam filij nabath qui peccare fecit isrł non recessit: nec dereliquit vitulos aureos qui erãt in bethel ⁊ ĩ dan. Dixit aũt dñs ad iehu. Quia studiose egisti quod rectũ erat ⁊ placebat in oculis meis: ⁊ oĩa que erãt in corde meo fecisti ꝓ domũ achab: filij tui vsq; ad quartã generacõz sedebũt sup thronum isrł. Porro iehu ñ custodiuit vt ambularet ĩ lege dñi dei isrł. ĩ toto corde suo non ei recessit a pctis hieroboaz: qui peccare fecerat isrł. In diebus illis cepit dñs tedere super isrł. Percussitq; eos asahel in vniuersis finibꝫ israhel: a iordane ꝓ orientalẽ plagam. omnẽ terrã galaad. ⁊ gad et ruben et manasse. ab aroer que est sup torrentem arnon ⁊ galaad ⁊ basan. Reliq̃ aũt verboꝝ iehu et vniuersa que fecit et fortitudo eius: nonne hec scripta sunt in libro verboꝝ dieꝝ regum israhel? Et dormiuit iehu cum patribꝫ suis: sepelierũtq; eum in samaria: ⁊ regnauit ioachaz filiꝰ eius pro eo. Dies aũt quos regnauit iehu super israhel viginti et octo anni sunt in samaria.

¶ Capi. XI.

Athalia vero mater ochozie videns mortuũ filium suũ: surrexit ⁊ interfecit omne semen regiũ. Tollens aũt ioseba filia regis ioram. sororꝰ ochozie ioas filiũ ochozie. furata est eũ de medio filioꝝ regis qui interficiebant. et nutricẽ eiꝰ de triclinio ⁊ abscõdit eũ a facie atalie vt ñ interficeret: eratq; cũ ea sex ãnis clam ĩ domo dñi. Porro atalia regnauit sup terraz septez ãnis. Anno aũ septimo misit ioiada ⁊ assumẽs centuriones ⁊ milites ĩtroduxit ad se ĩ templũ dñi: pepigitq; cũ eis fedus. Et adiurãs eos ĩ domo dñi ondit eis filiũ regis: ⁊ ꝑcepit illis dicẽs. Iste ẽ ꝓmo quẽ facere debetis. Tercia ps vr̃m introeat sabbato: ⁊ obꝑuet excubias domꝰ regis. Tercia aũ ps sit ad portã seyr. ⁊ tercia ps sit ad portã que ẽ post habitaculũ scutariorum: et custodietis excubias domus messa. Due vero partes e vob omnes egredientes sabbato custodiãt excubias domꝰ dñi circa regẽ: ⁊ vallabitis eũ hñtes arma ĩ manibꝫ vestris. Si quis aũ ĩgressus fuerit septũ tẽpli: interficiaẽ. Eritisq; cũ rege introeunte ⁊ egrediente. Et fecerũt centuriones iuxta oĩa que ꝑceperat eis ioiada sacerdos. Et assumentes singuli viros suos qui ingrediebantur sabbatũ cũ hijs qui egrediebanẽ sabbato: venerũt ad ioiadam sacerdotẽ. Qui dedit eis hastas ⁊ arma regis dauid: que erãt in domo domini. Et stetерũt singuli habentes arma in manu sua a parte tẽpli dextra vsq; ad partẽ sinistrã altaris ⁊ edis. circũ regem. Produxitq; filium regis: ⁊ posuit super eum dyadema ⁊ testimonium. feceruntq; eũ regem ⁊ vnxerũt: ⁊ plaudẽtes manu dixerũt. Viuat rex. Audiuit atalia vocem populi currẽtis: ⁊ ingressa ad turbas in tẽplum domini. vidit regem stantẽ super tribunal iuxta morẽ. ⁊ cantores ⁊ turmas ꝑ eum. omnemq; populum terre letantẽ. ⁊ canentẽ tubis: ⁊ scidit vestimenta sua clamauitq;. Coniuratio. coniuratio. Precepit aũt ioiada cẽturionibꝫ qui erant super exercitũ: ⁊ ait eis. Educite eam extra septa tẽpli: ⁊ quicunq; eã secutus fuerit: feriatur gladio. Dixerat enim sacerdos: non occidatur in tẽplo domini. Imposuerunt ei manꝰ ⁊ impegerunt eam per viam introitus equi iuxta palacium: ⁊ interfecta est ibi. Pepigit ergo ioiada fedus inter deum ⁊ regẽ. ⁊ inter populum. vt esset populus dñi: ⁊ inter regem ⁊ populum. Ingressusq; est omnis populus terre templum baal. ⁊ destruxerunt aras eius: ⁊ imagines contriuerunt valide: mathã quoq; sacerdotem baal occiderunt coram altari. Et posuit sacerdos custodias in domo domini: tulitq; centuriones ⁊ chereti ⁊ phaleti legiones ⁊ omnẽ populũ terre: deduxeruntq; regem de domo domini. Et venerunt per viam porte scutariorꝫ in palacium: ⁊ sedit super thronum regum. Letatusq; est omnis populus terre: ⁊ ciuitas conquieuit. Atalia autem occisa est gladio in domo regis: septẽq; annorum erat ioas cum regnare cepisset.

¶ Capitulum. XII.

b Anno septimo iehu regnauit ioas Quadraginta annis regnauit in hierusalē: nomē matris ei⁹ sebia de bersabee. Fecitq; ioas rectum coram dño cunctis diebꝫ quibꝫ docuit eum ioiada sacerdos: veruntamen excelsa non abstulit. Adhuc enī populus immolabat et adolebat in excelsis incensuꝫ. Dixitq; ioas ad sacerdotes. Omnē pecuniā sanctoꝝ que illata fuerit in tēpluꝫ dñi a p̄tereuntibꝫ que offert̄ precio anīe ⁊ quā sponte ⁊ arbitrio cordis sui inferūt in tēpluꝫ dñi. accipiāt illā sacerdotes iuxta ordinē suū et instaurēt sartatecta dom⁹ si q̄d nec̄riū
q viderint instauratōne. Igit̄ vsq; ad vicesimūterciū annū regis ioas: nō instauraverūt sacerdotes sartatecta tēpli. Vocauitq; rex ioas ioiadā pontificē ⁊ sacerdotes: dicēs eis. Quare sartatecta ñ instauratis tēpli: Nolite g̃ amplius accipe pecuniā iuxta ordinē vr̄m: sed ad instaurationem tēpli reddite eā. Prohibitiq; sunt sacerdotes vlt̄ accipe pecuniā a pl̄o: et instaurare sartatecta domus. Et tulit ioiada pontifex gazophilaciū vnū. aperuitq; foramē desup: et posuit illud iuxta altare ad dextrā ingredientiū domū dñi: mittebantq; in eo sacerdotes qui custodiebant
T ostia omnē pecuniā que deferebat̄ ad tem
S d plum dñi. Cūq; viderēt nimiā pecuniam esse in gazophilacio. ascendebat scriba regis ⁊ pontifex. effundebātq; ⁊ nūerabant pecuniā que inueniebat̄ in domo dñi: et dabāt eā iuxta nūer̄ atq; mensurā in manu eoꝝ qui p̄erāt cemētarijs domus dñi. Qui īpendebāt eā in fabris lignoꝝ ⁊ in cemētarijs hijs qui opabant̄ in domo dñi: et sartatecta faciebāt ⁊ in hijs q̄ cedebant saxa. ⁊ vt emerēt ligna ⁊ lapides q̄ excidebant̄: ita vt impleret̄ instauratio domus dñi in vniuers q̄ indigebāt expēsa ad mu
c niendā domū. Verūtamē ñ fiebāt ex eadē pecūia ỹdrie tēpli dñi ⁊ fuscinule ⁊ thuribula ⁊ tube ⁊ oē vas aureū ⁊ argenteū: de pecunia q̄ inferebat̄ in tēplum dñi. Dijs enī qui faciebāt opus dabat̄: vt instaurare tēplum dñi. Et nō fiebat ratio hijs hominibꝫ qui accipiebant pecuniā vt distribuerēt eā artificibꝫ: sed ī fide ĕctabāt eā. Pecuniā vero p̄ delicto ⁊ pecuniā p̄ pc̄tis non inferebāt in tēplū dñi: qr̄ sacerdotuꝫ
F erat. Tunc ascendit asahel rex sirie ⁊ pugnabat ꝓtra geth: cepitq; eam. Et direxit faciē suā vt ascēderet in hierusalē. Quaꝝobrē tulit ioas rex iuda omīa sc̄tificata q̄ p̄secrauerat iosaphat ⁊ ioram ⁊ ochozias p̄es eius reges iuda: et q̄ ipse obtulerat: et vniuersum argentū qđ inueniri potuit in thesauris tēpli dñi. ī palacio regis: misitq; asahēli regi sirie ⁊ recessit ab hierusalē. Reliq̄ aūt sermonū ioas et vniuersa que fecit: nonne hec scripta sunt in libro verboꝝ dieꝝ regū iuda? Surrexerūt aūt serui ei⁹ ⁊ p̄iurauerūt inter se: pcusserūtq; ioas ī domo mello in descēsu sela. iozachar namq; fili⁹ semath ⁊ iozabath fili⁹ somer serui ei⁹ pcusserūt eū ⁊ mortuus est. Et sepelierunt eū cū p̄ribꝫ suis in ciuitate dauid: regnauitq; amasias filius eius p̄ eo.

¶ Capitulum. XIII.

g Anno vicesimotercō ioas fili⁹ ochozie regis iude. regnauit ioachaz filius iehu sup̄ isr̄l in samaria decem ⁊ septē annis et fecit malū corā dño. Secutusq; est peccata hieroboaz filij nabath qui peccare fecit isr̄l: ⁊ non declinauit ab eis. Iratusq; est furor dñi ꝓtra isr̄l. et tradidit eos in manu asahel regis sirie et in manu benadab filij asahel cūctis diebus. Deprecatus est autē ioachaz faciem domini: et audiuit eum dñs. Vidit enim angustiam israhel: qr̄ attriuerat eos rex sirie. Et dedit dñs saluatorē israheli ⁊ liberat⁹ est de manu regis sirie: habitaueritq; filij isr̄l in tabnacul̄ suis. sicut heri et nudiusterci⁹. Verūtamē nō recesserūt a peccatis domus hieroboaz qui peccare fecit isr̄l: sed in ipsis ambulauerūt. Siquidem
h et lucus p̄mansit in samaria. et non sunt derelicti ioachaz de populo nisi quinq̄ginta equites: ⁊ decē currus ⁊ decē milia peditū: interfecerat enī eos rex sirie: ⁊ redegerat quasi puluerē in tritura aree. Reliq̄ aūt sermonū ioachaz ⁊ vniuersa q̄ fecit et fortitudo eius: Nonne hec scripta sunt in libro sermonum dierum regum israhel? Dormiuitq; ioachaz cum patribꝫ suis: et sepelierunt eum in samaria: regnauitq; ioas filius eius p̄ eo. Anno triceſimoseptimo ioas regis iuda regnauit ioas filius ioachaz sup̄ isr̄l in samaria sedecim

annis: ⁊ fecit quod malum est in ꝓspectu dñi. Non declinauit ab omnib⁹ peccatis hieroboam filij nabath qui peccare fecit israhel: sed in ipsis ambulauit. Reliq̃ aũt sermonũ ioas ⁊ vniuersa que fecit: ⁊ fortitudo ei⁹ quõ pugnauerit ꝓtra amasiaz regem iuda. nonne hec scripta sunt in libro sermonũ dier⁹ regũ israhel? Et dormiuit ioas cũ ꝑib⁹ suis: hieroboã aũt sedit sup soliũ eius. Porro ioas sepultus est in samaria cũ regib⁹ israhel. Heliseus autẽ egrotabat infirmitate qua ⁊ mortuus est. Descenditq; ad eũ ioas rex israhel. ⁊ flebat coꝝ eo: dicebatq; ꝑ mi. ꝑ mi: curr⁹ israh' ⁊ auriga ei⁹. Et ait illi heliseus. Affer arcũ ⁊ sagittas. Cũq; attulisset ad eũ arcum ⁊ sagittas: dixit ad regẽ israh'. Pone manũ tuã sup arcũ. Et cum posuisset ille manũ suaz: supposuit heliseus man⁹ suas manib⁹ regis: et ait. Aperi fenestrã orientalẽ. Cũq; aperuisset. dixit heliseus. Jace sagittã. Et iecit. Et ait heliseus. Sagitta salutis dñi: ⁊ sagitta salutis ꝓtra siriam. Percuciesq; siriã ĩ aphec: donec ꝓsumas eã. Et ait. Tolle sagittas. Qui cũ tulisset. Rursum dixit ei. Percute iaculo terraz. Et cũ ꝑcussisz trib⁹ vicib⁹ ⁊ stetisset: iratus est vir dei ꝓtra eũ: ⁊ ait. Si ꝑcussisses quinq̃es aut sexies siue septies: ꝑcussisses siriã vsq; ad ꝓsũmationẽ. Nunc aũt trib⁹ vicib⁹ ꝑcucies eã. Mortuus est ḡ heliseus et sepelierũt eum. Latrũculi aũt de moab venerũt in terrã in ipso anno. Quidã aũt sepeliẽtes hominẽ viderunt latrũculos: ⁊ proiecerunt cadauer in sepulcro helisei. Qd cũ tetigisset ossa helisei reuixit homo ⁊ stetit sup pedes suos. Igit̃ asahel rex sirie afflixit israh': cunctis diebꝫ ioachaz. Et misertus est dñs eor: ⁊ reuersus ẽ ad eos ꝓpter pactum suum quod habebat cuz abraham ⁊ ysaac ⁊ iacob: ⁊ noluit dispdere eos neq; proicere penit⁹ vsq; in ꝓsens tẽpus. Mortuus est autẽ asahel rex sirie: ⁊ regnauit benadab filius ei⁹ ꝓ eo. Porro ioas filius ioacham tulit vrbes de manu benadab filij asahel quas tulerat ꝺ manu ioachaz patris sui: iure prelij. Tribus vicib⁹ percussit eum ioas: ⁊ reddidit ciuitates israhel.

Capitulum XIIII.

In ãno secũdo ioas filij ioachã regis israh': regnauit amasias fili⁹ ioas regis iuda. vigintiquinq; annor erat cũ regnare cepisset: viginti aũt ⁊ nouem annis regnauit in hierusalẽ. Nomen mr̃is eius ioaden de hierusalẽ. Et fecit rectũ corã dño: veruntamẽ non vt dauid ꝓ ei⁹. Juxta oĩa q̃ fecit ioas ꝓ su⁹ fecit: nisi hoc tantũ q̃ excelsa nõ abstulit. Adhuc enim populus adolebat et immolabat incensum in excelsis. Cumq; obtinuisset regnum percussit seruos suos qui interfecerant regẽ ꝓrem suũ: filios aũt eorum qui occiderãt nõ occidit: iuxta qꝺ scriptũ est ĩ libro legis moysi sicut ꝓcepit dñs dicẽs. Non morient̃ ꝓres ꝓ filijs neq; filij ꝓ ꝑib⁹: sed vnusquisq; ĩ peccato suo morietur. Ipe ꝑcussit edom in valle salinar de cẽ milia: ⁊ apprehẽdit petrã in ꝓlio: vocauitq; nomẽ ei⁹ iezechel vsq; in ꝑsentez diẽ. Tunc misit amasias nũcios ad ioas filiũ ioachaz filij iehu regis israh' dicẽs. Veni ⁊ videamus nos. Remisitq; ioas rex israh' ad amasiã regẽ iuda dicẽs. Carduus libani misit ad cedr⁹ q̃ est in libano dicẽs. Da filiã tuã filio meo vxorẽ. Trãsierũtq; bestie saltus q̃ sũt in libano: ⁊ ꝓculcauerũt cardũ. ꝑcuciens inualuisti sup edom: ⁊ sublevauit te cor tuũ. Contẽtus esto hodie gloria: ⁊ sedẽ in domo tua. Quare prouocas malũ: vt cadas tu ⁊ iudas tecũ? Et nõ acquieuit amasias. Ascenditq; ioas rex israh' ⁊ viderũt se ipse ⁊ amasias rex iuda in bethsames opidꝫ iude. Percussusq; est iuda coꝝ israh': ⁊ fugerunt vnusquisq; in tabernacula sua. Amasiã vero regẽ iuda filiuz ioas filij ozochie cepit ioas rex israhel in bethsames: ⁊ adduxit eum in hierusalem Et interrupit murum hierusalem a porta effraim vsq; ad portam anguli. quadrĩgentis cubitis. Tulitq; omne aurum et argentum ⁊ vniuersa vasa que inuẽta sũt in domo dñi ⁊ in thesauris regis ⁊ obsides: ⁊ reuersus est in samariam. Reliqua autem verbor ioas que fecit ⁊ fortitudo ei⁹ qua pugnauit ꝓtra amasiam regẽ iuda. nonne hec scripta sunt in libro sermonum dier⁹ regũ israh'? Dormiuitq; ioas cuz ꝑib⁹ suis ⁊ sepultus est in samaria cũ regib⁹ israhel: et regnauit hieroboã fili⁹ ei⁹ ꝓ eo. Vixit aũt amasias fili⁹ ioas rex iuda

Postq̃ mortu⁹ est ioas filius ioachaz regis ísrl'. vigītiq́nq; ānis. Reliq̃ aũt sermonuz amasie: nõne hec scp̃ta sũt ī libro sermonũ dieꝝ rgũ iuda? Factaq; ē ꝓ eũ ꝓiuratio in hierusalē: at ille fugit in lachis. Miserũtq; post eũ in lachis et interfecerũt eũ ibi ⁊ asportauerũt in equis: sepultusq; est in hierusalē cum ꝑib⁹ suis in ciuitate dauid. Tulit autem vniuersus ꝑplus iude azariã annos natũ sedecim: ⁊ ꝓstituerũt eum regem pro ꝑe eius amasia. Ipse edificauit ahilam. ⁊ restituit eam iude postq̃ dormiuit rex cum ꝑib⁹ suis. Anno quintodecimo amasie filij ioas regis iuda regnauit hieroboaz filius ioas regis ísrl'in samaria quadraginta ⁊ vno anno: ⁊ fecit qđ malũ est cora dño. Non recessit ab oĩb⁹ peccatis hieroboaz filij nabath qui peccare fecit ísrl'. Ipse restituit termios ísrl' ab ītroitu emath vsq; ad mare solitudinis: iuxta ꝑmonẽ dñi dei ísrl' quẽ locutus est p seruũ suũ ionaz filiũ amathi ꝓphãm: qui erat de geth q̃ est in ophir. Vidit enī dñs afflictionẽ ísrl'amarã nimis: ⁊ q̃ ꝓsumpti eẽnt vsq; ad clausos carceris ⁊ extremos et nõ esset qui auxiliaret ísrl'. Nec locut⁹ est dñs vt deleret nomẽ ísrl'de sub celo sed saluauit eos in manu hieroboam filij ioas. Reliq̃ aũt sermonuz hieroboaz ⁊ vniuersa q̃ fecit: ⁊ fortitudo eius q̃ preliatus est ⁊ quõ restituit damascũ et emath iude in ísrl': nonne hec scripta sunt in libro sermonũ dieꝝ regũ ísrl'? Dormiuitq; hieroboaz cũ ꝑib⁹ suis regib⁹ ísrl': et regnauit zacharias filius eius pro eo.

Capitulum. XV.

Anno vicesimoseptimo hieroboaz regis ísrahel regnauit azarias filius amasie regis iuda. Sedecim annoꝝ erat cũ regnare cepisset: ⁊ quinq̃gintaduob⁹ annis regnauit in hierusalē. Nomen matris eius iecelia de hierusalez. Fecitq; qđ erat placitum cora dño: iuxta oĩa que fecit amasias ꝑ eius: veruntamẽ excelsa non est demolit⁹. Adhuc ꝓplus sacrificabat ⁊ adolebat incensũ in excelsis. Percussit autẽ dñs regem: ⁊ fuit leprosus vsq; in diẽ mortis sue ⁊ habitabat ī domo libera seorsum. Ioathan vero filius regis gubnabat palaciũ ⁊ iudicabat ꝓplm terre.

Reliqua autẽ sermonũ azarie ⁊ vniuersa que fecit: nonne hec scripta sunt in libro verboꝝ dieꝝ regũ iuda? Et dormiuit azarias cũ ꝑib⁹ suis: sepelierũtq; eũ cũ maioribus suis in ciuitate dauid: ⁊ regnauit ioathan filius eius pro eo. Anno tricesimo octauo azarie regis iude regnauit zacharias filius hieroboaz sup ísrl'in samaria sex mensib⁹: ⁊ fecit qđ malũ est cora dño: sicut fecerãt ꝑres eius. Non recessit a peccatis hieroboaz filij nabath: qui peccare fecit ísrl'. Cõiurauit aũt ꝓtra eũ sellũ filiꝰ iabes ꝑcussitq; eũ palã ⁊ interfecit: regnauitq; ꝓ eo. Reliqua aũt verboꝝ zacharie: nonne hec scripta sũt in libro sermonũ dierũ regũ ísrl'? Iste est sermo dñi quẽ locutus est ad iehu dicẽs. Filij tui vsq; ad q̃rtam generationẽ. sedebũt decẽ sup thronũ ísrl'. Factũq; est ita. Sellũ filius iabes regnauit tricesimonono anno azarie regis iude. Regnauit aũt vno mẽse in samaria Et ascẽdit manaben filius gaddi de thersa. venitq; samariã: ⁊ ꝑcussit sellũ filiũ iabes in samaria ⁊ interfecit eũ: regq̃uitq; ꝓ eo. Reliq̃ aũt verboꝝ sellũ ⁊ ꝓiuratio eiꝰ ꝓ quã tetẽdit insidias: nõne hec scp̃ta sũt ī libro sermonũ dierũ regũ ísrl'? Tũc percussit manaben thapsã et oẽs qui erãt in ea: ⁊ termios eiꝰ de thersa. Noluerant enī aperire ei. Et interfecit oẽs pregnãtes eiꝰ: et scidit eas. Anno tricesimonono azarie regis iude regq̃uit manaben filiꝰ gaddi sup ísrl'decẽ annis ī samaria: fecitq; qđ erat malũ cora dño. Non recessit a pctis hieroboaz filij nabath q̃ peccare fecit ísrl': cunctis diebꝰ eiꝰ. Veniebat phul rex assiriozꝝ in thersa: ⁊ dabat manaben phul mille talẽta argẽti: vt eẽt ei in auxiliũ ⁊ firmaret regnũ eiꝰ. Induxitq; manaben argentuz sup ísrl'cũctis potẽtib⁹ ⁊ diuitib⁹ vt daret regi assiriozꝝ q̃nq̃ginta siclos argẽti p sing̃los ānos. Reuersusq; est rex assiriozꝝ et nõ est morat⁹ ī thersa. Reliq̃ aũt ꝑmonuz manaben ⁊ vniuersa q̃ fecit: nõne hec scripta sunt ī libro ꝑmonũ dieꝝ regũ ísrl'? Et dormiuit manaben cũ ꝑib⁹ suis. regq̃uitq; phaceia filiꝰ eius ꝓ eo. Anno q̃nq̃gesimo azarie regis iude regq̃uit phaceia filiꝰ manaben sup ísrl'in samaria biennio ⁊ fecit qđ erat malũ cora dño. Nõ recessit a peccatis hieroboaz filij nabath q̃ peccare fecit

ıſrl'. Cõiurauit aũt aduerſus eũ phacee fi
li⁹ romelie dux ei⁹. et pcuſſit eũ in ſama-
ria ī turre dom⁹ regie iuxta argob et iu-
xta ariph. ⁊ cũ eo q̃nq̃gĩta viros de filijs
galaadititax ⁊ interfecit eũ: regnauitq3
pro eo. Reliqua autẽ ſermonum phacele
et vniuerſa que fecit: nonne hec ſcripta
ſunt in libro ſermonum dierum regum
c ıſrahel. Anno quinquageſimoſecundo a-
zarie regis iude regnauit phacee filius
romelie ſuper ıſrahel in ſamaria viginti
annis: ⁊ fecit quod erat malum coram do
mino. Non receſſit a peccatis hieroboã
filij nabath qui peccare fecit ıſrahel. In
dieb⁹ phacee regis ıſrahel venit thęglat
phalaſſar rex aſſur. ⁊ cepit abiõ: ⁊ abel
domum maacha ⁊ ianoe ⁊ cedes ⁊ aſor et
galaad ⁊ galileam et vniuerſam terram
neptalim: ⁊ trãſtulit eos in aſſirios. Con-
iurauit autẽ ⁊ tetẽdit inſidias oſee filius
hela contra phacee filium romelie: ⁊ per-
cuſſit eum ⁊ interfecit. regnauitq3 pro eo
viceſimo anno ioathã filij ozie. Reliqua
aũt ſermonũ phacee ⁊ vniuerſa que fecit.
f Nonne hec ſcripta ſunt in libro ſermonũ
dierum regum ıſrahel. Anno ſecundo
phacee filij romelie regis ıſrahel: regna-
uit ioathã filius ozie regis iuda. Viginti
quinq3 annorum erat cum regnare ce-
piſſet: et ſedecim annis regnauit in hieru
ſalem. Nomen matris eius hieruſa: filia
zadoch. Fecitq3 quod erat placitum corã
domino. Juxta omnia que fecit ozias pa-
ter ſuus operatus eſt. veruntamen excel-
ſa non abſtulit. Adhuc populus immola
bat et adolebat incenſum in excelſis. Ipſe
edificauit portam domus domini ſubli-
miſſimam. Reliqua autẽ ſermonum ioa-
thã et vniuerſa que fecit: nonne hec ſcri-
pta ſunt in libro verborum dierum regũ
iuda? In diebus illis cepit dominus mitte-
re in iudam raſin regem ſirie: et phacee
filium romelie. Et dormiuit ioathã cum
patribus ſuis: ſepultuſq3 eſt cum eis in ciui
tate dauid patris ſui: ⁊ regnauit achas
filius eius pro eo.

Capitulum. .XVI.

Anno decimoſeptimo phacee filij
romelie. regnauit achaz filiꝰ ioathaz
regis iuda. Viginti ānox erat ach
az cũ regnare cepiſſet. ⁊ ſedecim ānis re-
gnauit in hieruſalẽ. Non fecit qđ erat pla
citũ in ꝓſpectu dñi dei ſui ſicut dauid pr̃
eius: ſed ābulauit in via regũ ıſrl'. Inſup
⁊ filiũ ſuũ ꝓſecuit trãſferẽs per ignẽ ſm
ydola gentiũ: q̃ diſſipauit dñs corã filijs
ıſrl'. Immolabat q̃z victimas et adolebat
incenſũ in excelſ ⁊ ī collibꝰ ⁊ ſub oī ligno
frõdoſo. Tũc aſcẽdit raſin rex ſirie: ⁊ pha
cee filiꝰ romelie rex ıſrl' ad pliandũ in hi-
eruſalẽ. Cũq3 obſiderẽt achaz: ñ valuerũt
Ph ſupare eum. In tpe illo reſtituit raſin rex
ſirie haylan ſirie: ⁊ eiecit iudeos ꝺ hayla.
Et ydumei ⁊ ſiri venerũt ī haylã ⁊ habita-
uerũt ibi vſq3 in diẽ hãc. Miſit aũ achaz
nuncios ad thęglat phalaſſar regẽ aſſirio-
rux dicẽs. Seruꝰ tuꝰ ⁊ filius tuꝰ ego ſum.
Aſcẽde ⁊ ſaluũ me fac de manu regis ſirie
⁊ de manu regis ıſrl' q̃ ꝓſurrexerũt aduerſũ
me. ⁊ cũ collegiſſet argẽtũ ⁊ aurux qđ inue-
niri potuit ī domo dñi ⁊ ī theſauris regis
miſit regi aſſiriorux mũera q̃ ⁊ acq̃euit vo-
lũtati eiꝰ. Aſcẽdit aũ rex aſſiriorux ī dama-
ſcũ ⁊ vaſtauit eã ⁊ trnſtulit hĩtatores eius
pſl cyrenen. raſin aũ ītерfecit. Perrexitq3 rex
achaz ī occurſũ thęglat phalaſſar rgi aſſi
riorux ī damaſcũ. Cũq3 vidiſſz altare dama
ſci: miſit rex achaz ad vriã ſacerdotẽ exẽ
plar eiꝰ et ſimilitudinẽ iuxta oẽ opꝰ eiꝰ.
Extruxitq3 vrias ſacerdos altare. Juxta
oĩa q̃ precepat rex achaz de damaſco: ita
fecit ſacerdos vrias donec veĩrz rex achaz
de damaſco. Cũq3 veniſſet rex de damaſco
vidit altare ⁊ venerat⁹ eſt illđ: aſcẽditq3
et ĩmolauit olocauſta ⁊ ſacrificiũ ſuũ: et
libauit libamĩa ⁊ fudit ſãguinẽ pacifico-
rũ q̃ obtulerat ſup altare. Porro altare
ereũ qđ erat corã dño trãſtulit de facie tẽ-
pli ⁊ ꝺ loco altaris ⁊ de loco tẽpli dñi: po
ſuitq3 illđ ex latere altaris ad aquilonẽ.
b Precepit q̃z rex achaz vrie ſacerdoti di-
cẽs. Sup altare maiꝰ offer olocauſtũ ma
tutinũ ⁊ ſacrificiũ veſptinũ ⁊ olocauſtuz
regis ⁊ ſacrificiũ eiꝰ ⁊ olocauſtũ vniuerſi
pli terre ⁊ ſacrificia eox ⁊ libamĩa eox:
⁊ oẽm ſãguinẽ olocauſti ⁊ vniuerſũ ſãgui
nẽ victie ſup illđ effundes. Altare vo ereũ
erit paratũ ad volũtatẽ meaz. Fecit igiẽ
vrias ſacerdos iuxta oĩa q̃ pcepat rex ach
az. Tulit aũ rex achaz celatas baſes ⁊ lu-
terẽ q̃ erat deſup ⁊ mare depoſuit de bobꝰ

ereis qui sustentabant illud et posuit sup pauimentū stratuz lapidē. Musach quoq sabbati qđ edificauerat in tēplo ꝙ ingressū regis exterius ꝓuertit in tēplum domini. propter regem assiriox. Reliqua autē verbox achaz et omnia que fecit: nonne hec scpta sunt ī libro sermonum dierum regū iuda: ¶ dormiuitq achaz cuz patribo suis et sepultus est cum eis in ciuitate dauid: et regnauit ezechias filius eius pro eo.

Capitulum. XVII.

¶ Anno duodecimo achaz regis iuda regnauit ozee filiꝰ bela in samaria super israhel nouem annis: fecitq malum coram domino: sed nō sicut reges israhel qui ante eum fuerunt. Contra hunc ascendit salmanasar rex assiriox et factus est ei osee seruus: reddebatq illi tributa. Cumq deprehēdisset rex assiriox osee q rebellare nitens misisset nūcios ad sua regem egipti. ne prestaret tributa regi assiriox: sicut singulis ānis solitus erat: obsedit eum ꝙ vinctū misit in carcerē: peruagatusq est omnē terrā: et ascentēs samariam obsedit eam trib⁹ annis. Anno autē nono osee cepit rex assiriox samariā: et transtulit israhel in assirios: posuitq eos ī haylā ꝙ in abor iuxta fluuiū gozan in ciuitatibo medox. ¶ Factū est enī cū peccassent filij israł dño deo suo: qui eduxerat eos de terra egipti de manu pharaōis regis egipti: coluerūtq deos alienos: et ambulauerūt iuxta ritū gentiū quas ꝓsumpserat dñs ī ꝓspectu filox israł. et regū israł: qz fil'r fecerāt. Et irritauerūt filij israł verbis ñ rectis dñm deū suū: ꝙ edificauerūt sibi excelsa in cūctis vrbibo suis a turre custodū vsq ad ciuitatē munitā. ¶ Feceruntq sibi statuas et lucos in omni colle sublimi: ꝙ subter omne lignū nemorosum: et adolebāt ibi incēsum sup aras in morē gentiū quas trānstulerat dñs a facie eox. ¶ Feceruntq verba pessima irritātes dñm: et coluerūt īmūdicias de quibo precepit eis dñs ne facerēt verbū hoc. ¶ Et testificat⁹ est dñs in israł ꝙ in iuda p manuz oīm ꝓphax ꝙ vidētiū dicēs. Reuertimini a vijs vīis pessimis: ꝙ custodite precepta mea ꝙ ceremonias: iuxta omnē legē quaz pcepi pribo vīis: ꝙ sicut misi ad vos in manu seruox meox ꝓphax. Qui ñ audierūt: sed indurauerunt ceruicē suam iuxta ceruicē pm suox qui noluerūt obedire dño deo suo. Et abiecerūt legitima eius: et pactum quod pepigit cum patribo eorum et testificationes quibo cōtestatus est eos. secutiq sunt vanitates et vane egerunt: et secuti sunt gentes que erant per circuitum eox super quibo preceperat dñs eis: vt nō facerēt sicut ꝙ ille faciebāt. ¶ Et dereliqrunt oīa precepta dñi dei sui: fecerūtq sibi ꝓflatiles duos vitulos et lucos: ꝙ adorauerūt vniuersā milicīā celi. Seruierūtq baal et ꝓsecuerūt filios suos ꝙ filias suas p ignē. Et diuinationi inseruiebāt et augurijs: ꝙ trāditerūt se vt facerēt malū coram dño ꝙ irritarēt eū. ¶ Iratusq est dñs vehementer israł: ꝙ abstulit eos a ꝓspectu suo: et ñ remānsit nisi trib⁹ iuda tantūmodo. Sed nec ipe iuda custodiuit mādata dñi dei sui: veruntñ ambulauit ī erroribo israł quos opatus fuerat. Proiecitq dñs omne semē israł ꝙ afflixit eos ꝙ trādidit eos in manu diripientiū: donec ꝓiceret eos a facie sua: ex eo iam tpe q̄ scissus est israł a domo dauid: ꝙ ꝓstituerūt sibi regē hierobaz filiū nabath. Sepauit enī hieroboā israł a dño et peccare eos fecit pcm magnū. Et ambulauerūt filij israł in vniuerꝰ pctis hieroboaz q̄ fecerat: ꝙ ñ recesserūt ab eis vsq̄ dñs aufferret israł a facie sua: sicut locut⁹ fuerat in manu oīm seruox suox ꝓphax. ¶ Trānslatusq est israł de terra sua in assirios vsq in diē hanc. Adduxit aūt rex assiriox de babilone et de cūtha ꝙ de haith ꝙ de emath ꝙ de sepharuaim: ꝙ collocauit eos ī ciuitatibo samarie p filijs israł. Qui posse dērūt samariā ꝙ habitauerūt in vrbibo eius. Cumq ibi habitare cepissent ñ timebant dñm ꝙ īmisit eis dñs leones q̄ interficiebāt eos. Nunciatūq est regi assiriox ꝙ dictū. Gētes q̄s trānstulisti ꝙ hītare fecisti ī ciuitatibo samarie ignorant legitima dei terre: et immisit ī eos dñs leones ꝙ ecce interficiūt eos: eoq ignorent ritum dei terre. Precepit aūt rex assiriox dicēs. Ducite illuc vnū ð sacerdotibo q̄s inde captiuos adduxistis: vt vadat ꝙ hītet cū eis ꝙ doceat eos legitima dei terre. Igr cū veisset vn⁹ ð sacerdotibo hijs q̄ captiui ducti fuerāt de samaria hītauit ī bethel ꝙ docebat eos quō colerēt dñm. Et vnaqq gens fabricata est deū suū.

Posuerũtq; eos in fanis excelſ q̃ fecerãt
ſamaritæ gens ⁊ gens ĩ vrbib⁹ ſuis:in qb⁹
habitabãt.viri enĩ babilonij feceſt ſochot
benoth.viri aũ cuthæni feceſt nergel ⁊ vi
b ri de emath feceſt aſuna. Porro euei fece⁊
rũt nebaaz ⁊ tarchaz:hij aũt qui erant de
ſefaruaim ꝓburebant filios ſuos igni ad
ramelech ⁊ anamelech dijs ſefaruaim: et
nihilomin⁹ colebãt dñm. Feceſt aũt ſibi
ꝺ nouiſſimis ſacerdotes excelſoꝝ ⁊ pone⁊
bãt eos ĩ fanis ſublimib⁹. Et cũ dñm cole⁊
rent:dijs q̃z ſuis ſeruiebãt iuxta ꝓſuetu⁊
dinẽ gentiũ de q̃b⁹ tnſlati fuerãt ſamariã
Vſq; in pñtem diẽ morẽ ſequũt antiquũ.
Non timent dñm:neq; cuſtodiũt ceremo⁊
nias ei⁹ atq; iudicia ⁊ legẽ ⁊ mandatũ qꝺ
p̃cepat dñs filijs iacob quẽ ꝓgmĩauit iſrl
⁊ pcuſſerat cũ eis pactũ ⁊ mãdauerat eis
dicẽs. Nolite timere deos alienos ⁊ ñ ado⁊
retis eos neq; colatis eos ⁊ ñ immoletis
eis:ſed dñm deũ vĩm q̃ eduxit vos ꝺ terra
egipti ĩ fortitudĩe magñ ⁊ in brachio extẽ⁊
to.ipſũ timete ⁊ illũ adorate:⁊ ipi immo⁊
late. Ceremonias q̃z ⁊ iudicia ⁊ legẽ ⁊ mã
datuz qꝺ ſcpſit vob⁹ cuſtodite vt faciatis
cũctis diebꝫ ⁊ ñ timeatis deos alienos. Et
pactũ qꝺ pcuſſit vobiſcũ nolite obliuiſci:
nec colatis deos alienos ſed dñm deũ vĩm
timete ⁊ ipſe eruet vos de manu oĩm ini⁊
micoꝝ vr̃oꝝ. Illi vero ñ audierũt:ſed iu⁊
xta ꝓſuetudinẽ ſuã priſtinã perpetrabãt.
Fuerũt igiſ gẽtes iſte timẽtes quidẽ dñm
ſed nihilomin⁹ ⁊ ydol ſuis ſeruiẽtes. Naz
filij eoꝝ ⁊ nepotes ſicut fecerunt pres ſui
ita faciũt vſq; in pñtem diem.

Capitulum XVIII.

Anno tercio oſee filij bela r̃gis iſrl
regnauit ezechias fili⁹ achaz regis
iuda. Vigintiquinq; annoꝝ erat
cum regnare cepiſſet ⁊ vigĩtinouẽ annis
regnauit in hieruſalẽ. Nomen matris ei⁹
abiſa filia zacharie. Fecitq; qꝺ erat bonũ
coꝛã dño:iuxta oĩa q̃ fecerat dauid p̃ ei⁹
Ipſe diſſipauit excelſa ⁊ ꝓtriuit ſtatuas.
⁊ ſuccidit lucos:ꝓfregitq; ſerpentẽ ereuz
quẽ fecerat moyſes. Siquidẽ vſq; ad illud
tẽpus filij iſrahel adolebant ei incenſum.
Vocauitq; nomẽ ei⁹ nohestan. Et in dño
deo iſrl ſperauit. Itaq; poſt eũ ñ fuit ſili⁹
ei de cunctis regib⁹ iuda: ſed neq; in hijs
qui ante eũ fuerũt:⁊ adheſit dño ⁊ nõ re⁊
ceſſit a veſtigijs eius:fecitq; mãdata eius
que p̃ceperat dñs moyſi vnde et erat dñs
cum eo:⁊ in cũctis ad que ꝓcedebat ſa⁊
piẽter ſe agebat. Rebellauit q̃z ꝓtra regẽ
aſſirioꝝ ⁊ non ſeruiuit ei. Ipſe percuſſit
philiſteos vſq; ad gazam.⁊ omnes termi⁊
b nos eoꝝ:a turre cuſtodũ vſq; ad ciuitatẽ
munitaz. Anno quarto regis ezechie qui
erat annus ſeptimus oſer filij hela regis
iſrahel :aſcendit ſalmanaſar rex aſſirioꝝ
ſamariam ⁊ oppugnauit eam ⁊ cepit. Naz
poſt annos tres anno ſexto ezechie.id eſt
nono anno oſee regis iſrahel capta eſt ſa⁊
maria ⁊ tranſtulit rex aſſirioꝝ iſrahel in
aſſirios.collocauitq; eos ĩ hayla ⁊ ĩ abor.
fluuij gozan in ciuitatib⁹ medoꝝ:qꝛ ñ au
dieſt vocẽ dñi dei ſui. ſed prætergreſſi ſũt
pactũ eius. Omnia que p̃ceperat moyſes
ſeruus dñi non audierunt neq; fecerunt.
Anno quartodecimo regis ezechie aſcen⁊
dit ſẽnacharib rex aſſirioꝝ ad vniuerſas
ciuitates iuda munitas ⁊ cepit eas. Tunc
miſit ezechias rex iuda nuncios ad regẽ
aſſirioꝝ in lachis dicẽs. Peccaui. Recede
a me:⁊ omne qꝺ impoſueris mihi feram.
Sc Indixit itaq; rex aſſirioꝝ ezechie regi iu
de trecẽta talẽta argẽti ⁊ triginta talẽta
auri. Dedit q̃z ezechias omne argentũ qꝺ
repertũ fuerat ĩ domo dñi ⁊ in theſauris
regis. In tpe illo ꝓfregit ezechias valuas
tẽpli dñi ⁊ lamĩas auri quas ipe affixerat
et dedit eas regi aſſirioꝝ. Miſit autez rex
aſſirioꝝ thartan ⁊ rapſaris ⁊ rapſacem de
lachis ad regẽ ezechiã cum manu valida
hieruſalẽ. Qui cũ aſcendiſſent venerũt hie⁊
ruſalẽ ⁊ ſteterũt iuxta aqueductũ piſcine
ſuperioris que eſt in via agri fullonis:vo
cauerũtq; regẽ. Egreſſus eſt aũt ad eos e⁊
liachim filius elchie prepoſitus domus et
ſobna ſcriba ⁊ ioache fili⁹ aſaph a comẽ⁊
d tarijs. Dixitq; ad eos rapſaces. Loquimĩ
ezechie. Hec dicit rex magnus:rex aſſiri⁊
oꝝ. Que ẽ iſta fiducia qua niteris? Forſ
itan iniſti ꝓſilium:vt prepares te ad pre⁊
liuz. In quo ꝓfidis:vt audeas rebellare?
An ſperes in baculo arundineo atq; con
fracto egipto? Super quem ſi incubuerit
homo ꝓminutus ingredieſ manũ eius:⁊

perforabit eam. Sic est pharao rex egipti
e omnib qui ꝓfidunt in se. Quō si dixeritis
mihi ī dño deo nr̄o habem⁹ fiduciā: nōne
iste est cui⁹ abstulit ezechias excelsa ⁊ alta
ria: et precepit iude ⁊ hierl'm ante altare
hoc adorabitis in hierusalē? Nunc igitur
trāsite ad dñm meū regem assiriox: ⁊ da
bo vob duo milia equox: et videte an hīe
valeatis ascensores eox. Et quō potestis
resistere ante vnū satrapam de seruis dñi
mei minimis? An fiduciā habes in egipto
propter curr⁹ ⁊ equites? Nūquid sine dñi
volūtate ascēdi ad locū istū: vt demolirer
eum? Dñs dixit mihi. Ascende in terrā hāc
S T f et demolire eā. Dixerūt aūt eliachim fili⁹
elche ⁊ sobna scriba ⁊ ioache rapsaci. Pre
camur vt loq̄ris nobis fuis tuis siriace.
siqdē intelligimus hanc linguā ⁊ nō loq̄
ris nobis iudaice audiēte pl'o qui est sup
mux. Rñditq; eis rapsaces dicēs. Nūquid
ad dñm tuū ⁊ ad te misit me dñs meus vt
loquerer fmones hos: ⁊ ñ poci⁹ ad viros
qui sedēt super murū vt comedāt stercora
g sua: et bibāt vrinā suam vobiscū? Stetit
itaq; rapsaces ⁊ exclamauit voce magna
iudaice ⁊ ait. Audite verba r̄gis magni:
regis assiriox. Hec dicit rex. Non vos se
ducat ezechias. Non enim poterit eruere
vos de manu mea: neq; fiduciā vobis tri
buat sup dñm dicēs. Eruēs liberabit nos
dñs: et non tradet̄ ciuitas hec in manum
regis assiriox. Nolite audire ezechiā. Hec
enī dicit rex assiriox. Facite mecū qd̄ vo
bis est vtile: ⁊ egredimī ad me. Et ꝓmedet
vnusquisq; de vinea sua: ⁊ de ficu sua ⁊ bi
betis aquas de cisternis vr̄is: donec veniā
et trnsferā vos ī terrā q̄ silis ē terre vr̄e. in
h terrā fructiferā ⁊ fertilē vini. terrā panis
et vineax. terrā oliuax ⁊ olei ac mellis: ⁊
viuetis et nō moriemī. Nolite audire eze
chiā q̄ vos decipit dicēs: dñs libabit nos.
Nunqd liberauerūt dij gentiū terrā suā de
manu regis assiriox? Vbi est de⁹ emath ⁊
arphat? Vbi est de⁹ sepharuaī ana ⁊ aua?
Nunqd libauerūt samariā de manu mea?
Qui nam illi sūt in vniuers dijs terrax q̄
eruerūt regionem suam de manu mea: vt
possit eruere dñs hierl'm de manu mea?
Tacuit itaq; pl's ⁊ nō rñdit ei quicq̄. Si
quidē ꝓceptū regis accepant: vt nō rñde
rent ei. Venitq; eliachim fili⁹ helchie pre
positus domus ⁊ sobna scriba ⁊ ioache fi
lius asaph a cōmētarijs ad ezechiam scis
sis vestib: et nunciauerunt ei verba ra
psacis.

Capitulum. XIX.

Vt cum audisset ezechias rex sci
dit vestimenta sua: et opertus est
sacco: ingressusq; est domū dñi: et
misit eliachim ꝓpositū dom⁹ ⁊ sobnā scri
bam: ⁊ senes de sacerdotib opertos saccis
ad ysaiam ꝓphām filiū amos. Qui dixer̄t.
Hec dicit ezechias. Dies tribulationis et
increpationis ⁊ blasphemie dies iste. Ve
nerūt filij vsq; ad partū: ⁊ vires nō habet
parturiēs. Si forte audiat dñs deus tu⁹
vniuersa verba rapsacis quem misit rex
assiriox dñs suus: vt exprobraret deū vi
uentē ⁊ argueret verbis que audiuit dñs
b deus tuus: et fac oronem pro reliquijs q̄
reperte sunt. Venerūt ḡ serui regis ezechie
ad ysaiaz. Dixitq; eis ysaias. Hec dicetis
dño vro. Hec dicit dñs. Noli timere a fa
cie sermonū quos audisti: quib blasphe
mauerunt pueri regis assiriox me. Ecce
ego immittā ei spiritū et audiet nunciū.
et reuertet̄ in terrā suā: et deiciā eum gla
c dio in terra sua. Reuersus est ḡ rapsaces
et inuenit regē assiriox expugntē lobnā.
Audierat enī q̄ recessisset de lachis. Cūq;
audisset ō tharacha r̄ge ethiopie dicētes.
Ecce egressus est vt pugnet aduersū te et
iret ꝑ eū: misit nūcios ad ezechiā dicēs.
Hec dicite ezechie regi iuda. Non te sedu
cat deus tuus in quo habes fiduciā: neq;
dicas. Non tradet̄ hierl'm in manus regis
assiriox. Tu enī ipe audisti q̄ fecer̄t reges
assiriox vniuers terris: quō vastauerūt
eas. Nū ḡ solus poteris libarari? Nunqd
liberauerūt dij gentiū singulos quos va
stauerūt pres mei gozan videlicet ⁊ aran:
et reseph et filios eden: q̄ erāt ī thelassar?
Vbi est rex emath ⁊ rex arphat ⁊ rex ci
uitatis sepharfaim. ana ⁊ aua? Itaq; cuz
accepisset ezechias lras de manu nuncioz
et legisset eas: ascēdit in domum domini:
et expandit eas coram domino: et orauit
in conspectu eius dicens. Domine deus
israbel qui sedes super cherubim tu es de⁹
solus reguz omniū terre: tu fecisti celū et
terrā. Inclina aurē tuā ⁊ audi. Aperi dñe
oculos tuos et vide: et audi omnia verba

sennacherib:que misit vt exprobraret no-
bis deū viuentē. Vere dñe dissipauerūt re-
ges assirioꝝ gētes ⁊ terras oīm: ⁊ miserūt
deos eoꝝ in ignē. Non enī erāt dij. sz opa
manuū hoīm ex ligno ⁊ lapide: et pdiderūt
eos. Nunc igr dñe deus nr saluos nos fac
de manu eoꝝ: vt sciant oīa regna terre qꝛ
tu es dñs deus solus. Misit aūt ysaias fi-
lius amos ad ezechiam dicens. Hec dicit
dñs deus isrl. Que deprecatus es me sup
sennacherib rege assirioꝝ audiui. Iste est
sermo quē locutus est dñs de eo. Sprevit
te ⁊ subsānauit te vgo filia syon: post ter
gū tuuz caput mouit filia hierusalē. Cui
exprobrasti et quē blasphēasti. Contr quē
exaltasti vocē tuā: et eleuasti in excelsum
oculos tuos? Contra sanctū isrl. Per ma
num seruoꝝ tuoꝝ exprobrasti dño. ⁊ dixi-
sti. In multitudīe curruū meoꝝ ascēdi ex
celsa montiū in summitatē libani: ⁊ succi
di sublimas cedros eius: ⁊ electas abietes
illius. Et ingressus sum vsq ad termīos
eius: ⁊ saltū carmeli eius ego succidi. Et
bibi aquas alienas. et siccaui vestigijs pe
dum meoꝝ oēs aquas clausas. Nūquid ñ
audisti quid ab inicio fecerim? Ex diebus
antiquis blasmaui illud: et nunc adduxi.
Erūtq in ruinā colliū ꝑpugntiū ciuita-
tes mūite ⁊ qui sedēt in eis hūiles manu.
Contremuerūt ⁊ ꝑfusi sūt: facti sūt velut
fenum agri ⁊ virēs herba tectoꝝ que are-
facta est antequ veniret ad maturitatem.
Habitaculum tuum ⁊ egressum tuū ⁊ in-
troitū tuū ⁊ viā tuā ego presciui. ⁊ furo-
rem tuū ptra me ⁊ insanisti in me ⁊ super-
bia tua ascēdit ī aures meas. Ponā itaq
circulū in naribz tuis. ⁊ chamū in labijs
tuis: ⁊ reducā te in viā p quā veīsti. Tibi
aūt ezechia hoc erit signū. Comede hoc an-
no que reppereris: in scdo vero āno q spō
te nascunt. Porro in āno tercio semīate ⁊
metite: plātate vineas ⁊ comedite fructuz
eaꝝ. Et qdcūq reliquū fuerit de domo iu
da mittet radicē deorsum ⁊ faciet fructum
sursum. De hierusalem quippe egredien-
tur reliquie et quod saluetur de monte
syon. Zel' dñi exercituū faciet hoc. Quā
obrē hec dicit dñs ō rge assirioꝝ. Nō īgre
diet vrbē hāc: nec mittet ī eā sagittā: nec
occupabit eā clipe': nec circūdabit eā mu
nicio. Per viam qua venit reuertetur: et
ciuitatē hanc non ingredietur dicit dñs:
protegamq vrbem hanc et saluabo eam.
propter me et propter dauid seruū meuz.
Factum est igitur in nocte illa: venit an-
gelus dñi: ⁊ percussit in castris assirioꝝ cē-
tumoctogintaquinq milia. Cumq dilu-
culo surrexisset: vidit omīa corpora mor-
tuoꝝ: ⁊ recedens abijt: ⁊ reuersus est sen-
nacherib rex assirioꝝ: ⁊ mānsit in niniue.
Cumq adoraret in templo nesrach deū suū
atramelech ⁊ sarasar filī' eius percusserūt
eum gladio: fugeruntq in terram arme-
nioꝝ: ⁊ regnauit asaraddon filī' ei' p eo.

Capitulum. .XX.

In diebz illis egrotauit ezechias
vsq ad mortem: et venit ad eum
ysaias filius amos prophetes: di-
ritq ei. Hec dicit dñs deus. Dispone do-
mui tue: Morieris enim tu: ⁊ non viues.
Qui conuertit faciem suam ad parietem:
et adorauit dñm dicens. Obsecro domine
memento queso quomodo ambulauerim
coram te in veritate et in corde perfecto:
et quod placitum est corā te fecerim. Fle-
uit itaq ezechias fletu magno et antequ
egrederetur ezechias mediam partē atrij
factus est sermo dñi ad eū dicens. Reuer-
tere: et dic ezechie duci populi mei. Hec
dicit dñs deus dauid patris tui. Audiui
oracionē tuam: vidi lacrimam tuam: et
ecce sanaui te. Die tercio ascendes tem-
plū dñi: ⁊ addā diebz tuis qndecim ānos.
Sz ⁊ de manu regis assirioꝝ libabo te et
ciuitatē hāc: ⁊ protegā vrbē istā propter me ⁊
propter dauid seruū meū. Dixitq ysaias. Af-
ferte massam ficoꝝ. Quā cum attulissent
et posuissent super vlcus eius: curat' est.
Dixerat autem ezechias ad ysaiam. Qz
erit signū qꝛ dñs me sanabit: et qꝛ ascēsu-
r' sū die tercia templū dñi? Cui ait ysaias.
Hoc erit signū a dño: qz facturus sit dñs
sermonē quē locut' est. Vis vt ascēdat vm-
bra decē lineis: aut vt reuertat totidē gra
dibz? Et ait ezechias. Facile ē vmbrā cre-
scere decē lineis. Nec hoc volo vt fiat: sed
vt reuertat retrorsū decē gradibz. Invoca-
uit itaq ysaias pphā dñm et reduxit vm-
bram p lineas qz ia descēderat ī horologio
achaz ftrorsū decē gradibz. In tpe illo misit
merodach baladā filī' baladā rex babilo-
nioꝝ lras ⁊ munera ad ezechiā. Audierat

enī qđ egtasset ezechias. Letatus est autē in aduētu eoꝝ ezechias ꝙ oñdit eis domū aromatū ꝙ auꝝ ꝙ argētū ꝙ pigmēta varia vngēta q̄z ꝙ domū vasoꝝ suoꝝ ꝙ oīa q̄ hābe potērat ī thesauris suis. Non fuit qđ non monstrasset eis ezechias in domo sua: et in omni potēstate sua. Venit autem ysaias propheta ad regem ezechiam: dixitq; ei. Quid dixerūt viri isti: aut vñ venerūt ad te? Cui ait ezechias. De terra longinq̄ venerūt ad me: de babilone. At ille rñdit. Quid viderūt in domo tua? Ait ezechias. Oīa quecūq; sunt in domo mea viderūt. Nihil est enim qđ non mōstrauerim eis in thesauris meis. Dixit itaq; ysaias ezechie. Audi sermonē dñi. Ecce dies veniēt et auferenī oīa q̄ sunt in domo tua ꝙ q̄ pdiderūt pres tui vsq; in diē hāc in babilonē. Non remanebit quicq̄ ait dñs. Sed et de filijs tuis q̄ egredienī ex te q̄s generab tollenī: et erūt eunuchi ī palacio regis babilonis. Dixit ezechias ad ysaiā. Bon? sermo dñi quē locut? est. Sit tātū pax ꝙ veritas in diebꝫ meis. Reliq̄ aūt sermonum ezechie ꝙ oīs fortitudo eius ꝙ quō fecerit piscinā ꝙ aqueductū ꝙ introduxerit aq̄s in ciuitatē: nōne hec scripta sunt in libro ſmonū dieꝝ regū iuda? Dormiuitq; ezechias cū pribꝫ suis ꝙ reḡuit manasses filꝰ eius pro eo. ¶ Capitulum. .XXI.

Duodecim annoꝝ erat manasses cū regnare cepisset: ꝙ quinq̄gītaq̄nq; annis regnauit in hierusalē. Nomen mris eius aphsiba. Fecitq; malū in ꝓspectu dñi: iuxta ydola gentiū quas dele uit dñs a facie filioꝝ isrl'. Cōuersusq; ē ꝙ edificauit excelsa q̄ dissipauerat ezechias pr̄ eius: et erexit aras baal ꝙ fecit lucos sicut fecerat achab rex isrl': et adorauit omnem miliciā celi ꝙ coluit eam. Extruxitq; aras in domo dñi de qua dixit dñs in hierusalē ponam nomen meū: ꝙ extruxit altaria vniuerse milicie celi. in duobꝫ atriis tēpli dñi. Et ēduxit filiū suū p ignē: ꝙ ariolatus est ꝙ obſuauit auguria ꝙ fecit phitones: ꝙ aruspices multiplicauit: vt faceret malū coraī dño ꝙ irritarꝫ eū. Posuitq; ydolū luci quē fecerat in tēplo dñi: super quo locutus est dñs ad dauid et ad salomonē filium eius. In tēplo hoc et in hierusalē quā eligi de cunctis tribubus isrl' ponam nomen meum in sempiternum: et vltra nō faciam ꝓmoueri pedem israhel de terra quam dedi pribꝫ eoꝝ si custodierint opere omnia que precepi eis: ꝙ vniuersam legem quā mādauit eis seruus meus moyses. Illi vero non audierunt: sed seducti sunt a manasse: vt facerēt malū sup gentes q̄s cōtriuit dñs a facie filioꝝ israhel. Locutusq; est dñs in manu seruoꝝ suorū ꝓphaꝝ dicēs. Quia fecit manasses rex iuda abominationes istas pessimas sup oīa que fecerūt amorrei antē eū ꝙ peccare fecit ecīā iudaz in immūdicijs suis: ꝓterea hec dicit dñs deus isrl'. Ecce ego inducam mala sup hierl'm ꝙ iudā: vt quicūq; audierit tinniāt ambe aures eiꝰ. Et extēdā sup hierl'm funiculū ꝙ samarie pōdus domus achab: et delebo hierl'm sicut deleri solent tabule. Delens vertā ꝙ ducā crebriꝰ stiluz sup faciē eius. Dimittā vero reliquias hereditatis mee et tradā eas in manꝰ inimicoꝝ eius: erūtq; in vastitatē et in rapinā cūctis aduersarijs suis eoq̄ fecerint malū coraī me: ꝙ pseuerauerūt irritantes me ex die qua egressi sunt patres eoꝝ ex egipto vsq; ad hanc diem. Insup et sanguinē innoxium fudit manasses multū nimis donec implereī hierl'm vsq; ad os: absq; peccatis suis quibꝫ peccare fecit iudā: vt faceret malū coraī dño. Reliqua aūt sermonum manasse ꝙ vniuersa que fecit ꝙ pcīm eius qđ peccauit: nonne hec scripta sūt in libro sermonū dierū regum iuda? Dormiuitq; manasses cū pribꝫ suis: ꝙ sepultus ē in orto domus sue. in orto ozam. ꝙ regnauit amon filius eius pro eo. Viginti duoꝝ annoꝝ erat amon cum regnare cepisset: duobꝫ q̄z ānis regnauit in hierl'm. Nomē matris eiꝰ messallemeth filia aarus de iethēba. Fecitq; malū in ꝓspectu dñi sicut fecerat manasses pater eius: et ambulauit in oī via p quā ambulauerat pr̄ eius. Seruiuitq; immundicijs quibꝫ seruiebat pr̄ eius et adorauit eas: et dereliquit dñm deū patrū suoꝝ ꝙ nō ambulauit in via domini. Tetēderūtq; ei insidias seruī sui: et interfecerūt regē in domo sua. Percussit aūt populus terre omnes qui ꝓiurauerāt ꝓtra regem amon: ꝙ ꝓstituerūt sibi regem iosiam filium eius pro eo. Reliqua aī sermonū amon q̄ fecit: nōne hec scꝑta sūt in

libro sermonū diex regum iuda: Sepeli-
eruntq; eū in sepulcro suo in orto ozam.
et regnauit iosias filius eius pro eo.

Capitulum .XXII.

Octo annox erat iosias cuz regna-
re cepisset: et trigintauno anno
regnauit in hierlm. Nomen mris
eius ydida filia phadaia de besechat. Fe-
citq; quod placitū erat corā dño: 7 ambu-
lauit p oēs vias dauid pris sui. Non decli
nauit ad dexterā siue ad sinistrā. Anno aī
octauodecimo rgis iosie misit rex saphan
filiū aslia filij mesullaz scribam tēpli dñi:
dicens ei. Vade ad helchiam sacerdotē ma
gnum vt ꝓfletur pecunia que illata est in
tēpluz dñi quā collegerūt ianitores tēpli
a pl'o: deturq; fabris p prepositos domus
dñi. Qui 7 distribuāt eam bijs qui operā-
tur in tēplo dñi ad instaurāda sartatecta
tēpli. tignarijs videlicet et cementarijs. et
bijs qui interrupta ꝓponūt: et vt emanī
ligna 7 lapides ō lapicidinis ad instaurā-
dum tēplum dñi. Veruntñ nō supputetur
eis argentū qō accipiunt: sed in potestate
e habeāt 7 in fide. Dixit aūt helchias pon-
tifex ad saphan scribaz. Libx legis reperi
in domo dñi. Deditq; helchias volumen
saphan scribe qui et legit illud. Venit qz
saphan scriba ad regem et renunciauit ei
quod preceperat 7 ait. Conflauerūt serui
tui pecuniā que repta est in domo dñi: et
dederūt vt distribuerē fabris ac prefectis
operū tēpli dñi. Narrauit qz saphan scri-
ba regi dicēs. Libx dedit mihi helchias sa
cerdos. Quē cū legisset saphan corā rege:
et audisset rex verba libri legis dñi scidit
vestimenta sua: et pcepit helchie sacerdo-
ti et ahicham filio saphan 7 achobor filio
micha 7 saphan scribe: 7 asaie seruo regis
dicēs. Ite 7 ꝓsulite dñm sup me 7 sup pl'o
7 sup omni iuda de verb voluminis istius
qō inuentū est. Magna enī ira dñi succē-
sa est ꝓtra nos: qz non audierūt pres nri
verba libri hui? vt facerent omne qō scri-
f ptū est nobis. Ierūt itaq; helchias sacer-
dos 7 ahichaz 7 achobor 7 saphan 7 asaia
ad oldam pphetē vxorē sellū filij thecue fi-
lij aras custodis vestiū que habitabat in
hierlm ī scda: locutiq; sunt ad eā. Et illa
rndit eis. Hec dicit dñs de? isrl'. dicite vi-
ro q̄ misit vos ad me. Hec dicit dñs. Ecce
ego adducam mala super locum istum et
super habitatores ei? omnia verba legis
que legit rex iuda: qz dereliquerunt me et
sacrificauerī dijs alienis irritātes me in
cunctis opib manuū suax. Et succendet
indigtio mea in loco hoc 7 nō extinguet.
g Regi aī iuda qui misit vos vt ꝓsuleretis
dñm sic dicetis. Hec dicit dñs deus isrl'.
Pro eo q̄ audistis verba volumis 7 pter-
ritū est cor tuū 7 hūliat? es corā dño. au-
ditis sermonib ꝓtra locū istū 7 habitato-
res eius qō videlicz fierēt in stuporē et in
maledictū 7 scidisti vestimēta tua: 7 fleui-
sti corā me et ego audiui ait dñs: idcirco
colligā te ad pres tuos: 7 colligeris ad se-
pulcx tuū in pace: vt nō videāt oculi tui
oīa mala que introducturus sum sup lo-
cum istum.

Capitulum .XXIII.

S Et renūciauerūt regi qō dixerat.
Qui misit: et congregati sunt ad eū
omnes senes iuda 7 hierlm. Ascē-
ditq; rex tēplum dñi: 7 oēs viri iuda vni-
uersiq; qui habitabāt in hierlm cū eo sa-
cerdotes et pphe 7 oīs pl'us a paruo vsq;
ad magnū: legitq; cunctis audientib oīa
verba libri federis qui inuentus est in do-
mo dñi. Stetitq; rex super gradum 7 fedus
pcussit coraz dño: vt ambularēt post dñm
et custodirēt pcepta eius 7 testimonia 7 ce
remonias in omni corde 7 in tota aīa: et
suscitarēt verba federis hui? que scripta
erāt ī libro illo. Acquieuitq; pl'us pacto.
Et pcepit rex helchie pontifici 7 sacerdo-
tib scdi ordinis 7 ianitoribz vt picerēt de
tēplo dñi oīa vasa que facta fuerāt baal 7
in luco 7 vniuerse milicie celi 7 combussit
ea foris hierlm in conualle cedron: 7 tulit
puluerē eox in bethel. Et deleuit auruspi-
ces quos posuerant reges iuda ad sacrifi-
candum in excelsis per ciuitates iuda et
in circuitu hierlm: et eos qui adolebant
incensum baal 7 soli 7 lune et duodecim si-
b gnis et omni milicie celi. Et efferri fecit
lucum de domo dñi foras hierusalem in
cōualle cedron et combussit eum ibi 7 re-
degit in puluerem: et proiecit super sepul-
cra vulgi. Destruxit quoq; ediculas effe-
minatorum que erant in domo dñi: pro
quib muleres texebāt quasi domūculas
luci. Congregauitq; omnes sacerdotes de

ciuitatibꝫ iuda et ꝓtaminauit excelſa vbi ſacrificabãt ſacerdotes. de gabaa vſq; bſabee. Et deſtruxit aras portaꝝ in introitu oſtij ioſie pncipis ciuitatis: quod erat ad
c ſiniſtrã portæ ciuitatis. Verũtamẽ nõ aſcẽdebant ſacerdotes excelſoꝝ ad altare dñi in hieruſalẽ. ſed tantũ comedebant azima in medio fratrũ ſuoꝝ. Contaminauit q̃z tophet qđ eſt in ẽualle filij ennon: vt nẽo ꝓſecret filiũ ſuũ aut filiã p ignẽ moloch. Abſtulit q̃z eq̃s q̃s dederãt reges iude ſoli in introitu tẽpli dñi iuxta exedraz nathamelech eunuchi: qui erat ĩ pharurim. currus aũt ſolis ꝓbuſſit igni. Altaria q̃z que erãt ſup tecta cenaculi achaz: que fecerãt
Sd ſges iuda et altaria que fecerat manaſſes in duobꝫ atrijs tẽpli dñi deſtruxit rex: et cucurrit inde ⁊ diſpſit cinerẽ eoꝝ in torrẽtem cedron. Excelſa q̃z que erãt ĩ hieruſalem ad dexterã partẽ mõtis offenſionis q̃ edificauerat ſalomõ rex iſrl' aſtaroth ydolo ſydonioꝝ et chamos offenſioni moab: et melchõ abomĩacioni filioꝝ ãmon polluit rex ⁊ ꝓtriuit ſtatuas ⁊ ſuccidit lucos repleuitq; loca eoꝝ oſſibꝫ mortuoꝝ. Inſuper ⁊ altare qđ erat in bethel ⁊ excelſũ qđ fecerat hieroboaz filius nabath q̃ peccare fecit iſrl' ⁊ altare illđ excelſũ deſtruxit atq; ꝓbuſſit ⁊ ꝓminuit in puluerẽ: ſuccenditq;
Tc eciã lucũ. Et cõuerſus ioſias vidit ibi ſepulc̃ que erãt in mõte: miſitq; ⁊ tulit oſſa de ſepulcris ⁊ ꝓbuſſit ea ſup altare: ⁊ polluit illđ iuxta vbũ dñi qđ locut⁹ ẽ vir dei qui p̃dixerat verba hec. Et ait. Quis ẽ titulus ille quem video? Rñderũtq; ei ciues vrbis illius. Sepulcr̃ eſt hoĩs dei q̃ venit de iuda: ⁊ p̃dixit verba hec q̃ feciſti ſup altare bethel. Et ait. Dimittꝫ eũ. Nẽo ꝓmoueat oſſa eius. Et intacta mãſerũt oſſa illi⁹. cũ oſſibꝫ ꝑphe qui venerat de ſamaria. Inſup ⁊ oĩa fana excelſoꝝ q̃ erãt in ciuitatibꝫ ſamarie q̃ fecerãt reges iſrl' ad irritãdum dñm abſtulit ioſias: ⁊ fecit eis ſm
f oĩa que fecerat in bethel. Et occidit vniuerſos ſacerdotes excelſoꝝ q̃ erãt ibi ſup altaria: ⁊ cõbuſſit oſſa hũana ſup ea. Reuerſuſq; eſt hieruſalẽ: et p̃cepit omni populo dicẽs. Facite phaſe dño deo vr̃o: ſm qđ ſcriptũ eſt ĩ libro federis hui⁹. Nec enĩ factũ ẽ phaſe tale a diebꝫ iudicũ q̃ iudicaueſt iſrl' ⁊ oĩm diebꝫ regũ iſrl' ⁊ regũ iuda
Te ſicut in octauodecio ãno regis ioſie factũ eſt phaſe iſtud dño in hieruſalem. Sed et phitones et ariolos ⁊ figuras ydoloꝝ. et immũdicias et abominationes que fecerãt in terra iuda ⁊ hieruſalẽ abſtulit ioſias: vt ſtatueret verba legis q̃ ſcripta ſunt in libro quẽ inuenit helchias ſacerdos in tẽplo dñi. Similis illi non fuit añ eũ rex. q̃ reuerteret ad dñm in omni corde ſuo ⁊ in tota aĩa ſua ⁊ vniuerſa virtute ſua iuxta omnẽ legẽ moyſi: neq; poſt eũ ſurrexit ſimilis illi. Verũtamẽ non eſt auerſus dñs
T8 ab ira furoris ſui magni: quo irat⁹ eſt furor eius ꝓtra iudã ꝓpter irritatões quibꝫ puocauerat eũ manaſſes. Dixit itaq; dñs Ecĩã iudã auferã a facie mea ſicut abſtuli iſrl' ⁊ pciã ciuitatẽ hãc quã elegi hieruſalẽ ⁊ domũ de q̃ dixi. erit nomẽ meũ ibi. Reliq̃ aũt ſmonũ ioſie ⁊ vniuerſa q̃ fecit: nonne hec ſcripta ſunt ĩ libro verboꝝ dierũ regũ iuda? In diebꝫ ei⁹ aſcẽdit pharao nechao rex egipti contra regẽ aſſirioꝝ ad flumẽ eufratẽ. Et abijt ioſias rex in occurſum eius: ⁊ occiſus eſt in mageddo cũ vidiſſet eũ. Et portauerũt eũ ſerui ſui mortuũ de mageddo. ⁊ ptulerũt in hieruſalẽ: et ſepelierunt eũ in ſepulcro ſuo. Tulitq;
P pplus terre ioachaz filiũ ioſie: ⁊ vnxerũt eũ et ꝓſtituerũt eũ regẽ pro pre ſuo. Viginti triũ annoꝝ erat ioachaz cũ regre cepiſſet et tribꝫ mẽſibꝫ regnauit in hieruſalẽ. Nomẽ mr̃is ei⁹ amithal: filia hieremie de lobna. Et fecit malũ corã dño: iuxta omĩa q̃ fecerãt pres ei⁹. Elixitq; eũ pharao nechao in
h reblata: q̃ eſt in terra emath: ne regret in hieruſalẽ. Et impoſuit mulctã terre centũ talẽtis argẽti: et talẽto auri. Regemq; ꝓſtituit pharao nechao heliachim filium ioſie ꝓ ioſia pre eius: vtitq; nomẽ ei⁹ ioachim: Porro ioachaz tulit ⁊ duxit in egiptum. Argentũ aũt ⁊ auꝝ dedit ioachim pharaoni cũ indixiſſet terre p ſingulos: vt ꝓferret iuxta ꝑceptum pharaonis. Et vnũquẽq; iuxta vires ſuas exegit tam argentũ q̃ auꝝ de pplo terre: vt daret pharaoni nechao. Viginti quinq; annoꝝ erat ioachim cũ regnare cepiſſet: ⁊ vndecim annis regnauit ĩ hieruſalẽ. Nomẽ mr̃is ei⁹ zebeda filia phadaia de ruma. Et fecit malũ corã dño: iuxta oĩa q̃ fecerãt pres ei⁹.

Capitulum. XXIIII.

In dieb eius ascendit nabuchodonosor rex babilõis: et factus est ei ioachim seruus tribus annis: et rursum rebellauit ꝓtra eum. Immisitq; ei dñs latrũculos caldæoꝝ et latrũculos syrie et latrunculos moab. et latrũculos filioꝝ ammon: et immisit eos in iudam vt dissiperent eam iuxta verbũ dñi qd̃ locut⁹ fuerat p seruos suos ꝓphas. Factũ est aũt hoc p verbũ dñi ꝓtra iudam vt auferret eum coꝝã se: propter pcã manasse vniuersa q̃ fecit et ꝓpter sanguinẽ innoxiũ quẽ effudit et impleuit hierl'm cruore innocentiũ: et ob hãc rem noluit dñs propiciari. Reliq̃ aũt sermonũ ioachim et vniuersa q̃ fecit: nõne hec scripta sunt ĩ libro ſmonũ dieꝝ regũ iuda? Et dormiuit ioachim cũ ꝓribꝫ suis: et regnauit ioachin filius eius pro eo. Et vltr̃ nõ addidit rex egipti vt egrederet̃ de terra sua. Tulerat enĩ rex babilonis a riuo egipti vsq; ad fluuiũ eufratẽ omnia q̃ fuerãt regis egipti. Decẽ et octo annoꝝ erat ioachin cũ regꝛe cepisset: et tribꝫ mẽsibꝫ regnauit in hierl'm. Nomẽ mr̃is ei⁹ noescha filia helnathan de hierl'm. Et fecit malũ coꝝã dño: iuxta oĩa q̃ fecerat pr̃ ei⁹. In tpe illo ascenderũt serui nabuchodonosor regis babilonis in hierl'm: et circũdata est vrbs munitionibꝫ. Venitq; nabuchodonosor rex babilonis ad ciuitatẽ cum seruis suis: vt oppugnarent eam. Egressusq; est ioachin rex iuda ad regem babilonis ipse et mater eius et serui eius et principes eius et eunuchi eius: et suscepit eũ rex babilonis anno octauo regni sui. Et ptulit inde oẽs thesauros dom⁹ dñi et thesauros domus regie: et scidit vniuersa vasa aurea q̃ fecerat salomon rex isrl' in tẽplo dñi iuxta verbũ dñi: et ĩstulit omnẽ hierl'm: et vniuersos prĩcipes et oẽs fortes exercitus decẽ milia in captiuitatẽ et omnẽ artificẽ et ĩclusorẽ: nihilq; relictũ est exceptis paupibꝫ plꝰ terre. Trãstulit q̃q; ioachin in babilonẽ: et matrẽ eius et uxores regis et eunuchos regis et iudices terre duxit ĩ captiuitatẽ de hierl'm in babilonẽ: et oẽs viros robustos septẽ milia: et artifices et inclusores mille. oẽs viros fortes et bellatores: duxitq; eos rex babilonis captiuos ĩ babilonẽ. Et ꝓstituit mathathiã patruũ eius pro eo: imposuitq; nomẽ ei sedechiã.

Decimum et primũ annum etatis habebat sedechias cũ regnare cepisset: et vndecim ãnis regnauit in hierusalẽ. Nomẽ mr̃is eius erat amithal: filia hieremie ð lobna. Et fecit malũ coꝝã dño: iuxta omĩa q̃ fecerat ioachin. Irascebat enĩ dñs ꝓr̃ hierl'm et ꝓr̃ iudã: donec ꝓiceret eos a facie sua. Recessitq; sedechias a rege babilonis.

Capitulum. .XXV.

Factum est autẽ anno nono regni eius mense decimo decima die mẽsis venit nabuchodonosor rex babilonis ipse et omnis exercitus eius in hierusalẽ et circũdederunt eam: et extruxer̃t in circuitu ei⁹ munitiones. Et clausa est ciuitas atq; vallata: vsq; ad vndecimũ annum regis sedechie nona die mẽsis. Preualuitq; fames ĩ ciuitatẽ: nec erat panis plꝰ terre. Et interrupta ẽ ciuitas: et oẽs viri bellatores nocte fuger̃t p viam portæ q̃ est inter duplicẽ murũ ad ortum regis. Porro caldei obsidebant in circuitu ciuitatẽ. Fugit itaq; sedechias p viam que ducit ad cãpestria solitudinis. Et psecut⁹ est exercitus caldæoꝝ regẽ: ꝓprehẽditq; eum in planicie iericho: et oẽs bellatores qui erãt cũ eo dispsi sunt et reliq̃runt eũ. Apprehensum q̃ regẽ duxerũt ad regẽ babilonis in reblatha: qui locutus est cum eo iudiciũ. Filios aũt sedechie occidit coram eo: et oculos eius effodit: vinxitq; eum cathenis et adduxit in babilonẽ. Mense q̃nto septima die mẽsis ipse est ann⁹ nonusdecimus regis babilonis venit nabuzardan princeps exercit⁹ seruus regis babilonis in hierl'm et succẽdit domũ dñi et domum regis et domos hierusalez: omnẽq; domũ ꝓbussit igni: et muros hierl'm in circuitu destruxit oĩs exercitus caldæoꝝ qui erat cũ principe militũ. Reliquã aũt ꝑplꝰ partẽ que remanserat in ciuitatẽ: et p fugas qui trãsfugerant ad regẽ babilonis: et reliquũ vulgus trãstulit nabuzardan princeps milicie: et de pauperibꝫ terre reliquit vinitores et agricolas. Columnas autem ereas que erant in templo domini et bases et mare ereum qd̃ erat in domo dñi ꝓfregerũt chaldei: et transtulerunt es omne ĩ babilonem. Ollas quoq; ereas et trullas et tribẽtes et cipbos et mortariola: et omnia vasa erea: in quibꝫ ministrabant tulerunt:

necnon et thuribula ⁊ fialas. Que aurea aurea ⁊ q̄ argētea argētea. tulit princeps milicie: id eſt colūnas duas. mare vnum et baſes quas fecerat rex ſalomō in tēplo dñi. Non erat pondus eris oīm vaſorum. Decē ⁊ octo cubitos altitudinis habebat colūna vna. ⁊ capitellū ereū ſup ſe altitudinis triū cubitoꝝ ⁊ retiaculū ⁊ malagranata ſup capitellū columne: oīa erea. Similē ⁊ colūna ſcḋa habebat ornatū. Tulit q̄z prīceps milicie ſaraiā ſacerdotē primū et ſophoniā ſacerdotē ſcḋm ⁊ tres ianitores ⁊ de ciuitate eunuchū vnū qui erat p̄fectus ſup bellatores viros ⁊ quīq; viros de hijs q̄ ſtetērāt corā rege quos reperit in ciuitate: ⁊ ſophor principē exercitus q̄ probabat tyrones de pl̄o terre: ⁊ ſex viros e vulgo q̄ inuēti fuerāt in ciuitate. Quos tollēs nabuzardan princeps militū duxit ad regē babilonis in reblatha: percuſſitq; eos rex babilonis ⁊ interfecit eos in reblatha in terra emath. Et trāſlat⁹ eſt iuda de terra ſua. Populo aūt qui relict⁹ erat ī terra iuda quē dimiſerat nabuchodonoſor rex babilōis p̄fecit godoliā filiū aichan filij ſaphan. Qḋ cū audiſſēt oēs duces militū ipſi ⁊ viri q̄ erāt cū eis videlicet qḋ ꝓſtituiſſet rex babilonis godoliā: venerūt ad godoliā ī maſpha iſmahel fili⁹ nathanie ⁊ iohannā filius charee ⁊ ſaraia fili⁹ thanameth netophātites et iezonias fili⁹ maachati: ipſi et ſocij eoꝝ. Jurauitq; godolias ip̄s ⁊ ſocijs eoꝝ dicēs. Nolite timere ſeruire chaldeis. Manete ī terra ⁊ ſeruite regi babilonis: ⁊ bñ erit vob. Factum eſt aūt in mēſe ſeptimo venit iſmahel fili⁹ nathanie filij eliſama de ſemīe regio ⁊ decez viri cū eo: percuſſerūtq; godoliā. qui ⁊ mortuus eſt: ſed ⁊ iudeos ⁊ chaldeos qui erant cum eo in maſpha. Conſurgenſq; oīs populus a paruo vſq; ad magnū ⁊ prīcipes militū venēr̄t in egiptū: timētes chaldeos Factū eſt vero in anno triceſimoſeptimo trāſmigr̄tionis ioachin regis iude. menſe duodecimo viceſima ⁊ ſeptima die menſ⁹. ſubleuauit euilmerodach rex babilonis anno q̄ regr̄e cepat caput ioachin regis iuda de carcere et locutus eſt ei benigne. Et poſuit tronū eius ſup tronū regū qui erant cū eo in babilone: ⁊ mutauit veſtes ei⁹ quas habuerat in carcere ⁊ ꝓmedebat panē ſp in ꝓſpectu eius cūctis diebꝫ vite ſue: annonā q̄z ꝓſtituit ei ſine intermiſſione que ⁊ dabat ei a rege p̄ ſingulos dies omnibꝫ diebꝫ vite ſue.

Explicit liber regū quartus Incipit prologus beati Hieronimi preſbiteri in libros paralipomenon.

Septuagīta interp̄tū pura. ⁊ vt ab eis ī grecū ꝺſa ē editō pmaneret: ſupfluē me michromati eꝑoꝝ ſcr̄iſſime atq; doctiſſime impelleres vt hebrea voluīa latino ſermōe r̄nſferrē. Qḋ enī ſeḋ aures hoīm occupauerat ⁊ naſcētis eccl'ie roborauerat fidē: iuſtū erit eciā nr̄o ſilētio cōprobari. Nūc ꝺo cū p̄ varietate regionuꝝ diuerſa ferātur exēplaria ⁊ germana illa antiq̄q; r̄nſlatō corrupta ſit atq; violata: nr̄i arbitrij putas. aut e pluribꝫ iudicare qḋ verꝫ ſit aut nouū opus in veteri opere cudere: illudētibuſq; iudeis. cornicū vt dr̄ ocḷos ꝓfigere. Alexādria ⁊ egipt⁹ ī ſeptuagīta ſuis eſichiū laudat auctorē: ꝓſtātinopoḷ vſq; anthiochiā luciani martiris exēplaria ꝓbat. Medie īter has p̄uītie paleſtinos codices legūt: q̄s ab origene elaboratos euſebi⁹ ⁊ pamphil⁹ vulgauerūt. Totuſq; orḃ hac īter ſe trifaria varietate ꝓpugr̄t. Et certe origenes nonſolū exēpla ꝓpoſuit q̄tuor editionū e regione ſingula ꝺba deſcribēs. vt vn⁹ diſſenciēs ſtatī ceteris inter ſe ꝓſentiētibꝫ arguaḋ: ſed qḋ maioris audatie eſt in editione ſeptuaginta theodocionis editionē miſcuit: aſtericis deſigns que min⁹ fuerint. ⁊ virgulis q̄ ex ſupfluo videbātur appoſita. Si igr̄ alijs licuit non tenere qḋ ſeḋ ſuſcepant. ⁊ p⁹ ſeptuaginta cellulas que vulgo ſine auctore iactantur ſingulas cellulas aperuere. Nocq; in eccleſijs legr̄ qḋ ſeptuagīta neſcierūt: cur me non ſuſcipiant latini mei qui inuiolata edicione veteri ita nouam ꝓdidi. vt laborē meū hebreis ⁊ qḋ hijs maius eſt apl'is auctoribꝫ comprobem! Scripſi nup libꝝ de optimo genere interp̄tandi. oñdēs illa ꝺ euāgelio. ex egipto vocaui filiū meū. ⁊ quoniā nazareus vocabr̄ et videbūt in quē ꝓpūxerunt. et illud apl'i

quod oculus non vidit nec auris audiuit et in cor hominis non ascendit que preparauit deus diligentibo se. ceteraq; hijs similia in hebreorum libris inueniri. Certe apostoli ⁊ euangeliste. septuaginta interpretes nouerant et vnde eis hec dicere que in septuaginta ñ habentur: Xpc dñs nr̄ vtriusq; testamēti ꝓdito in euangelio ſm Jobem qui credit inquit in me sicut dicit scriptura: flumīa de vētre ei⁹ fluent aque viue. Ultiq; scriptū est: qō saluator scriptū esse testat̄. Ubi scriptū est: Septuagīta nō hñt: apocrifa nescit eccl'ia. Ad hebreos igr̄ reuertēdū ē: vñ ⁊ dñs loquit̄ et discipl'i exēpla pſumūt. Hec pace vetex loquor: et obtrectatoribo meis tātū rñdeo qui canino dēte me rodūt: in publico dēt̄bētes ⁊ legentes in angul': id est accusatores ⁊ defensores: cū in alijs ꝓbent qō ī me reprobāt: quasi virtus et viciū nō in rebo sit. sed cū auctore mutet̄. Cetex nemini editionē septuagīta ītslatox olim de greco emēdatā tribuisse me nr̄is: nec inimicū debere estimari eox qs in quētu fratrū sp ediſſero. Et qō nūc de beniamin: id est verba diex intrptatus sum idcirco feci: vt inextricabiles moras ⁊ siluā nominuz que scriptox ꝓfusa sunt vicio. sensuumq; barbariem apercius et per versuum cola dirigerem: mihi metipsi et meis. iuxta ismenium canens. si aures surde sunt ceterorum.

¶ Explicit prologus. Incipit liber paralipomenon. Capitulum. I.

Adam. seth. enos. caynan. malalehel. iared. enoch. matusale. lamech. noe. sem cham ⁊ iafet. Filij iafeth: gomer. magog. madai et iauan. thubal. mosoch. thiras. Porro filij gomer. aseenē ⁊ riphat et thogorma. Filij autem iauan. elisa et tharsis. cethim et dodanim. Filij cham chus et mesraim. phut et chanaan. Filij autem chus. saba et eiula. sabatha ⁊ regina et sabathaca. Porro filij regma. saba et dadan. Chus autem genuit nemroth. Iste cepit esse potens in terra. Mesraim vero genuit ludim ⁊ anamim ⁊ laabim et nepthoim. phethrusim quoq; et chasluim de quibo egressi sunt philistijm et capthurim. Chanaan vero genuit sydonem primogenitum suum. etheum quoq; et iebuseum et amorreum ⁊ gergeseum. eueumq; et aracheum et asineum. aradium quoq; ⁊ samareum et emathеum. Filij sem. elā et assur. Et arfaxat et lud ⁊ aram. Filij araz hus et hul et gothor et mosoch. Arfaxat autez genuit sale qui ⁊ ipse genuit heber. Porro heber nati sunt duo filij: nomen vni phalech: quia in diebo eius diuisa est terra: et nomē fratris eius iectan. Jectan aūt genuit elmodad ⁊ salech ⁊ aselmoth: ⁊ iare. aduram quoq; ⁊ usal ⁊ decla. ebal ⁊ eciam abimael ⁊ saba: necnon ⁊ ophir et euila ⁊ iobab. Omnes isti filij iectan. sem. arfaxat. sale. heber. phalech. ragau. seruch. nachor. thare. abram: iste est abrahā. Filij autem abraham. ysaac et ysmahel. Et hec generationes eorum. Primogenitus ysmahelis nabaioth et cedar ⁊ abdehel ⁊ mabsan ⁊ masma et duma. massa. adad ⁊ thema. iachur. naphis. cedma. Hij sunt filij ysmahelis. Filij autem cethure concubine abraham quos genuit zamrā. iecsan. madan. madian. iesboc ⁊ sue. Porro filij iecsan. saba et dadan: Filij autem dadan. asurim et lathusim ⁊ loomī. Filij autem madian. epha ⁊ epher ⁊ enoch et abida ⁊ eldaa. Omnes hij filij cethure. Generauit autem abraham ysaac: cuius fuerunt filij esau ⁊ israhel. Filij esau. eliphaz. rahuel. iehus. ielon chore. Filij eliphaz. themā. omar. zephi. gothan. cenez. thāna. amelech Filij rahuel. naab. gazara samma. maza. Filij seir. lothan. sobal. sebeon. ana. diso. eser. disan. Filij lothan. horri. ahohiman. Soror autem lothan. fuit thāna. Filij sobal. olian ⁊ manaath. et ebal et sephi. onan. Filij sebeon. oy et ana. Filij ana. dison. Filij dison. hamaran ⁊ esebā ⁊ iethran ⁊ charrā. Filij eser. balaan ⁊ laban ⁊ iacham. Filij dison. vs et aran. Isti sunt reges qui imperauerūt in terra edom. antex esset rex super filios israhel. Bale filius beor: et nomen ciuitatis eius denaba. Mortuus est autem bale et regnauit pro eo iobab filius sare de bosra. Cūq; ⁊ iobab fuisset mortu⁹ regnauit p eo husan ō terra thēanox. Obijt q3

q husan q regnauit p eo adad filiꝰ badad qui pcussit madian in terra moab q nomẽ ciuitatis eiꝰ abiuth. Cũqꝫ q adad fuisset mortuꝰ. regũit p eo semla de masreca. Soꝫ et semla mortuus est: q regũit p eo saul de rooboth q̃ iuxta amnẽ sita est. Mortuo q̃ꝫ saul regũit p eo balaana filiꝰ achobor Soꝫ q h mortuꝰ ẽ: q regũit p eo adad cuiꝰ vrb̃ nomẽ fuit phou. q appellata ẽ uxor eiꝰ mehetabel filia matred. filie mezaab. Adad aũ mortuo: duces p regibꝫ ĩ edõ esse ceperũt. Dux thãna. dux alia. dux iethet. dux oolibama. dux hela. dux phinõ. dux cenez. dux theman. dux mapsar. dux magdibel. dux hirã. Hij duces edom.

Capitulum. II.

Filij aũ isrl'. ruben. simeon. leui. iuda. isachar q zabulõ. dan. ioseph. beniamin. neptalĩ. gad q aser. Filij iuda. her aunan q sela hij tres nati sũt ei ex filia sue chananitidis. Fuit aũ her primogenitꝰ iuda malꝰ coram dño q occidit eũ Thamar aũ nurꝰ eiꝰ pepit ei phares q zara. Oẽs g̃ filij iuda q̃nqꝫ. Filij aũt phares esroꝫ q amul. Filij q̃ꝫ zare: zamri q ethan q eman. chalcal q̃ꝫ q darda. sil' q̃nqꝫ. Filij charmi: achar q turbauit isrl' q peccauit in furto anathematis. Filij ethan: azarias. Filij aũ esrom q nati sũt ei: ieramehel q ram q calubi. h ẽ caleph. Porro ram genuit aminadab: aminadab aũt genuit naason pncipem filiorꝫ iuda. Naason q̃ꝫ genuit salmõ de q̃ ortꝰ ẽ booz. Booz vo genuit obed q q ipe genuit isai. Isai aũ genuit pmogenitũ heliab. scõm abinadab. tercium sammaha. q̃rtũ nathanael. q̃ntũ saddai. sextũ ason. septimũ dauid: q̃ꝫ sorores fuerũt saruia q abigail. Filij sarphie: abisai ioab q asahel tres. Abigail aũ genuit amasa: cuius pr̃ fuit gether ismahelites. Caleb vo filiꝰ esrom accepit uxorẽ nomĩe azuba de q̃ genuit ierioth. fueꝛtqꝫ filij eiꝰ iaser q sobab q ardon Cũqꝫ mortua fuissꝫ azuba accepit uxorẽ caleb ephrata q̃ pepit ei hur. Porro hur genuit uri q uri genuit beselehel. Post hec ĩgressus ẽ esrom ad filiã machir filij pr̃is galaad q accepit eam cũ esset ānoꝝ sexaginta Que pepit ei segub: sed q segub genuit iair q possedit uigintitres ciuitates in terra galaad. Cepit qꝫ gessur q aran opida iair q canath q viculos eius sexagĩta ciuitatũ. Omnes isti filij machir pr̃is galaad. Cũ aũt mortuus esset esrom: ĩgressus est caleb ad ephrata. Habuit quoqꝫ esrom uxorẽ abia que peperit ei assur patrẽ thecue. Nati sunt autꝫ filij ieramehel. pr̃ogeniti esrom. ram primogenitus eius q buma q arã q ason q achia. Duxit quoqꝫ uxorẽ altẽrã hieramehel noĩe atthara que fuit mater onã. Soꝫ q filij ram primogeniti hieramehel fuerũt moos ioanim q athar. Onã autẽ habuit filios semei q iuda. Filij autem semei: nadab q abysur. Nomen uero uxoris abisur et abigail que peperit aahobbã q molid. Filij autẽ nadab: fuerunt saled q apphaĩ. Mortuꝰ est autẽ saled absqꝫ liberis. Filiꝰ uero apphaim iesi: qui iesi genuit sesan. Porro sesan genuit ahalai. Filij autẽ iuda fratris semei iether q ionathã. Sed et iether mortuꝰ est absqꝫ liberis. Porro ionathã genuit phalech q ziza. Isti fuerunt filij hieramehel primogeĩti esrom. Sesan autẽ non habuit filios sed filias: et seruũ egipciũ nomĩe ieraa. Deditqꝫ ei filiã suaꝝ uxorẽ que peperit ei ethei. Ethei autẽ genuit nathan: q nathan genuit zabad. Zabad quoqꝫ genuit ophial: q ophial genuit obed. Obed genuit iehu: iehu genuit azariam. Azarias genuit helles et helles genuit helasa. Helasa genuit sisamoy: sisamoy genuit sellum. Sellum genuit ithamian: ithamia autem genuit elisama. Filij autem caleph fratris hieramehel: mesa primogenitus eius: ipse est pater ziph filij maresa pr̃is hebron. Porro filij hebrõ chore q taphu q recem q samma. Samma autem genuit reiam patrem ierthaaz: et recem genuit semmei. filiꝰ semmei maon q maon pater betsur. Epha autẽ ꝯcubina caleph peperit aran q musa q thezez. Porro aran genuit gezez. filij iahaddai regaz q ioathan q gesan q phalech q epha q saaph. Concubina caleph maacha peperit saber q tharana. Genuit autem saaph pater madmena sue patrem machbena: q patrẽ gabbaa. Filia vo caleph fuit achsa Hij erant filij caleph filij ur primogeniti ephrata: sobal pater cariathiarim. salma pater betleem. ariph pater bethgater. Fueꝛt autẽ filij sobal pr̃is cariathiarim.

qui diuidebat dimidiũ requietionũ: et de ꝓgtione cariathiarĩ. iethrei:et aphuthei et semathei et maserei. Ex hijs egressi sũt saraitæ ꝛ esthaholitæ. Filij salma.pr̃is bet leem ꝛ netophati corone dom⁹ ioab ꝛ di midiũ reqetõnis sarai. Cognatões q̃ scri bæ habitãtiũ in iabes canẽtes atq; reso nãtes ꝛ ĩ tabnacul' ꝓmorãtes. Hij sũt cinei qui venerũt de calore pr̃is domus rechab.

¶ Capitulum . .III.

Quid vero hos habuit filios qui ei nati sũt in hebron. Primogeni tum ammon:ex achinoen israheli tidæ. secũdũ daniel de abigail carmelitidæ. tærciũ absalon filium maacha filie tholo mei regis iessur. q̃rtũ adoniã filiũ agith. q̃ntũ saphaciã ex abital. sextũ ietrabaz ỏ egla vxore sua. Sex g̃ nati sũt ei in hebrõ vbi reg̃uit septẽ ãnis ꝛ sex mẽsibo . Trigĩ ta aũ ꝛ tribo ãnis reg̃uit ĩ hierl'm. Porro ĩ hierl'm nati sunt ei filij. samaa ꝛ sobab. ꝛ nathan ꝛ salomon q̃tuor de bersabee fi lia amihel. Jabaar q̃z ꝛ helisama ꝛ elipha lech et noge et naphег et iaphie necnõ eli sama ꝛ eliade ꝛ eliphaleg nouẽ. Oẽs hij fi lij dauid absq; filijs ꝓcubinaꝝ:habueꝛtq; sororẽ thamar. Filiꝰ aũ salomõis roboã: cuiꝰ abia filius genuit asa. De hoc q̃z na tus est iosaphat pater ioraz:qui ioraz ge nuit ochoziaz:ex q̃ ortus est ioas: ꝛ huiꝰ amasias filius genuit azariaz . Porro a zarie filius ioathan ꝓcreauit achaz pr̃es ezechie de q̃ natus est manasses:sed ꝛ ma nasses genuit ammon pr̃em iosie. Filij aũ iosie fuerũt:pr̃ogenitus iohannan. secũ dus ioachim. tercius sedechias. q̃rtus sel lum . De ioachim natus est iechonias et sedechias. Filij iechonie fuerũt asir q̃ sal athiel. melchirã. phadaia. sennasar ꝛ ieth zenia. sama et nadabia . De phadaia orti sunt zorobabel et semmei. Zorobabel ge nuit mosollã. ananiam ꝛ salomith. sororẽ eoꝝ:asabaz q̃z ꝛ iochol ꝛ barachiã ꝛ aza diam. iosabeseth quinq;. Filius aũt ana nie phaltias pater hieseie:cuiꝰ filius ra phaia. Huiꝰ quoq; filius arnon de quo na tus est abdia:cuius filius fuit sechemas. Filius sechemie. semeia:cuiꝰ filij archtus et iegaal et baaria et naaria et saphat et sesa sex numero. Filius naarie:elioenai ꝛ ezechias et ezricaz tres. Filij elioenai od uia ꝛ heliasub et pheleia ꝛ accub ꝛ iohan nan et dalaia ꝛ anan septem.

¶ Capitulum . .IIII.

Filij iuda. phares. esrõ ꝛ charmi et hur ꝛ subal. Rabia vero filius su bal genuit geth de quo nati sunt achumai ꝛ laad. Hee ꝓgnationes sarathi. Jsta q̃z stirps ethaz : iesrahel ꝛ iesema et iedebos. Nomẽ q̃z sororis eoꝝ asalel phu ni. Phuniel aũt pater gedor et eser pater osa. Jsti sunt filij hur:primogeniti ephra ta patris bethleez. Assur vero patris the cue erant due vxores alaa ꝛ naara. Pepit aũt ei naara oozã ꝛ epher ꝛ themmani et aastari. Jsti sunt filij naara. Porro filij a ala. sereth. ÿasaar ꝛ ethnã. Ch⁹ aũ genuit anob ꝛ soboba ꝛ ꝓgnationem abarel filij arim. Fuit autẽ iabes inclit⁹ pre fratribo suis . et mater eius vocauit nomen illius iabes dicẽs:q; pepi eũ in dolore. Jnuoca uit g̃ iabes deũ isrl' dicẽs. Si bñdicens be nedixeris mihi: et dilataueris terminos meos:ꝛ fuerit manus tua mecũ:ꝛ feceris me a malicia ñ oppimi. Et p̃stitit ei de⁹ q̃ p̃catus est. Caleph autez frater sua genuit machir:qui fuit pr̃ esthon. Porro esthon genuit betharapha ꝛ phesse ꝛ thena pr̃ez vrbis naas. Hij sunt viri recha. Filij autẽ cenez:othoniel ꝛ saraia. Porro filij otho niel:athat ꝛ maonathi. Maonathi genuit ophra. Saraias aũ genuit ioab pr̃ez vall' artificũ. Jbi q̃ppe artifices erãt. Filij vero caleph filij iephone:hir ꝛ hela ꝛ nabẽ. Fi lij q̃z hela cenez. filij q̃z ialelelliph ꝛ zipha thiria ꝛ asrahel. Et filij ezra: iether ꝛ me reth ꝛ opher ꝛ iabalon. Genuitq; mariaz et sammai ꝛ iesba patrem esthamo. Vxor quoq; eius indaia peperit iareth patrem gedor ꝛ heber patrem socho ꝛ ichutiel pa trem ianon. Hij autem filij bithie filie pha raonis quã accepit mered:et filij vxoris odaitæ sororis nathã patris ceila . garmi ꝛ esthamo qui fuit ỏ machati. Filij quoq; symon. ammon et rimma filius anan et thilon:et filij iesi zoeth et benzoeth. Filij sela filij iude : her pater lecha:et laiada pater maresa : et cognationes domus eiꝰ operantiuz bissum in domo iuramen ti . Etiam qui stare fecit solem . Viriq;

mendacij ⁊ securus ⁊ incedens: qui prin-
cipes fuerũt in moab:⁊ que reuerse sunt
in lehẽ. Hec aũt verba vetera. Hij sunt fi-
guli habitãtes in plãtationibꝫ ⁊ in sepibꝫ
apꝺ regẽ in opibꝫ eius:ꝑmoratiqꝫ sũt ibi.
Filij sym̃eon:namuel ⁊ iamin iarib. zara
saul Bellũ filiꝰ eiꝰ:mabsã filiꝰ eiꝰ. masma
filiꝰ eiꝰ. Filij masma:amubel filiꝰ eiꝰ:za-
chur filiꝰ eiꝰ. sẽmei filiꝰ eius. Filij semmei
sedecĩ:⁊ filie sex. Frẽs aũt eiꝰ ñ habuerũt
filios multos:⁊ vniuersa ꝯgnacio nõ po-
tuit adeq̃re sũmã filiorꝫ iuda. Habitauerũt
aũ in bersabee ⁊ molada ⁊ hasarsual ⁊ in
ballaa. ⁊ in asom ⁊ in tholad ⁊ in bathuel
⁊ in orma ⁊ ĩ sicelleg ⁊ in betmarchaboth
⁊ in asarsasusim ⁊ ĩ bethberai ⁊ in saarim
Hec ciuitates eorꝫ vsqꝫ ad regẽ dauid:vil-
leqꝫ earꝫ ethã ⁊ aen rẽmõ ⁊ thocen ⁊ asan
ciuitates q̃nqꝫ:⁊ vniuersi viculi eorꝫ ꝑ cir
cuitũ ciuitatũ istarꝫ vsqꝫ ad baal. Hec est
habitatio eorꝫ:⁊ sediũ distributio. Moso-
bab q̃ꝫ ⁊ iemlech ⁊ iosa filiꝰ amasie ⁊ iobel
⁊ iehu filiꝰ iosabie filij saraie filij asibel. e-
lioenai ⁊ iacoba ⁊ isuaia ⁊ asaia ⁊ adibel
⁊ isimibel ⁊ banaia ziza q̃ꝫ filiꝰ sephei. fi-
lij allon. filij idaia. filij semri. filij samaia.
Isti sũt noĩati prĩcipes in ꝯgtionibꝫ suis
⁊ ĩ domo affinitatũ suarꝫ mltiplicati sũt
vehemẽter. Et ꝓfecti sũt vt ĩgrederenꝫ in
gador vsqꝫ in orientẽ vall:⁊ vt q̃rerẽt pa-
scua gregibꝫ suis. Inueneꝛtqꝫ pascuas v-
beres ⁊ valde bonas ⁊ terrã latissimã ⁊ q̃-
etã ⁊ fertilẽ ĩ q̃ añ hĩtauerãt ꝺ stirpe chã.
Hij q̃ veneꝛt q̃s supꝫ descripsim⁹ noĩatim
in diebꝫ ezechie regis iuda:⁊ ꝓcusseꝛt tab
nacl'a eorꝫ ⁊ hĩtatores q̃ inuẽti fuerãt ibi.
⁊ deleuerũt eos vsqꝫ ad pñtẽ diẽ:hĩtaueꝛt
qꝫ ꝑ eis q̃niã vbrimas pascuas ibidẽ reꝑe
rerũt. De filijs q̃ꝫ simeõ abieꝛt in montẽ
seir viri q̃ngẽti. hñtes prĩcipes phaltiã et
naariã ⁊ raphaiã ⁊ ozibel filiꝰ iesi: ⁊ ꝓcus
seꝛt reliq̃as q̃ euadere ñ poterãt amelechi-
tarũ:⁊ hĩtaueꝛt ibi ꝑ eis vsqꝫ ad diẽ hãc.

¶ Capitulum. V.

Filij quoqꝫ ruben ꝑmogeniti isrl'.
ipse quippe fuit primogenitus eiꝰ
sed cũ violasset thorꝫ pris sui data
sunt ꝑmogenita eiꝰ filijs ioseph filij isrl':
et nõ est ille reputatꝰ in primogenitum.
Porro iudas qui erat fortissimus inter
fratres suos:de stirpe eius principes ger-
minati sũt. primogenita aũt reputata sũt
ioseph. Filij q̃ ruben ꝑmogeniti israbel:
enoch. phallu esrom ⁊ carmi. Filij iobel:
samaia filiꝰ eius:gog filius eius. semei fi
lius eius. micha filius eius. reebia filius
eiꝰ. baal filius eiꝰ. beera filiꝰ eiꝰ:quẽ ca-
ptiuũ duxit theglat phalasar rex assirioꝫ
et fuit princeps in tribu ruben. Fratres
autẽ eius ⁊ vniuersa ꝯgnatio eius. qñ nu-
merabanꝫ ꝑ familias suas habuerunt
prĩcipes iehibel ⁊ zachariam. Porro bala
filius azaz filij samma filij iobel:ipse ha-
bitauit in aroer vsqꝫ ad nebo ⁊ beelmeon
Conꝫ orientalẽ quoqꝫ plagam habitauit
vsqꝫ ad ĩtroitũ heremi ⁊ fluuiũ eufratẽ.
Multũ quippe iumentorꝫ numerũ possíde-
bant in terra galaad. In diebꝫ autẽ saul
preliati sunt ꝯtra agarenos ⁊ interfeceꝛt
illos: habitauerũtqꝫ ꝓ eis in tabnacul'
eorꝫ in omni plaga que respicit ad orien-
tem galaad. Filij vero gad e regione eorꝫ
habitauerunt in terra basan vsqꝫ selcha:
iobel in capite. vt saphan scꝰus. ianai aũt
et saphat in basan. Fratres vero eorꝫ ꝑm
domus cognationũ suarꝫ: michael ⁊ mo-
sollam ⁊ sebe ⁊ iore ⁊ iachã ⁊ zie ⁊ heber se
ptẽ. Hij filij abiahil:filij vri filij iaro filij
galaad. filij michael filij iesei. filij geddo fi
lij buz. Fratres q̃ꝫ filij abdihel filij guni
principes domus in familijs suis: ⁊ habi-
tauerunt in galaad ⁊ in basan ⁊ in vicu-
lis eius: ⁊ in cunctis suburbanis saron
vsqꝫ ad terminos. Omnes hij numerati
sunt in diebꝫ ioathã regis iuda ⁊ in diebꝫ
hieroboã regis israbel filij ruben ⁊ gad et
dimidie tribꝫ manasse:viri bellatores scu
ta portantes ⁊ gladios:⁊ tẽdentes arcum
eruditiqꝫ ad prelia q̃dragintaq̃tuor milia
⁊ septingẽti sexagĩta ꝓcedẽtes ad pugnã
Dimicauerũt ꝑ agarenos. ithurei ꝺo ⁊
naphei ⁊ nodab ꝑbuerũt eis auxiliũ. Tra
ditiqꝫ sũt ĩ manꝰ eorꝫ agareni ⁊ vniuersi q̃
fuerãt cũ eis:qꝝ deũ ĩuocaueꝛt cũ ꝓliarẽt
et exaudiuit eos eoq̃ credidissent in eũ.
Ceperũtqꝫ oĩa q̃ possederãt camelorꝫ quĩ-
quagĩta milia:⁊ ouiũ ducẽta quinq̃gĩta
milia. asinos duo milia. ⁊ aĩas hoĩm cen-
tũ milia. Illnerati aũ mlti corꝛueꝛt. Fuit
enĩ bellũ dñi. Habitaueꝛtqꝫ ꝑ eis vsqꝫ ad
transmigcionẽ. Filij quoqꝫ dimidie tribꝫ

manasse possederunt terraz a finibꝫ basan vsqꝫ baal hermon et sanir et montẽ hermon. Ingẽs q̃pe nũer⁹ erat. Et hĳ fuerãt p̃ncipes dom⁹ ꝓgnationũ eoꝝ: efer iesi ⁊ helibel. esribel ⁊ hieremia ⁊ odoia ⁊ iedihel viri fortissimi ⁊ potẽtes: ⁊ noĩati duces ĩ familĳs suis. Reliq̃runt aũt deũ p̃m suoꝝ ⁊ fornicati sũt p⁹ deos pl'oꝝ terre: q̃s abstulit dñs corã eis: ⁊ suscitauit dñs isr'l spũm phul regis assirioꝝ et spũm teglat phalasar r̃gis assur ⁊ t̃nstulit ruben et gad ⁊ dimidiã tribũ manasse ⁊ adduxit eos in ale et in abor et aam ⁊ fluuiũ goza vsqꝫ ad diem hanc.

Capi. VI.

Filĳ leui. gerson caath et merari. Filĳ caath. amrã ysaar hebrõ et ozibel. Filĳ amrã: aaron moyses et maria. Filĳ aaron. nadab ⁊ abiu eleazar ⁊ ythamar. Eleazar genuit finees ⁊ finees genuit abisue. Abisue vero genuit bocci ⁊ bocci genuit ozi. ozi genuit zaraiaz ⁊ saraias genuit meraioth. Porro meraioth genuit amariã: ⁊ amarias genuit achitob. achitob genuit sadoch: ⁊ sadoch genuit achimaas. Achimaas genuit azariã. azarias genuit iohãnan: iohãnan genuit azariã. Ipe est q̃ sacerdocio fũct⁹ est ĩ domo quã edificauit salomõ in hier'lm. Genuit aũ azarias amariã: ⁊ amarias genuit achitob. Achitob genuit sadoch: ⁊ sadoch genuit sellũ. Sellũ genuit helchiã ⁊ helchias genuit azariaz. Azarias genuit azariaz. azaraias genuit iosedech. Porro iosedech egressus ẽ q̃n t̃nstulit dñs iudã ⁊ hier'lm p manꝰ nabuchodonosor. Filĳ g̃ leui gerson caath ⁊ merari. Et hec noĩa filioꝝ gerson: lobni. semei. Filĳ caath. amram ⁊ ysaar ⁊ hebrõ ⁊ ozibel. Filĳ merari mooli ⁊ musi. Hee aũ ꝓgtiões leui ꝑm familias eoꝝ. Gerson. lobni filĳ eius. iaath filĳ⁹ eius. zãma filĳ⁹ ei⁹. ioaa filĳ⁹ ei⁹. addo filĳ⁹ ei⁹. zara filĳ⁹ ei⁹: iethraz filĳ⁹ ei⁹. Filĳ caath. amminadab filĳ⁹ eius. chore filĳ⁹ eius. asir filĳ⁹ eius. helcana filĳ⁹ eius abiasaph filĳ⁹ eius. asir filĳ⁹ ei⁹. caath filius ei⁹. uriel filĳ⁹ ei⁹. ozas filĳ⁹ ei⁹. saul filĳ⁹ ei⁹. Filĳ helcana. amasai ⁊ achimoth ⁊ helcana. Filĳ helcana. sophai filĳ⁹ eius. naath filĳ⁹ ei⁹. heliab filĳ⁹ ei⁹. hieroboaz filĳ⁹ ei⁹. helcana filĳ⁹ ei⁹. Filĳ samuel primogeĩt⁹ vassni ⁊ abia. Filĳ aũt merari. mooli. lobni filĳ⁹ eius. semei filĳ⁹ ei⁹. oza filĳ⁹ ei⁹. samaa filĳ⁹ ei⁹. aggia filĳ⁹ ei⁹. asaia filĳ⁹ eius. Isti sũt q̃s ꝓstituit dauid sup cãtores dom⁹ dñi ex q̃ collocata est archa ⁊ mĩstrabãt corã tabnaculo testimonĳ canẽtes donec edificaret salomõ domũ dñi in hierusalẽ. Stabãt aũ iuxta ordinẽ suũ in mĩsterio. Hĳ do sũt qui assistebãt cũ filĳs suis ꝺ filĳs caath: hemã cãtor filĳ⁹ iobel. filĳ samuel filĳ helcana filĳ hieroaz filĳ helibel filĳ thou filĳ suph filĳ helcana. filĳ iobel filĳ maath filĳ amasai filĳ helcana filĳ iobel filĳ azarie filĳ sophonie filĳ thaath filĳ asir filĳ abiasaph filĳ core filĳ ysaar filĳ caath filĳ leui. filĳ isr'l: ⁊ fr̃ ei⁹ asaph q̃ stabat a dextris ei⁹: asaph filĳ⁹ barachie. filĳ samaa. filĳ michael. filĳ basaie filĳ melchie. filĳ athai. filĳ zara filĳ adaia. filĳ ethan filĳ samma filĳ semei filĳ ieth filĳ gersõ filĳ leui. Filĳ aũ merari fratres eoꝝ ad sinistrã: ethan filĳ chusi. filĳ abdi. filĳ maloth filĳ asabie filĳ amasie filĳ helchie filĳ amasai. filĳ bonni. filĳ somer filĳ mooli. filĳ musi filĳ merari filĳ leui. Fres q̃z eoꝝ leuite q̃ ordĩati sũt ĩ cunctũ mĩsteriũ tabnaculi dom⁹ dñi. Aaron vero ⁊ filĳ ei⁹ adolebãt incẽsũ sup altare olocausti ⁊ sup altare thimiamatis. in oẽ opus scti sctoꝝ: ⁊ vt p̃carent̃ p isr'l iuxta oĩa q̃ p̃cepat moyses seruus dei. Hĳ sũt aũt filĳ aaron. Eleazar filĳ⁹ ei⁹. finees filius ei⁹. abisue filĳ⁹ ei⁹. bocci filĳ⁹ ei⁹. ozi filĳ⁹ ei⁹. zaraia filĳ⁹ ei⁹. meraioth filĳ⁹ ei⁹. amaria filĳ⁹ ei⁹. achitob filĳ⁹ ei⁹. sadoch filius ei⁹. achimaas filĳ⁹ ei⁹. Et hec bĩtacl'a eoꝝ p vicos atq̃ ꝑfinia filioꝝ scz aaron iuxta ꝓgtiones caathitaꝝ. Ipſ enĩ sorte ꝓtigerãt: dederũt igr̃ eis hebron ĩ terra iuda et suburbana ei⁹ p circuitũ: agros aũ ciuitatis ⁊ villas caleph filĳ iephone. Porro filĳs aaron dederũt ciuitates ad ꝓfugiẽdũ hebrõ ⁊ lobna ⁊ suburbana ei⁹: ỹether q̃z ⁊ esthemo cũ suburbanis suis. sz ⁊ helon ⁊ dabir cũ suburbãis suis: asan q̃z ⁊ bethsemes ⁊ suburbana eaꝝ. De tribu aũt beniamin gabee ⁊ suburbana eius: ⁊ almath cum suburbanis suis: anathot q̃z cũ suburbanis suis. Omnes ciuitates tredecim cũ suburbanis suis: per ꝓgnationes suas. Filĳs aũ caath residuis de ꝓgtõne sua dedert ex dimidia tribu manasse ĩ possessiõz

vrbes decē. Porro filijs gerſon p ꝯgnatōnes ſuas de tribu yſachar ⁊ de tribu aſer ⁊ de tribu neptalim ⁊ de tribu manaſſe in baſan vrbes q̄tuordecim. Filijs aūt merari p ꝯgtiões ſuas de tribu ruben ⁊ de tribu gad ⁊ de tribu zabulon. dederūt ſorte ciuitates duodecim. Dederūt q̄z filij iſrl̄ leuiticis ciuitates ⁊ ſuburbana ea p̄. Dederūt q̄z p ſortē ex tribu filioꝝ iuda. ⁊ ex tribu filioꝝ ſymeō. ⁊ ex tribu filioꝝ beniamin vrbes has q̄s vocauerūt nois ſuis: ⁊ hijs qui erāt ex ꝯgtiõe filioꝝ caath. Fecerūtq̄ ciuitates in termīs eoꝝ de tribu ephraī Dederūt ꝯ eis vrbes ad ꝓfugiēdū ſichē cū ſuburbanis ſuis ī mōtē ephraī ⁊ gazer cū ſuburbanis ſuis. biemaann q̄z cū ſuburbanis ſuis. ⁊ bethorō ſil̄: necnō de tribu dan elezethegebethor ⁊ beylon ⁊ helon cū ſuburbanis ſuis ⁊ gethrēmon in eūdē modū. Porro ex dimidia tribu manaſſe aner ⁊ ſuburbana eiꝰ. balaā ⁊ ſuburbana eius: hijs videlicet qui de ꝯgnatõe filioꝝ caath reliqui erāt. Filijs aūt gerſō de ꝯgnatione dimidie tribu manaſſe gaulon in baſan ⁊ ſuburbana eiꝰ: ⁊ aſtaroth cū ſuburbanis ſuis. De tribu yſachar. cedes cū ſuburbanis ſuis. ⁊ daberith cū ſuburbanis ſuis: ramoth q̄z ⁊ ſuburbana eiꝰ. ⁊ anē cū ſuburbanis ſuis. De tribu vo aſer maſal cū ſuburbanis ſuis. ⁊ abdon ſil̄: aſach q̄z ⁊ ſuburbana eiꝰ: roob cū ſuburbanis ſuis. Porro de tribu neptalim cedes ī galilea ⁊ ſuburbana eiꝰ: ammō cū ſuburbaīs ſuis: ⁊ cariathiarim ⁊ ſuburbana eiꝰ. Filijs aūt merari reſiduis. de tribu zabulō. rēmono ⁊ ſuburbana eiꝰ: ⁊ thabor cū ſuburbanis ſuis. Trās iordanē q̄z ex aduerſo hiericho p̄ orientē iordanis de tribu rubē boſor ī ſolitudinē cū ſuburbanis ſuis: ⁊ iaſſa cū ſuburbanis ſuis: cademoth q̄z ⁊ ſuburbana eiꝰ: ⁊ miphaat cū ſuburbaīs ſuis. Necnō ⁊ ō tribu gad. ramoth ī galaath ⁊ ſuburbana eius: ⁊ manaim cum ſuburbanis ſuis: ſed ⁊ eſebon cum ſuburbanis ſuis. ⁊ iezer cum ſuburbanis ſuis.

Capitulum. VII.

Porro filij yſachar: thola ⁊ phua. iaſub ⁊ ſamerō q̄tuor. Filij thola ozi ⁊ raphaia ⁊ ierihel ⁊ iemai ⁊ iepſez ⁊ ſamuel p̄ncipes p dom' cogtionū ſuaꝝ: De ſtirpe thola viri fortiſſimi nūerati ſunt in diebꝫ dauid: vigītiduo milia ſexcēti. Filij ozi: ieſraia de q̄ nati ſūt michael ⁊ obadia ⁊ iohel ⁊ ioſia q̄nq̄ oēs p̄ncipes: cū eis p familias ⁊ p̄l'os ſuos accincti ad plīū viri fortiſſimi: trigītaſex milia Ml'tas enī habueſt vxores ⁊ filios. Frēs q̄z eoꝝ p omnē ꝯgnatōez iſachar robuſtiſſimi ad pugndū: octogītaſeptē milia nūerati ſūt. Filij beniamin: bale ⁊ bochor ⁊ iadihel tres. Filij bale: eſbō ⁊ ozi ⁊ ozihel ⁊ ierimoth ⁊ vrai q̄nq̄: p̄ncipes familiaꝝ ⁊ ad pugndū robuſtiſſimi. Nūerꝰ aūt eoꝝ vigītiduo milia ⁊ trigītaq̄tuor. Porro filij bochor zamira ⁊ ioas ⁊ eliezer ⁊ helioenai. ⁊ amri ⁊ ierimoth ⁊ abia ⁊ anathot. ⁊ almathā. Oēs hij filij bechor. Nūerati ſūt aūt p familias ſuas p̄ncipes ꝯgnatōnū ſuaꝝ ad bella fortiſſimi vigīti milia ⁊ ducēti. Porro filij iadihel balā. Filij aūt balā: iheus ⁊ beniamin ⁊ ahoth ⁊ chanana. ⁊ iothā ⁊ tharſ ⁊ thaiſaar. oēs hij filij iadihel p̄ncipes ꝯgtōnū ſuaꝝ viri fortiſſimi: decē ⁊ ſeptē milia ⁊ ducēti ad plīū pcedētes: ſephā q̄z ⁊ haphā filij hir ⁊ aſim filij aſer. Filij aūt neptalī iaſihel ⁊ guni ⁊ aſer ⁊ ſellū filij bale. Porro filij manaſſe eſrihel. cū cubīaq̄ eiꝰ ſira pepit machir p̄ez galaad Machir aūt accepit vxorē filijs ſuis haphī ⁊ ſephā: ⁊ hūit ſororē noīe maacha. Nomē aūt ſcōi filij ſalphaath. Natiq̄ ſūt ſalphaath filie ⁊ pepit maacha vxor machir filiū vocauitq̄ nomē eiꝰ phares. Porro nomē frīs eiꝰ ſares: ⁊ filij eiꝰ vlā ⁊ rehē. Filiꝰ aūt vlā baldā. Hij ſūt filij galaad filij machir: filij manaſſe Sororꝰ aūt eiꝰ regīa pepit vir decoꝝ ⁊ abiezer ⁊ moola. erāt aūt filij ſemida ahin ⁊ ſichē ⁊ liei ⁊ amaz. Filij aūt ephraī ſuthala. bareth filiꝰ eiꝰ. thaath filiꝰ eiꝰ elada filiꝰ eiꝰ. thaath filiꝰ eiꝰ ⁊ huiꝰ filiꝰ zabab. ⁊ huiꝰ filiꝰ ſuthala ⁊ huiꝰ filiꝰ ezer ⁊ elad. Occidēſt aūt eos viri geth indigne: q̄r deſcēderāt vt inuaderēt poſſeſſiões eoꝝ Luxit igr̄ ephraī p̄ eoꝝ ml'tis diebꝫ. ⁊ venēſt frēs eiꝰ vt ꝯſolarentr̄ eū. Ingreſſuſq̄ ē ad vxorē ſuā: q̄ cepit ⁊ pepit filiū ⁊ vocauit nomē eiꝰ bereia: eoq̄ in mal' domꝰ eiꝰ ortus eēt filia aūt eiꝰ fuit ſara q̄ edificauit bethorō inferiorē ⁊ ſuperiorē ⁊ ozenzara Porro filiꝰ eiꝰ rapha ⁊ reſeph ⁊ thale de q̄ natꝰ ē thaā q̄ genuit laadā. Huiꝰ q̄z filiꝰ āmiud q̄ genuit eliſama ō q̄ ortꝰ ē nun. q̄

habuit filiũ ioſue. Poſſeſſio aũ eoꝝ ⁊ hĩta cõ bethel cũ filiabꝫ ſuis: ⁊ ꝓ̃ orĩẽtẽ norã: ad occidẽtalẽ plagã gazer ⁊ filie eiꝰ: ſichẽ q̃ꝫ cũ filiabꝫ ſuis atqꝫ aſa cũ filiabꝫ eiꝰ: iuxta filios q̃ꝫ manaſſe bethſan ⁊ filias eiꝰ: thanat ⁊ filias eiꝰ mageddo ⁊ filias eiꝰ doꝝ ⁊ filias eiꝰ. In hijs hĩtauerũt filij ioſeph: filij iſrl̃. Filij aſer: iemna ⁊ ieſua ⁊ ieſui. et baria ⁊ ſara ſoꝝ eoꝝ. Filij aũ baria heb ⁊ melchiel: ipe ẽ pr̃ barſaith. Heber aũ genuit iephiat ⁊ ſomer ⁊ iothã ⁊ ſuaa. ſororẽ eoꝝ. Filij iephiat ſophech ⁊ chamaal ⁊ aſoph. Hij filij iephiat. Porro filij ſomer: ahi ⁊ roaga ⁊ iaba ⁊ arã. Filij aũ helẽ fratris eiꝰ: ſupha ⁊ iemna ⁊ ſelles ⁊ amal. Filij ſupha: ſiue aruaphed. ⁊ ſual ⁊ beri ⁊ iãra boſoꝝ ⁊ odoꝝ ⁊ ſãma ⁊ ſaluſa ⁊ iethran ⁊ bera. Filij iether: iephone et phaſpha et ara. Filij aũ ollaa: areth ⁊ auibel et reſia. Omnes hij filij aſer: pncipes cogtionũ electi atqꝫ fortiſſimi duces ducũ. Numeꝰ aũ eoꝝ etatis q̃ apta eſſet ad bellum: viginti ſex milium.

Capitulũ. VIII.

Liber esdre prophete secundus. filij sarei. filij azarei. filij elchie. filij sadanie. filij sadoch. filij achitob. filij achie. filij phinees. filij heli. filij amerie. filij asiei. filij marimoth. filij arna. filij ozie. filij borith. filij abissei. filij phinees. filij eleazar. filij aaron ex tribu leui: qui fuit captiuus in regione medorum in regno artarxersis regis persarum. Et factum est verbum domini ad me dicens. Vade et nuncia populo meo facinora ipsorum et filijs eorum iniquitates quas in me admiserunt: vt nuncient filijs filiorum quia peccata parentū ipsorum in illis creuerunt. Oblitī em̄ mei sacrificauerunt dijs alienis. Nonne ego eduxi eos de terra egipti: de domo seruitutis? Ipsi autem irritauerunt me: ⁊ consilia mea spreuerunt. Tu autez excute comam capitis tui: et proice omnia mala super illos: quoniam non obedierunt legi mee. Populus autem est indisciplinat⁹. Vsqzquo eos sustinebo quibꝰ tanta beneficia contuli? Reges multos propter eos subuerti: pharaonem cum pueris suis et omnem exercitum eius percussi. Omnes gentes a facie eorum perdidi: et in oriente prouinciaꝫ duarum populos Tyri et sydonis dissipaui: et omnes aduersarios eoruz interfeci. Tu vero loquere ad eos dicens. Hec dicit dominus. Nempe ergo vos per mare transmeaui: et plateas vobis inicio munitas exhibui. Ducē vobis dedi moysē et aaron sacerdotem: lucem vobis per columnam ignis prestiti: et magna mirabilia feci in vobis. Vos autem mei oblitī estis dicit domin⁹. Hec dicit dominus omnipotens. Coturnix vobis in signo fuit: castra vobis ad tutelam dedi et illic murmurastis: et non triumphastis in nomine meo de perditione inimicorum vestroꝫ: sed adhucnuncusqꝫ murmurastis. Vbi sūt beneficia que prestiti vobis? Nonne in deserto cum esuiretis proclamastis ad me dicentes: vt quid nos in desertum istud adduxisti interficere nos? Melius nobis fuerat seruire egiptijs: q̄ mori in deserto hoc. Ego dolui gemitus vestros: et dedi vobis manna in escaz. Panem angelorum manducastis. Nonne cum sitiretis petram excidi: et fluxerunt aque in saturitate? Propter estus folijs arborum vos texi. Diuisi vobis terras pingues: chananeos et phereseos ⁊ philistinos a facie vestra proieci. Quid faciaz vobis adhuc dicit dominus. Hec dicit dominus omnipotens. In deserto cum essetis in flumine amorreo scientes et blasphemantes nomen meum: non ignez vobis pro blasphemijs dedi: sed mittens lignum in aquam dulce feci flumen. Quid tibi faciam iacob? Noluisti obedire iuda. Transferam me ad alias gentes: et dabo eis nomen meuz: vt custodiant legitima mea. Quoniaz me dereliqstis: et ego vos derelinquam. Petentibus vobis a me misericordiaz non miserebor: quando invocabitis me ego non exaudiaz vos. Maculastis enim manus vestras sanguine: et pedes vestri impigri sunt ad cōmittenda homicidia. Non quasi me dereliqstis: sed vosipsos dicit dominus. Hec dicit domin⁹ omnipotens. Nōne ego vos rogaui vt pater filios et vt mater filias et vt nutrix paruulos suos: vt essetis mihi in populum et ego vobis in deum. et vos mihi in filios. ⁊ ego vobis in patrem? Ita vos collegi. vt gallina pullos suos sub alas suas. Modo autem quid faciam vobis? Proiciam vos a facie mea. Oblationem cum mihi attuleritis auertam faciem meaz a vobis. Dies enim festos vestros et neomenia et circūcisiones repudiaui. Ego misi pueros meos prophetas ad vos: quos acceptos interfecistis: et laniastis corpora eorū: quorum sanguinem exquiram dicit domin⁹. Hec dicit dominus omnipotens. Domus vestra deserta est. Proiciam vos sicut ventus stipulam: et filij procreationem non facient: quoniaz mandatum meum neglexerunt. et quod malum est coram me fecerunt. Tradam domus vestras populo venienti qui me non audientes credunt: q̄bus signa non ostendi facient que precepi. Prophetas non viderunt: et memorabunt

iniqtatum eorum. Testor populi venientis gratiam: cuius paruuli exultant cum letitia me nō videntes oculis carnalibus: sed spiritu credentes que dixi. Et nunc frater aspice que gloria: et vide populum venientem ab oriente: quibus dabo ducatum abraham. ysaac 7 iacob et osee 7 amos et michee et iohel et abdie et ione 7 naum et abacuc. sophonie. aggei. zacharie et malachim qui et angelus domini vocatus est.

Capitulum .II.

Hec dicit dominus. Ego eduxi populum istum de seruitute: quibus mandata dedi per pueros meos pphetas quos audire noluerunt: sed irrita fecerunt mea consilia. Mater que eos genauit dicit illis. Ite filij: quia ego vidua sum et derelicta. Educaui vos cum letitia. et amisi vos cum luctu et tristitia. Quoniam peccastis coram domino deo vestro: et quod malum est coram eo fecistis. Modo autem quid faciaz vobis? Ego vidua sum 7 derelicta. Ite filij: 7 petite a domino misericordiam. Ego autem te pater testem inuoco super matrem filiorum qui noluerūt testamentum meum seruare: vt des eis cōfusionem et matrem eorum in direptōem: ne generatio eorum fiat. Dispergantur in gentes nomina eorum: deleantur a terra. quoniaz spreuerunt sacramentum meum. Ue tibi assur: qui abscōdis iniquos penes te. Gens mala memorare quid fecerim zodome 7 gomorre: quorum terra iacet in piceis glebis et aggeribus cinerum. Sic dabo eos qui me non audierunt: dicit dominus omnipotens. Hec dicit dominus ad esdram. Nuncia populo meo: quoniaz dabo eis regnum hierusalem quod daturus eram israhel. Et sumam mihi gloriam illorum: et dabo eis tabernacula eterna que preparaueram illis. Lignum vite erit illis in odore vngenti: et non laborabunt neq fatigabuntur. Ite: et accipietis. Rogate vobis dies paucos. vt immorentur. Iam paratum est vobis regnum. Uigilate. Testare celum et terram. Contriui enim malum et creaui bonum: quia viuo ego dicit dominus. Mater amplectere filios tuos: educ illos cuz leticia. Sicut columba confirma pedes eorum. quoniam te elegi dicit dominus. Et resuscitabo mortuos de locis suis: et de monumentis educaz illos: quoniaz cognoui nomen meum in israhel. Noli timere mater filiorum: quoniam te elegi dicit dominus. Mittam tibi adiutoriū pueros meos ysaiam 7 hieremiaz: ad quorum consilium sanctificaui et parauī tibi arbores duodecim: grauatas varijs fructibus. et totidem fontes fluentes lac et mel: et montes immensos septem habentes rosaz et lilium: in quibus gaudio implebo filios tuos. Uiduā iustifica: pupillo iudica. egenti da. orphanū tuere. nudū vesti: confractū 7 debilez cura. claudū irridere noli: tutare mancū: et cecū ad visionez claritatis mee admitte. Senē 7 iuuenez inē muros tuos serua: mortuos vbi inueneris signans ꝓmēda sepulchro: 7 dabo tibi prīaz cessionē in resurrectōe mea. Pausa 7 qesce ꝓlus meus: quia veniet reqes tua. Nutrix bona nutri filios tuos: ꝓfirma pedes eorꝫ. Seruos quos tibi dedi: nemo ex eis īterit. Ego em̄ eos requiram de numero tuo. Noli fatigari. Cū em̄ venerit dies pressure et angustie alij plorabunt et tristes erūt: tu aī hilaris 7 copiosa eris. Uelabūt gentes: 7 nil aduersus te poterunt: dicit dns. Man? mee tegent te: ne filij tui gehennam videant. Jocundare mater cū filijs tuis: quia ego te eripiam dicit dns. Filios tuos dormientes memorare: quoniam ego eos educam de lateribus terre 7 misericordiaz cū illis faciaz: qm̄ misericors sum dicit domin? omnipotens. Amplectere natos tuos vsqꝫdū venio et prestem illis misc̄iam: qm̄ exuberant fontes mei: et gratia mea n̄ deficiet. Ego esdras preceptuz accepi a domino in monte oreb: vt irez ad israhel. Ad quos cū venirem reprobauerunt me: et respuerunt mandatuz dn̄i. Ideoqꝫ vobis dico gentes: q̄ auditis 7 ītelligitis. Expectate pastorē vestr̄: requiē eternitatis dabit vobis: quoniā in proximo est ille qui in fine seculi adueniet. Parati estote ad p̄mia regni: quia lux perpetua lucebit vobis. p eternitatē temporis. Fugite umbraz seculi hui?. Accipite iocūditatē glorie vre. Ego testor palaz saluatorem meū: comendatuz

donum accipite et iocundamini: gracias agentes ei qui vos ad celestia regna vocauit. Surgite et state: et videte numerum signatorum in conuiuio domini. Qui se de vmbra seculi transtulerũt: splendidas tunicas a dño acceperunt. Recipe syon numerum tuũ: et conclude candidatos tuos qui legez domini compleuerunt. Filiorum tuorum quos optabas plenus est numerus. Roga imperiũ domini: vt sanctificetur populus tuus qui vocatus est ab inicio. Ego esdras vidi in monte syon turbam magnã quam numerare non potui: et omnes canticis collaudabant dominum. Et in medio eorum erat iuuenis statura celsus. eminentior omnibus illis: et singulis capitibus eorum ponebat coronas: et magis exaltabatur. Ego autẽ miraculo tenebar. Tunc interrogaui angelum: et dixi. Qui sunt hij domine? Qui respondens dixit mihi. Hij sunt qui mortalem tunicam deposuerunt: et immortalem sumpserunt: et confessi sũt nomen dei. Modo coronantur et accipiũt palmas. Et dixi angelo. Ille iuuenis quis est qui eis coronas imponit: et palmas in manus tradit? Et respondens dixit mihi. Ipse est filius dei: quem in seculo confessi sunt. Ego autem magnificare eos cepi: qui fortiter pro nomine domini steterũt. Tunc dixit mihi angelus. Vade: annuntia populo meo qualia et quanta mirabilia domini dei vidisti.

Capitulum. .III.

Anno tricesimo ruine ciuitatis eram in babilone: et conturbatus sum super cubiculo meo recũbens. Et cogitationes mee ascendebant super cor meum: quoniam vidi desertiones syon: et abundancias eorum q̃ habitabant i babilone. Et ventilatus est spiritus meus valde. Et cepi loqui ad altissimũ verba timorata. et dixi. O dñator domine tu dixisti ab inicio quando plantasti terram et hoc solus: et iperasti populo et dedisti adam corpus mortuũ: sed et ipsum figmentũ manuũ tuarum erat. et in sufflasti in eũ spiritũ vite. et factus est viuens coram te: et induxisti eũ in paradiso quẽ plantauerat dextera tua. antequam terra aduentaret. Et huic mandasti dili gere viam tuam: et preteriuit eam: et statim instituisti in eum mortes et in nacionibus eius: et nate sunt gentes et tribus et populi et cognationes quarum non est numerus. Et ambulauit vnaquaq; gens in voluntate sua: et mira agebant coram te: et spernebant precepta tua. Iterum autem in tempore induxisti diluuiũ super ihabitantes seculum: et perdidisti eos. Et factũ est in vnoquoq; eorum sicut ade mori: sic hijs diluuiũ. Dereliquisti autem vnũ ex hijs noe cum domo sua: et ex eo iusti omnes. Et factum est cũ cepissent multiplicari q̃ habitabant super terram: et multiplicauerũt filios et populos et gentes multas: et ceperunt iterato impietatem facere plusq̃ priores. Et factũ est cũ iniquitatem facerent coram te: elegisti tibi virum ex hijs cui nomen erat abraham. Et dilexisti eũ: et demonstrasti ei soli voluntatẽ tuam. Et disposuisti ei testamentũ eternũ: et dixisti ei vt nonunq̃ derelinqueres semen ei?. Et dedisti ei ysaac: ysaac dedisti iacob. et esau. Et segregasti tibi iacob: esau aũt separasti. Et factus est iacob in multitudine magna. Et factũ est cum educeres semen eius ex egipto: adduxisti super montem syna. Et inclinasti celos et statuisti terram. et commouisti orbem. et tremere fecisti abissos. et conturbasti seculũ: et transijt gloria tua portas quatuor ignis et terremotus. et spiritus. et gelu. vt dares semini iacob legem: et generationi israel diligentiam. Et non abstuliste ab eis cor malignũ: vt faceret lex tua in eis fructũ. Cor enim malignũ baiulans primus adam transgressus et victus est: sed et omnes qui de eo nati sunt. Et facta est permanẽs infirmitas et lex cũ corde ꝓpli cũ malignitate radicis: et discessit quod bonũ est: et mansit malignũ. Et transierunt tempora et finiti sunt anni: et suscitasti tibi seruũ noie dauid: et dixisti ei edificare ciuitatem tuam in nois tui: et offerre ibi in eatem thus et oblatões. Et factũ est hoc annis multis: et dereliq̃rũt q̃ habitabãt ciuitatẽ in oĩbo faciẽtes sicut fecit adam et oẽs generatões eius. Et ebãtur enim et ipsi corde maligno. Et tradidisti ciuitatẽ tuam in manibus inimicorum tuorum. Nunquid meliora faciunt q̃ habitãt babilonez? Et propter hoc dominabitur syon.

Factum est cum venissem huc et vidissem impietates quarum non est numerus: et delinquentes multos: vidit anima mea hoc tricesimo anno et excessit cor meum: quoniam vidi quomodo sustines eos peccantes et pepercisti impie agentibus: et peruidisti populum tuum. et conseruasti inimicos tuos: et non significasti. Nihil memini quomodo debeat derelinqui via hec. Nunquid meliora facit babilon q̄ syon. aut alia gens cognouit te preter israhel? Aut que tribus crediderunt testamentis tuis sicut iacob? Quarum merces non cōparauit: neq; labor fructificauit. Pertrānsiens enim pertransiui in gentibus: et vidi abundantes eas: et non memorantes mādatorum tuorum. Nunc ergo pondera instatera nostras iniquitates et eorum qui habitant in seculo: et non inuenietur nomen tuum nisi in israhel. Aut quando nō peccauerunt in conspectu tuo qui habitāt terram: aut que gens sic obseruauit mandata tua? Vos quidem per nomina inuenies seruasse mandata tua: gentes autem non inuenies.

Capitulum .IIII.

Et respondit ad me angelus qui missus est ad me cui nomen huriel et dixit mihi. Excedēs excessit cor tuum in seculo hoc: et comprehendere cogitas viam altissimi. Et dixit. Ita domine meus. Et respondit mihi et dixit. Tres vias missus sum ostendere tibi: et tres similitudines proponere coram te. de quibo mihi si renunciaueris vnam ex hijs: & ego tibi demonstrabo viam quam desideras videre: et docebo te vnde sit cor malignum. Et dixi. Loquere domine me⁹. Et dixit ad me. Vade pondera mihi ignis pondus: aut mensura mihi flatum venti: aut reuoca mihi diem que preterijt. Et respondi et dixi. Quis natorum poterit facere vt me interroges de hijs? Et dixit ad me. Si essem interrogans te dicens. quante habitatōes sunt in corde maris. aut quante vene sunt in principio abissi. aut quante vene sunt super firmamentū: aut qui sunt exitus paradisi: diceres mihi fortassis. in abissum ñ descendi: neq; ī infernū adhuc. neq; in celū vnq̄ ascendi. Nunc autem non interrogaui te nisi de igne et vento. et die per quem transisti: et a quibo separari non potes: et nō respondisti mihi de eis. Et dixit mihi. Tu que tua sunt: tecum coadolescentia nō potes cognoscere. Et quomō poterit vas tuum capere altissimi viam: et iam exterius corrupto seculo intelligere corruptōnez euidentē in facie mea? Et dixi illi. Melius erat nos non esse q̄ adhuc viuētes viuere in impietatibo et pati: & non intelligere de qua re. Et rñdit ad me & dixit. Proficiscēs profectus sum ad siluam lignoq; campi: et cogitauerunt cogitationem: et dixerunt. Venite et eam⁹ & faciam⁹ ad mare bellū: vt recedat corā nobis: et faciam⁹ nobis alias siluas. Et similiter fluct⁹ maris: & ipsi cogitauerunt cogitatōez & dixerunt. Venite ascendentes debellem⁹ siluas campi: vt & ibi consūmem⁹ nobismetipsis aliam regionē. Et factus est cogitat⁹ silue in vanū. Venit eñ ignis et consumpsit eam. Similiter et cogitat⁹ fluctuū maris. Stetit eñ arena: et prohibuit eos. Si eñ esses iudex hoq;: quem inciperes iustificare aut quē condēnare? Et rñdi et dixi. Altiq; vanā cogitatōnem cogitauerunt. Terra eñ data est silue: et mari locus. portare fluctus suos. Et rñdit ad me: et dixit. Bene tu iudicasti. Et q̄re non iudicasti tibimetipsi? Quēadmodum eñ terra silue data est. et mare fluctibus suis: sic q̄ super terram inhabitant q̄ sūt super terraz intelligere solūmodo possunt: et q̄ super celos que super altitudinē celoq;. Et respondi et dixi. Deprecor te domine: vt mihi det̄ sensus intelligendi. Non eñ volui interrogare de superioribo tuis: sed de hijs q̄ pertranseūt p nos q̄tidie: quē q̄d israel dat⁹ in opprobriū gentibo quez dilexisti populū: datus est tribubus impijs. et lex patrum nostroq; in interitū deducta est. et dispositōnes scripte nusq̄ sunt: et p transiuim⁹ de seculo vt locuste: & vita nrā stupor et pauor: & nec digni sum⁹ miscōiaz conseq̄. Sed q̄d faciet nomini suo quod īuocatū est super nos? Et de hijs interrogaui: et rñdit ad me et dixit. Si fueris plurimū scrutat⁹. freq̄nter miraberis. Qm̄ festinans festinat seculū pertrānsire. et nō capit portare q̄ in futuris tēporibo iustis repromissa sunt: qm̄ plenum iniusticia est

seculum hoc et infirmitatibus. De quibus autem interrogas dicaz. Seminatum est enī malum: et necdum venit destructio ipsius. Si ergo non inuersum fuerit quod seminatum est et discesserit locus vbi seminatum est malum: non veniet vbi seminatum est bonum. Quoniam gramem semínis mali seminatum est in corde adam ab inicio: et quantum impietatis generauit vsqz nunc: et generat vsqz cum veniat area. Estima autem apud te gramem mali seminis quantum fructum impietatis generauit: quando secate fuerint spice quaz non est numerus. q̄ magnam aream incipient facere. Et respondi et dixi. Quo et quando hec: Quare modici et mali anni nostri: Et respondit ad me: et dixit mihi. Non festines tu super altissimū. Tu enī festinas inaniter esse super ipsū. Nam excessus tu⁹ multus. Nonne de hijs interrogauerunt anime iustoz in promptuarijs suis dicentes: vsquequo spero sic. ⁊ qñ veniat fruct⁹ aree mercedis nostre: Et respondit ad ea hieremiel archangelus et dixit. Quando implet⁹ fuerit numer⁹ seminū in vobis: quoniaz in statera ponderauit seculū et mensura mensurauit tempora. et numero nunerauit tempora: et non cōmouit nec excitauit vsqz dū impleaī predicta mēsura. Et respondi ⁊ dixi. O dñator dñe: sed et nos omnes pleni sum⁹ impietate. Et ne forte propter nos non impleanī iustoz aree: propter peccata inhabitantiū super terraz. Et respondit ad me. et dixit. Vlade et interroga pregnantez: si quando impleuerit nouē menses suos adhuc poterit matrix eius retinere partū in semetipsa. Et dixi. Non potest dñe. Et dixit ad me. In īferno. promptuaria aiaz. matrici assimilata sunt. Quemadmodū enī illa festinat que parit effugere necessitatez partus: sic et hec festīat reddere ea que commendata sunt. Ab inicio tibi demonstrabiī de hijs q̄ concupiscis videre. Et respondi ⁊ dixi. Si inueni graciaz ante oculos tuos. etsi possibile est. etsi ȳdoneus sum: demonstra mihi si plusq̄ preterituz sit habet venire: aut plura pertransierunt supra q̄ futurū est. Quid pertransiuit scio: quid aūt futurum sit ignoro. Et dixit ad me. Sta super terram partem: et demonstrabo tibi interpretationem similitudinis. Et steti et vidi: et ecce fornax ardens transijt coraz me. Et factum est cum transiret flamma: vidi et ecce superauit fumus. Post hec transijt coram me nubes plena aque: et immisit pluuiam impetu multaz. Et cum transisset īpetus pluuie: superauerunt in ea gutte. Et dixit ad me. Cogita tibi. Sicut crescit pluuia ampliusq̄ gutte et ignis q̄ fumus: sic superabūdauit que transiuit mensura. Superauerūt autem gutte et fumus. Et orauí ⁊ dixi. Putas viuo vsqz in diebus illis: Vel quid erit in dieb⁹ illis: Respondit ad me et dixit. De signis de quibus me interrogas ex parte possum tibi dicere: de vita autem tua non sum missus dicere tibi: sed nescio.

Capitulum. .V.

De signis autem: ecce dies venient in quibus apprehendentur qui inhabitant terrā in cēsu multo: ⁊ abscondetur veritatis via et sterilis erit a fide regio: et multiplicabiī iniusticia super hanc quam ipse tu vides et super quaz audisti olim: et erit imposito vestigio quam nunc vides regnare regionem: et videbunt eam desertam. Si autem tibi dederit altissim⁹ viuere videbis post terciā tubaz: ⁊ reluceset subito sol noctu. ⁊ luna ter in die: et de ligno sanguis stillabit. et lapis dabit vocē suam: et ppli ꝑmouebūī. et regnabit quē non sperant q̄ inhabitant super terrā: ⁊ volatilia cōmigratōez facient: ⁊ mare sodomiticū pisces reijciet: et dabit vocē noctu quaz non nouerant mlti. Omēs autez audient vocem ei⁹. Et chaos fiet per loca multa. et ignis frequenter remittet. et bestie agreste transmigrabunt: et mulieres menstruate parient monstra. et in dulcibo aquis salse inuenient: et amici omnes semetipsos expugnabūt: et abscondet tunc sensus et ītellect⁹ separabiī in prōptuariū suū. et quere a multis et non inuenieī: ⁊ mltiplicabiī iniusticia et incōtinēcia sup terrā. Et interrogabit regio proxiaz suam et dicet. Nūquid per te transijt iusticia iustum faciens: Et hoc negabit. Et erit ī illo tempore: et sperabūt homines et non īpetrabūt: laborabūt. ⁊ nō dirigent vie eoz. Hec signa dicere tibi pmissum est mihi. Et

si orauerís itꝝ et ploraūerís sicut et nūc. et ieiunaueris septem diebus: audies iterato hoꝝ maiora. Et euigilaui. et corpus meū horruit valde: et anima mea laborauit vt deficeret. Et tenuit me q̄ venit angelus q̄ loquebaꝫ in me: et confortauit me ⁊ statuit me super pedes. Et factū est in nocte secūda: ⁊ venit ad me salathiel dux populi: et dixit mihi. Vbi eras? Et q̄re vultꝰ tuus tristis? Aut nescis qm̄ tibi creditus ē israel in regione transmigratōnis eorum? Exurge ergo et gusta panem: et non derelinquas nos sicut pastor gregez suū in manibus lupoꝝ malignoꝝ. Et dixi ei. Vade a me: et non appropies ad me. Et audiit vt dixi: ⁊ recessit a me. Et ego ieiunaui diebus septem vlulans ⁊ plorans: sicut mihi mandauit vriel angelus. Et factū est post dies septez: ⁊ itꝝ cogitatōnes cordis mei moleste erant mihi valde. Et resumpsit aníma mea spm̄ intellectꝰ: ⁊ itꝝ cepi loqui coram altissimo ꝓmones. Et dixi. Dñator domine ex omni silua terre ⁊ ex omnibus arboribus eius elegisti vineam vnicam: et ex omni terra orbis elegisti tibi foueam vnam: et ex omnibus floribus orbis elegisti tibi lilium vnum: ⁊ ex omnibus abissis maris replesti tibi riuum vnum: et ex omnibus edificatis ciuitatibꝫ sanctificasti tibimetipsi syon: et ex omnibꝫ creatis volatilibꝫ nominasti tibi colūbam vnam: et ex omnibus plasmatis pecoribꝫ puidisti tibi ouem vnam: et ex omnibus multiplicatis ꝑplis acquisiuisti tibi ꝑplm vnum: ⁊ ab omnibꝫ probatam legē donasti huic quem dereliquisti ꝑplo. Et nunc domine vt quid tradidisti vnum pluribus? Et preparasti sup vnam radicem alias: ⁊ dispersisti vnicum tuum in multis. Et conculcauerūt eum q̄ contradicebant spōsionibꝫ tuis: q̄ꝫ tuis testamētis non credebant. Etsi odiens odisti ꝑplum tuū: tuis manibꝫ debet castigari. Et factū est cū locutꝰ esseꝫ ꝓmones: ⁊ missus ē angelus ad me q̄ ante venerat ad me ꝑteri ta nocte: ⁊ dixit mihi. Audi me ⁊ instruaꝫ te: ⁊ intende mihi ⁊ adiciam coraꝫ te. Et dixi. Loq̄re dñe meus. Et dixit ad me. Vade tu in excessu mentis factus es ꝑ israel. Anplus dilexisti eū: q̄ qui eū fecit? Et dixi ad eum. Non dñe: sed dolens locutꝰ sum. Torq̄nt em̄ me renes mei per omnem horam querentem apprehendere semitam altissimi: et inuestigare partez iudicij eius. Et dixit ad me. Non potes. Et dixi. Quare domine? Ad quid nascebar: aut quare nō fiebat matrix matris mee mihi sepulcrum. vt nō viderem laborem iacob. et defatigatōnem generis isrl̄? Et dixit ad me. Numera mihi que necdum venerant. et collige mihi dispersas guttas. Et reuirida mihi aridos flores. et aperi mihi clausa promptuaria: et produc mihi inclusos in eis flatus. Demonstra mihi vocis ymaginez: ⁊ tunc oñdam tibi laborem quem rogas videre. Et dixi. Dñator dñe: quis em̄ est q̄ potest hec scire. nisi q̄ cum hominibꝫ habitatōez non habet? Ego autem insipiens: et quomodo potero dicere de hijs quibꝫ me interrogasti? Et dixit ad me. Quomodo non potes facere vnuz de hijs que dicta sunt: sic nō poteris inuenire iudicium meum: aut in fine caritatē quaz populo promisi. Et dixi. Sed ecce domine: tu prope es hijs qui in finem sunt. Et quid facient qui ante me fuerunt: aut nos aut hij qui post nos? Et dixit ad me. Corone assimulabo iudicium meum. Sicut non nouissimoꝝ tarditas: sic nec priorum velocitas. Et respondi et dixi. Nec poteras facere eos qui facti sunt. et q̄ sunt. ⁊ qui futuri sunt in vnum: vt celerius iudicium tuum ostendas? Et respōdit ad me: et dixit. Non potest festīare creatura super creatorem: nec sustinere seculum eos q̄ in eo creandi sunt in vnum. Et dixi. Quomodo dixisti seruo tuo qm̄ viuificans viuificasti a te creataz creatura̅ in vnū ⁊ sustinebat creatura: poterit et nūc portare pñtes in vnū. Et dixit ad me. Interroga matricē mulieris: ⁊ dices ad eā. Etsi paris: q̄re p tempus? Roga g̃ eaz: vt det decē in vnū. Et dixi. Nō vtiq̄ poterit: sed ꝓm tempus. Et dixit ad me. Et ego dedi matricem terre hijs q̄ seminati sunt sup eam p tempꝰ. Quēadmodū em̄ infans nō parit ea q̄ senū sunt: sic ego disposui a me creatū seculū. Et interroga uiꝫ dixi. cū iaz deberis mihi viaz: loquar corā te. Naz mr̄ nra̅ de qua dixisti mihi. adhuc iuuenis est: iam senectuti appropinq̄t. Et respondit ad me. ⁊ dixit. Interroga eaz que parit: ⁊ dicet tibi. Dices em̄ ei. Quare quos pepisti nūc non sunt similes hijs qui ante. si minores

ſtatura? Et dicet tibi et ipſa. Alij ſunt qui in iuuentute virtutis nati ſunt: et alij qui ſub tempore ſenectutis deficiente matrice ſunt nati. Conſidera ergo et tu quoniã minori ſtatura eſtis pre bijs qui ante vos: et qui poſt vos minori q̃ vos. quaſi iaz ſeneſcentes creature et fortitudinem iuuentutis pretereuntes. Et dixi. Rogo domine ſi inueni graciam ante oculos tuos: demonſtra ſeruo tuo per quem viſites creaturaz tuam.

Ca. VI.

ET dixit ad me. Jnicio terreni orbis et añq̃ ſtarent exit⁹ ſcli. ⁊ añq̃ ſpirarẽt cõuentiones vẽtor. et añq̃ ſonarent voces tonitruum. ⁊ anteq̃ ſplẽderent nitores choruſcatõnum: ⁊ anteq̃ cõfirmarentur fundamenta paradiſi. anteq̃ viderent decori flores. et añq̃ ꝑfirmarent mote vtutes. anteq̃ colligerent innumerabiles milicie angelorum: et anteq̃ extollerent altitudines aeris. et anteq̃ nominarent menſure firmamentor: ⁊ anteq̃ eſtuarent camini in ſyon: et anteq̃ inueſtigarentur preſentes anni: ⁊ anteq̃ abalienarent eor q̃ nunc peccant adinuentões et conſignati eſſent q̃ fidem theſauriſauerũt tunc cogitaui et facta ſunt per me ſolũ et ñ p aliũ: et finis p me et ñ p aliũ. Et rñdi et dixi. Que erat ſepatõ tpm? Aut qñ prioris finis: ⁊ ſeqntis iniciũ? Et dixit ad me. Ab abraam vſq; ad ysaac qñ nati ſunt ab eo iacob et eſau: manus iacob tenebat ab inicio calcaneũ eſau. Finis em̃ hui⁹ ſeculi eſau: et ꝓncipiũ ſeqntis iacob. Homis manus int calcaneum ⁊ manũ. Aliud noli q̃rere eſdra. Et rñdi et dixi. O dñator dñe. ſi inueni grãm ante oculos tuos: oro vt demõſtres huo tuo finem ſignor tuor: quor p̃tem mihi demõſtraſti noctẽ p̃cedentẽ. Et rñdit: et dixit ad me. Surge ſup pedes tuos: ⁊ audi vocẽ pleniſſimam ſonit⁹. Et erit ſic ꝓmotõ: nec ꝓmouebit loc⁹ in quo ſtes ſup eũ. Jdeo cũ loquit tu nõ expaueas: qm̃ de fine verbũ. et fundamentũ terre intelligit: qm̃ de ipſis ſermo tremiſcit et cõmouebit. Scit em̃ qm̃ finem eor oportet ꝓmutari. Et factum eſt cũ audiſſem ſurrexi ſup pedes meos: et audiui. et ecce vox loqns: et ſonus eius ſicut ſonus aquar multar. Et dixit. Ecce dies veniunt: et erit qñ appropinquare incipiam vt viſitem habitantes in terra: ⁊ quando inquirere incipiam ab eis qui iniuſte nocuerunt iniuſticia ſua: ⁊ quando ſupleta fuerit humilitas ſyon et cũ ſuperſignabit ſeculum qđ incipiat pertranſire: hec ſigna faciam. Libri aperient ante facie firmamenti. et omnes videbunt ſimul: et anniculi infantes loqnt vocibus ſuis: et pregnantes immaturos parient infantes triũ et quatuor menſiũ. et viuent ⁊ ſuſcitabunt. Et ſubito apparebũt ſeminata loca non ſeminata: et plena promptuaria ſubito inuenient vacua: et tuba canet cũ ſono: quam cũ omnes audierint ſubito expaueſcent. Et erit in illo tempore debellabũt amici amicos. vt inimici: ⁊ expaueſcet terra cũ bijs. Et vene fontium ſtabũt: ⁊ non decurrent in horis trib⁹. Et erit omnis q̃ derelictus fuerit ex omnib⁹ iſtis q̃b⁹ predixi tibi: ipſe ſaluabit: et videbit ſalutare meum et finem ſeculi veſtri. Et videbũt q̃ recepti ſunt boes q̃ mortem ñ guſtauert a natiuitate ſua: et mutabit cor inhabitatiũ: et ꝙuertet in ſenſum aliũ. Delebit em̃ malũ: ⁊ extigue dolus. Florebit at fides: et vincetur corruptela: et oñdet veritas q̃ ſine fructu fuit diebus tantis. Et factum eſt cũ loquere mihi: et ecce paulatim intuebar ſuper eũ ante quem ſtabam: ⁊ dixit ad me hec. Veni tibi oñdere tempus venture noctis. Si q̃ itez rogaueris. ⁊ itez ieiunaueris septẽ diebus: itez tibi renũciabo horz maiora p diẽ q̃ audiui. Audita eſt em̃ vox tua apd altiſſimũ. Vidit ei fortis directõez tuã: ⁊ ꝙuidit pudicitiã quã a iuuẽtute tua habuiſti: ⁊ ꝓt hoc miſit me demõſtrare tibi hec oia: ⁊ dicere tibi. Cõfidez noli timere ⁊ noli feſtiare cũ poribus tpibus cogitare vana vt ñ ꝙperes a nouiſſimis tpibus. Et factũ eſt poſt hec fleui itez: et ſimiliter ieiunaui ſeptem diebus: vt ſupleam tres ebdomadas q̃ dicte ſunt mihi. Et factũ eſt in octaua nocte et cor meũ turbabat iterato ĩ me: et cepi loq coram altiſſimo. Jnflammabat em̃ ſpũs me⁹ valde: et aia mea anxiabat: et dixi. O dñe loqns locut⁹es ab initõ creature in ꝑmo die dicens. Fiat celũ et traz: ⁊ tuũ verbũ opus pfectũ. Et erat tunc ſpũs: ⁊ tenebre circumferebant et ſilentium: ſonus vocis hominis nondum erat abs te. Tũc diriſti de theſauris eius pferri lumen lumioſum: quo appareret opus tuũ. Et die ſcdo

creasti spm̃ firmamenti: et imperasti ei vt diuideret et diuisionem faceret int̃ aquas: vt ps q̃daz sursum recederet ps vero deorsum maneret. Et tercia die ipasti aq̃s congregari. ĩ septima pte terre: sex vero ptes siccasti et confuasti: vt ex bijs sint coraz te mĩstrãtia semĩata a deo ⁊ culta. Verbũ em̃ tuũ ꝓcessit: ⁊ opus statim fiebat. Processit em̃ subito fructꝰ multitudĩs ĩmensus: ⁊ cõ cupie gustus multiformes: et flores colore ĩmutabili ⁊ odores odoramẽti inuestigabiles. Et die ꝯcio hec facta sunt. Quarta aũt die impasti fieri sol̃ splendorẽ: lune lumẽ. stellaꝝ dispositõez: ⁊ impasti eis vt seruirẽt futuro plasmato homĩ. Quĩto aũ die dixisti septime pti vbi erat aq̃ congregata vt procrearet aĩalia et volatilia ⁊ pisces: ⁊ ita fiebat. Aqua muta. ⁊ sine aĩa q̃ dei nutu iubebãt aĩalia faciebat: vt ex hoc mirabilia tua natõnes enarrent. Et tũc ꝓfuasti duas aĩas: nomen vni vocasti enoch. ⁊ nomẽ scõe vocasti leuiathan: et sepasti ea ab altẽrutro. Non em̃ poterat septima ps vbi erat aqua congregata cape ea. Et dedisti enoch vnã ptem q̃ siccata ẽ tercia die vt habitet ĩ ea: vbi sunt montes mille. Leuiathan aũ dedisti septĩam ptem humidam: ⁊ fuasti eaz vt fiat in deuoratõem q̃b vis ⁊ q̃n vis. Sexto aũ die impasti terre vt crearet coraz te iumenta ⁊ bestias ⁊ reptilia: ⁊ sup bijs adaz. quẽ ꝓstituisti ducẽ sup oĩb factis q̃ fecisti: ⁊ ex eo educimur nos oĩes quenq̃ elegisti ꝑ̃m. Hec aũ omnia dixi corã te dñe qr ꝑ̃ nos creasti seculũ. Residuas aũ gentes ab adaz natas dixisti eas nil esse: ⁊ qm̃ saliue assimulate sunt: et q̃si stillicidiũ de vase simulasti abũdantiaz eoꝝ. Et nunc dñe ecce iste gẽtes q̃ in nihilũ deputate sunt cepẽrt dnãri nr̃i et deuorare: nos aũ ꝑ̃lus tuus quez vouisti prĩogenitũ. vnigenitũ emulatorem tuũ traditi sumꝰ in manib eoꝝ. Etsi ꝑ̃ nos creatũ est seculũ: q̃re non hereditatem possidemꝰ cum seculo? Vsqꝙquo hec.

¶ Capitulum. VII.

Et factum est cũ finisset loq̃ verba hec: missꝰ ẽ ad me ãgelus q̃ missus fuerat p̃mis noctib: ⁊ dixit ad me Surge esdra ⁊ audi p̃mones q̃s veni loqui ad te. et dixi. Loq̃re deus meꝰ. Et dixit ad me. Mare positũ est in spacioso loco vt eẽt altũ ⁊ ĩmensũ: erit aũ ei introitꝰ ĩ angusto loco positus: vt esset similis fluminibus. Quis em̃ volens voluerit ingredi mare et videre eum vel dñari eius: si nõ transierit angustũ. ĩ latitudinẽ venire qũo poterit? Item aliud. Ciuitas est edificata. ⁊ posita ĩ loco campestri: est aũ plena oĩm bonoꝝ. Introitꝰ eius angustꝰ ⁊ in precipiti positꝰ: vt esset a dextris q̃dem ignis. a sinistris aq̃ alta: semita aũ est vna sola int̃ eos posita. hoc est int̃ ignem ⁊ aquam: vt non capiat semita nisi solũmodo vestigiũ homĩs. Si aũ dabit̃ ciuitas homini in hereditatem: si nunq̃ antepositũ piculũ ptransierit. qũo accipiat hereditatẽ suam? Et dixi. sic dñe. Et dixit ad me. Sic est ⁊ israel ps. Propter eos em̃ feci seculũ: ⁊ qñ transgressus est adam ꝓstitutõnes meas: iudicatũ est qđ factũ est. Et facti sunt introitꝰ hui⁹ seculi angustiæ dolentes ⁊ laboriosi: pauci aũ ⁊ mali et piculoꝝ pleni. et labore magnope fulti: nam maioris seculi introitꝰ spacioſi ⁊ securi: et facientes immortalitatis fructũ. Si ergo ingredientes ñ ingressi fuerĩt. q̃ viuũt angusta ⁊ vana hec: non poterĩt recipere q̃ sunt reposita. Nunc g̃ quare ꝓturbaris cũ sis corruptibilis: ⁊ qđ moueris tu cum sis mortalis? Et q̃re non accepisti ĩ corde tuo qđ futuꝝ: sed qđ in p̃nti? Rñdi ⁊ dixi. Dña mr̃ dñe: ecce dispositi lege tua: qm̃ iusti hereditabũt hec. Impij aũ pibunt: iusti aũ ferent angusta sperantes spacioſa. Qui em̃ impie gesserũt: ⁊ angusta passi sunt: ⁊ spacioſa non videbũt. Et dixit ad me. Non est iudex sup deũ: neq̃ intelligẽs sup altissimũ Pereunt em̃ multi p̃tes: qr negligẽ que anteposita est dei lex. Mandans em̃ mãdauit deꝰ venientib. qñ venerunt: q̃d faciẽtes viuerent ⁊ qđ obfuantes ñ punirent̃. Dij aũ non sunt psuasi ⁊ ꝓtradixerĩt ei: ⁊ constituerĩt sibi cogitamẽ vanitatis. ⁊ ꝑposuerunt ibi circũuentõnes delictoꝝ: et supdixerũt altissimo non esse. ⁊ vias eiꝰ non cognouerunt: ⁊ legẽ eiꝰ spreuerũt et sponsiones eiꝰ abnegauerũt: ⁊ in legittimis eiꝰ fidem nõ habuerĩt. ⁊ opa eiꝰ non perfecerĩt. Propter hoc esdra vacua vacuis: ⁊ plena plenis. Ecce tẽpꝰ veniet: et erit qñ venient signa q̃ p̃dixi tibi. Et apparebit sponsa: et apparescens oñdetur q̃ nunc subducit̃ terra: ⁊ omnis qui liberatus est de predictis malis ipse videbit mirabilia mea. Reuelabit̃ enim

filius meus ihesus cū hijs qui cū eo sunt: et iocundabunt q relicti sunt in annis ꝙdrigentis. Et erit p annos bos et morietꝫ filius me xpc: et omnes q spiramentū hnt boues et ꝙvertet seculū in antiquū silentiū diebꝫ septē sicut ī porib iudicijs, ita vt nemo derelinqtur et erit pt dies septē: et excitabit qđ nondū vigilat seculū: et morietꝫ corruptū. Et tra redet q in ea dormiūt: et pulvis q in eo silentō habitant: et pmptuaria, redent q eis ꝙmendate sunt aie. Et revelabit altissim sup sedem iudicij: et ptransibūt miserie: et lōganimitas ꝙgregabit. Iudiciū at solū remanebit: veritas stabit: et fides cōualescet. Et op subsequt. et merces oñdet: et iusticie vigilabunt: et iniusticie ñ dñabunt. Et dixi. Prim abrahaz ꝓpter sodomitas orauit et moyses p pīb q in deserto peccauerūt: et q post eū p israel in diebꝫ achaz et samuelis et dauid p ꝙfractōne: et salomon p eis q venert in sanctōem: et helias pro hijs q pluuiam acceperūt et pro mortuo vt viueret: et ezechias p pl̄o in diebꝫ sennacherib: et multi pro multis. Si ergo modo qñ corruptibile īcreuit, et iniusticia multiplicata est, et orauert iusti p impijs, qre et nūc sic ñ erit? Et rndit ad me et dixit. Pns seculū nō est finis: glia in eo freqns manet: ꝓpt hoc orauert pro inualidis. Dies em iudicij erit finis tpis hui: et inicium tpis future immortalitatis: in q ptrāsiuit corruptela soluta est intēperantia, abscisa est incredulitas: creuit at iusticia: orta est veritas. Tūc em nemo poterit saluare eū q perijt: neq demergere q vincit. Et rndi et dixi. Dic sermo meus pm et nouissim: qm melius erat non dare tram adam: vel cum iā dedisset coercere eū: vt ñ peccaret. Quid em pdest oīb in pnti viuere in tristicia: et mortuos sperare punitōem? O tu qđ fecisti adam. Si em tu peccasti ñ est factus solius tu casus: sed et nr q ex te aduenim. Quid em pdest nobis si pmissum ē nobis immortale tēpus: nos at mortalia opa egim? Et qm predicta est nobis pennis spes: nos vo pessime vani facti sumus. Et qm reposita sunt nobis habitacula sanitatis et securitatis: nos vero male cōuersati sum. Et qm reposita gloria altissimi ptegere eos q tarde ꝙversati sunt: nos at pessimis vijs ambulauim. Et qm oñdet padisus c fructꝰ incorruptꝰ pseuerat in quo est securitas et medela: nos vero non ingrediemur. In gtis em locis conuersati sum. Et qm sup stellas fulgebunt facies eoꝝ q abstinentiā habuerunt: nre at facies sup tenebras nigre. Non em cogitauim viuentes qñ iniqtatem faciebam, q incipiem p mortem pati. Et rndit et dixit. Hoc est cogitamentū certaminis qđ certabit q sup terrā nat est hō. vt si victꝰ fuerit paciat qđ dixisti. Si at vicerit recipiet qđ dico: qm hec ē via, quaz moyses dixit cum viueret ad pl̄m dicens. Elige tibi vitam vt viuas. Non crediderūt at ei: sed nec p eam ꝓphetis. Sed nec mihi q locut sum ad eos: qm non esset tristicia in pditōem eoꝝ sicut futuꝝ est gaudiū sup eos q̄bus pluasa est salus. Et rndi et dixi. Socio dñe qm vocat est altissimus misericors ī eo miseriat hijs q nondū seculo aduenerunt: et qđ miseret illis q ꝙversionez faciūt in lege eius: et longanimis ē qm lōganimitatē prestat hijs q peccauerunt q̄si suis opib: et munific est qm quidez donare vult pro exigencijs: et multe misedie: qm multiplicat magis misedias hijs qui pntes sunt et q preterierūt: et q futuri sunt. Si em non multiplicauerit misedias suas nō viuificabit seculum cum hijs q inheredita bant in eo. Et donat: qm si non donauerit de bonitate sua, vt alleuent hij qui iniqtatem fecerunt de suis iniqtatibus: non poterit decies millesima ps viuificari hoim. Et iudex si non ignorauerit hijs q curati sunt verbo eius. et deleuit multitudinem contemptōnum: non fortassis derelinquerent innumerabili multitudine nisi pauci valde.

Ca. VIII.

Et respondit ad me: et dixit. Hoc seculū fecit altissimus ꝓpter multos: futuꝝ at ꝓpter paucos. Dicam at coraz te similitudinē esdra. Quō at interrogabis tram et dicet tibi. qm dabit tram multam magis vnde fiat fictile, paruū aūt puluerē vnde auꝝ fit: sic et act pntis seculi. Multi qdem creati sunt: pauci at saluabunt. Et respondi et dixi. Absorbe ergo anima sensum et devora quod sapis. Conueniſti enim obaudire: et ꝓphetare voles? Nec em tibi est datū spacium: nisi solūmō viuere. O dñe, si non pmittes seruo tuo vt

oremus coram te. et des nobis semen cordi et sensui culturaz vnde fructꝰ fiat: vnde viuere possit ois corruptꝰ q portabit locum dois: Solus enī es: et vna plasmatō nos sumꝰ manuū tuaꝝ sicut locutꝰ es. Et qūo nunc in matrice plasmatū est corpus et pstas membra pfuat in igne aqua tua creatō: q nouē mensib patit tua plasmatō tuam creaturaz q in ea creata ē: ipsuz at qđ seruat et qđ seruat vtraq fuabunt: seruat aq qnq itꝝ reddit matrix q in ea creuerūt. Impasti enī ex ipsis membris hoc est mamillis pbere lac fructui mamillaꝝ: et vt nutriat id qđ plasmatū est vsq in tēpꝰ aliqđ: q postea disponas eum tue miscdie. Enutriuisti eū tua iustitia. q erudisti eū ī lege tua: q corripuisti eū tuo intellectu. et mortificabis eū vt tuaz creaturā: q viuificabis eū vt tuū opus. Si ergo pditeris eū q tantis laboribz plasmatꝰ est: tuo iussu facile ē ordinari: vt et id qđ fiebat seruaret. Et nūc dñe dicam: de omni dōie tu magis scis: de pplo at tuo ob quē doleo q de hereditate tua ppt quā lugeo. q ppt isrl ppt quē tristis sum. q de iacob ppt quem doleo: ideo incipio orare coram te p mea p eis: qm̄ video lapsus nros q inhabitamꝰ terrā. Sed audiui celeritatē iudicis q futurꝰ ē. Ideo audi vocē meaz: q intellige ꝓmonē meū: q loquar coram te. Initiū verboꝝ esdre: pusqꝫ assumeret. Et dixi. Dñe q inhabitas scl'm et cuiꝰ oculi eleuati in supna q aere. q cuiꝰ thronꝰ iestimabilis q gloria incōprehēsibil': cui astat exercitꝰ angeloꝝ cū tremore. qꝝ seruatō in vento q igni ꝓuertit: cuiꝰ verbū veꝝ q dicta pseuerātia: cuiꝰ iussio fortis et dispositō terribilis: cuiꝰ aspectꝰ arefacit abissos. q indigtio tabescere facit montes: q veritas testificat. Exaudi oronem serui tui: et auribz parcipe pcationem figmenti tui. Dum enī viuo loqr: q dum sapio rndebo. Ne respicias ppli tui delicta: sed q tibi in veritate seruiūt. Nec intēdas impia gēcium studia: sed qui tua testimonia cū doloribz custodierūt. Nec cogites q in ꝓspectu tuo false ꝓuersati sunt: sed memorare q ex volūtate tua timorem ꝓgnouerūt. Neq volueris pdere q pecudū mores habuerūt: sed respicias eos q legē tuam splendide docuerūt. Nec indigneris eis q bestijs peiores iudicati sunt: sed diligas eos q semper ī tua iusticia confidunt et gloria. Qm̄ nos et patres nostri talibz morbis languemꝰ: tu aūt ppt nos peccatores misericors vocaberis. Si enī desideraueris vt nri miserearis. tūc misericors vocaberis: nobis at non hntibz opa iusticie. Justi enī qbz sunt opa multa reposita: ex pprijs opibz recipient mercedē. Quid est enī bō vt ei indigneris añ genus corruptibile: vt ita amarus sis de ipso? In veritate enī nemo de genitis est q non īpie gessit: q de ꝓfitentibz q nō deliquit. In boc enī annūciabit iustitia tua q bonitas tua dñe: cū misertꝰ fueris eis q non hnt substātiaz bonoꝝ opeꝝ. Et rndit ad me: et dixit. Recte locutꝰ es aliqua: et iuxta sermones tuos sic et fiet. Qm̄ non vere cogitabo super plasma eoꝝ. q peccauerunt ante mortem ante iudiciū ante perditōem: sed iocūdabor sup iustoꝝ figmentū: q memorabor peregrinatōnis qz et saluatōnis q mercedis redemptōnis. Quomodo ergo locutꝰ sum: sic et est. Sicut enī agricola serit sup terram semina multa q plantatōnes multitudinis plantat: sed nō in tpe omnia q seminata sunt saluant: sed hec oia q plantata sūt radicabūt: sic q in scl'o semīati sunt ñ omnes saluabunt. Et rndi. q dixi. Si inueni grām loquar. Quo semen agricole si non ascenderit aut ñ accepit pluuiaz tuaz ī tpe aut si corruptū fuerit ml'titudīe pluuie: sic perit q sil'iter bō q manibz tuis plasmatꝰ est: q tu ei ymago noiatus: qm̄ sil'atꝰ es ei ppt quem oia plasmasti: q similasti semī agricole. Non irascaris sup nos sed pce pplo tuo: q miserere hereditati tue. Tu at creature tue misereris. Et rndit ad me: et dixit. Que sunt pncia pntibz: q que futura futuris. Multū enī tibi restat vt possis diligere meam creaturam super me: tibi at frequenter et ipsi proximaui: iniustis aūt nunq. Sed q in boc mirabilis es coraz altissimo: qm̄ humiliasti te sicut decet te: et non iudicasti te vt inf iustos plurimū glorificeris. Propt qđ miserie multe q misera biles efficient eis q habitant seculū in nouissimis: qz in multa supbia ambulauerūt. Tu autem pro te intellige: q de similibz tuis inquire gloriam. Clobis enī apertus est paradisus. plantata ē arbor vite: prepatū est futuꝝ tempꝰ. prepata est abundantia: edificata ē ciuitas. pbata ē reqes: pfecta

est bonitas:et pfecta sapientia. Rabix ma li signata est a vobis: infirmitas et tinea a vobis absconsa ē:ꝙ in infernū fugit corꝛuptō in oblivione. Transierūt dolorꝛes:et oñsus est ī fine thesaurꝰ īmortalitatis. Noli ꝯ adicere inqrendo de multitudine eorꝝ q̄ peunt. Nam ipsi accipiētes libertatē spꝛeuerūt altissimū:et legē eiꝰ ꝓtempserūt:ꝙ vias eiꝰ derelīquerunt. Adhuc aūt iustos eiꝰ ꝓculcaverūt:ꝙ dixerūt in corde suo ñ esse deū:ꝙ q̄dꝫ scientes qm̄ moriunt. Sicut em̄ vos suscipient q̄ p̄dicta sunt:sic eos sitis ꝙ cruciatꝰ q̄ prepata sunt. Nō em̄ voluit boiem dispdi. Sed et ipsi q̄ creati sunt coinq̄naverūt nomē eiꝰ q̄ fecit eos: ꝙ ingti fuerūt ei q̄ prepauit eis vitam. Quapropt iudiciū meum mō appropinq̄t. Que non oīb dēmōstraui nisi tibi:et tibi similib paucis. Et rñdi et dixi. Ecce nunc dñe demōstrasti mihi multitudinē signorꝝ q̄ incipies facere ī nouissimis:sed ñ demōstrasti mihi q̄ tpe. Ca. IX.

ET rñdit ad me:ꝙ dixit. Metiēs me tire tēpus in semetipso:ꝙ erit cum videris qm̄ trāsierit ps q̄dam signorum q̄ predicta sunt:tūc intelliges qm̄ ipsū est tēpus in q̄ incipiet altissimꝰ visitare seculū qđ ab eo factū est. Et qm̄ videbit in seculo motū locorꝝ ꝙ pl'orꝝ turbatō:tūc intelliges qm̄ de his erat altissimꝰ locutꝰ:a diebꝫ q̄ fuerūt añ te ab initō. Sicut em̄ omne qđ factū est in seculo inicīū hē parit et cōsūmatōem. et ꝯsūmatō est manifesta:sic et altissimi tpa. inicia hñt manifesta in p̄digis ꝙ vtutib et ꝯsūmatōnes in actu et in signis. Et erit oīs q̄ salvꝰ factꝰ fuerit et q̄ poterit effugere p opa sua et p fidem in q̄ credidistis relinquet de p̄dictis piculis:et videbit salutare meū in terra mea. ꝙ in finib meis:qm̄ sanctificaui me a seculo. Et tunc mirabunt q̄ nūc abusi sūt vias meas:et in tormentis ꝓmorabunt hij. q̄ eas piecerūt in contēptu. Qui em̄ non ꝓgnouerūt me viuētes bñficia consecuti. et q̄ fastidierūt legem meam cū adhuc erant hñtes libertatē:ꝙ cū adhuc esset eis aptꝰ penitētie locꝰ nō intellexerūt:sed sꝓeuerūt. hos oportet ptꝰ mortē in cruciamento cognoscere. Tu ꝯ noli adhuc curiosus esse qūo impij cruciabunt:sed in q̄re qūo iusti saluabunt:et quoꝝ seculum ꝙ ꝓpter quos seculum et qm̄. Et rñdi et dixi.

Olim locutꝰ sum et nunc dico et postea dicam:qm̄ plures sunt qui peunt. q̄ qui saluabunt: sicut multiplicant fluctꝰ sup gutam. Et rñdit ad me:et dixit. Qualis ager talia et semina:et quales flores tales ꝙ tincture:et q̄lis opator talis et creatō:et q̄lis agricula talis cultura. qm̄ tempus erat seculi. Et nunc cū essem parans eis his qui nunc sunt anteq̄ fieret seculū in quo hītarent:et nemo contradixit mihi. tūc em̄ q̄sq̄ et nunc creator in mūdo h̄ pato et mēse indeficienti ꝙ lege in vestigabili:corrupti sūt mores eorꝝ. Et consideraui sc̄m:ꝙ ecce erat piculū ꝓpter cogitatōes q̄ in eo aduenerūt. Et vidi et pepci ei valde:et fuaui mihi acinum de botro:et plantatōem de tribu multa. Pereat ꝯ multitudo q̄ sine causa nata est:ꝙ fuet acinꝰ meꝰ et plantatō mea:qꝝ cū multo labore pfeci. Tu aūt si adhuc intromittas septem dies alios sed non ieiunab in eis: ibis in campū florꝝ vbi domꝰ nō est edificata:et manducabis solūmodo de floribꝫ campi. ꝙ carnem non gustabis ꝙ vinū non bibes: sed solūmodo flores. Deprecare altissimum sine intermissione:ꝙ veniam ꝙ loquar tecū. Et pfectꝰ sum sicut dixit mihi in campū q̄ vocat ardath:ꝙ sedi ibi in floribꝫ Et de herbis agri manducaui: et facta est esca eaꝝ mihi in saturitatē. Et factū est pꝰ dies septē ꝙ ego discumbebam sup fenum: et corꝛ meū itꝝ turbabat sicut et ante. Et apertū est os meum: et incboaui dicere coram altissimo:et dixi. O dñe te nobis ostendens oñsus es patribꝫ nostris in deserto qm̄ erant exeuntes de egipto:quod non calcat ꝙ īfructuoso: ꝙ dicens dixisti. Tu israel audi me:et semē iacob intende ꝛmonib meis. Ecce em̄ ego semino in vobis legem meā: et faciet in vobis fructū: et glorificabimī in eo p seculū. Nam pīes nostri accipiētes legez non seruauerūt: et legitima mea non custodierunt: et factus est fructus legis ñ parens. nec em̄ poterat quoniam tuꝰ erat: naz q̄ acceperūt pierūt: nō custodientes qđ in eis seminatum fuerat. Et ecce consuetudo est:vt cuz acceperit terra semen. vel nauem mare. vel vas aliquod escam vel potum:cū fuerit exterminatum id in q̄ seminatū est vel in qđ missum ē: sil' id qđ seminatū vel missū est vel q̄ suscepta sūt exterminant:ꝙ suscepta iam ñ manent apud nos.

Sz nob sic ñ factũ ẽ. Nos q̃ẽ q̃ legẽ accepim⁹ peccãtes piuim⁹ ꝙ cor nr̃m qd̃ suscepit eã: nã lex ñ perijt: sz pmãsit ī suo labore. Et cũ loq̃rer hec ī corde meo r̃spexi oculis meis ꝙ vidi mlt̃ierẽ ī dextera ptẽ. Et ecce hec lugebat ꝙ plorabat cũ voce magna ꝙ aĩo dolebat valde: ꝙ vestim̃ta ei⁹ discissa ꝙ cinis sup caput ei⁹. Et dimisi cogitat⁹ ī quibo erã cogitãs: ꝙ uersus sũ ad eã: ꝙ dixi ei. Clt q̃d fles: ꝙ q̃d doles aĩo? Et dixit ad me. Dimittẽ me dñe me⁹ vt defleã me: ꝙ abiciã dolorẽ q̃m valde amara sũ aĩo: et humiliata sũ valde. Et dixi ei. Quid passa es? Dic mihi. Et dixit ad me. Sterilis fui ego famula tua: ꝙ nõ peperi: habẽs maritũ ãnis triginta. Ego em̃ p singl'as horas ꝙ p singulos dies ꝙ ãnos triginta hos. deprecor altissimũ nocte ac die. Et factũ est p⁹ triginta ãnos exaudiuit me de⁹ ãcillã tuã ꝙ vidit hũilitatẽ meã ꝙ attẽdit tribulacõi mee: ꝙ dedit mihi filiũ. Et iocũdata sũ super eũ valde ego ꝙ vir me⁹ ꝙ oẽs ciues mei ꝙ honorificabam⁹ valde fortẽ. Et nutriui eũ cũ labore multo: ꝙ factũ est cũ creuisset ꝙ venisset accipere vxorem: feci diẽ epuli.

Capitulũ. X.

Ogor per singulos scripture diuine libros aduersari or ñdere maledictis: q̃ ĩterpatõnem meam repẽsionẽ septuaginta interpũ criminãt̃: q̃si ñ et apud grecos aqla simmachus ⁊ theodocion. vel verbũ e verbo vl' sensũ e sensu vl' ex vtroq̃z ꝑmixtũ et medie tpatũ. gen⁹ trãslatõis expsserit: ⁊ oĩa veteris instrumẽti volumina origenes obel' astericisq̃z distixerit: q̃s vel additos vl' de theodocõe sumptos trãslatõni antiq̃ inseruit: pbãs defuisse q̃ additũ ẽ. Discãt igit̃ obtrectatores mei recipe in toto q̃ ĩ ptibꝫ susceperũt: aut interpatõnẽ meã cũ astericis suis ratere. Neq̃z eĩ fieri pt̃ vt quos plura ĩermisisse susceperit. nõ eosdem etiã in q̃busdã errasse fateant̃. pcipue ĩ iob: cui si ea q̃ sub astericis addita sunt subtraxeris ps maxima volumis detrũcabit̃: ⁊ hoc dumtaxat apud grecos. Ceteꝝ ⁊ apud latinos añ eã translatõnez quã sub astericis ⁊ obelis nup edidim⁹. septigẽti ferme aut octingẽti versus desũt: vt decurtat⁹ ⁊ lacerat⁹ corrosusq̃z liber feditatẽ sui publice legentibꝫ pbeat. Hec aũt ñslatõ nullũ de veteribꝫ seq̃t̃ ĩterpt̃: sz ex ipo hebraico arabicoq̃z sermone ⁊ interdũ siro. nũc verba nũc sens⁹. nũc simul vtrũq̃z resonabit. Obliquus eĩ apud hebreos tot⁹ liber fert̃ ⁊ lubric⁹: ⁊ q̃ greci rethores vocãt scematis menos. dũq̃z aliud loq̃t̃ aliud agit. Ut si velis ãguillã vl' murenulã strictis tenere manibꝫ q̃ntofort⁹ pisseris tãtocici⁹ elabit̃. Memini me ob intelligẽciã h⁹

voluminis libꝝeum quendã ꝓceptorẽ. qui apud hebꝛeos prim⁹ hẽri putabaꝯ.nõ pauis redemisse nũmis:cuius doctrina an aliquid ꝓfecerim nescio. Hoc vnum scio nõ potuisse me interꝑtari. nisi qđ ante intellexeraz. A principio itaqꝫ voluminis vsqꝫ ad verba iob.apud hebꝛeos psa oracõ est. Porro a verbis iob in quibꝫ ait.peat dies in qua natus sũ:ꝙ nox in qua dictum ẽ cõceptus est homo.vsqꝫ ad illũ locum vbi ãte finem voluminis scriptũ est.idcirco ipe me reꝑhendo ꝙ ago penitẽciã in fauilla et cinere.exametri versus sunt.dactilo spondeoqꝫ currentes:ꝙpter lingue ẏdeoma crebro recipientes ꝙ alios petes. nõ earũdem sillabaꝝ sed eorũdem tẽporꝫ. Interdum q̃z richm⁹ ipse dulcis ꝙ tumulus fezẽ numeris lege solutis quod metrici magisq̃ simplex lectoꝛ intelligunt. A supradicto autez versu vsqꝫ ad finem libꝛi puũ coma qđ remanet psa oratõne ꝓterieꝯ. Quod si cui videꝯ incredulũ metra scilicet eẽ apud hebꝛeos. ꝙ in morez nostri flacci gracciqꝫ pindari ꝙ alchei ꝙ safpho vel psalteriũ vl̃ lamentatõnes hieremie vel oĩa ferme scripturaruz cantica ꝓꝑhendi:legat philonẽ iosephũ origenẽ.cesarienſem eusebium: ꝙ eoꝝ testimonio me verũ dicere ꝓbabit. Audiãt quapropter canes mei idcirco me in hoc volumine laborasse. vt nõ interꝑtacõnem antiquã reꝑhendereꝯ:sed vt ea q̃ in illa aut obscura sũt aut omissa.aut certe scriptoꝝ vicio deꝑuata. aut manifestiora nr̃a ĩterꝑtatõne fierent:qui ꝙ hebꝛeum sermonẽ expte didicim⁹.ꝙ ĩ latino pene ab ipis cunabulis inter gramaticos ꝙ rethoꝛes ꝙ philosophos detriti sumus. Quod si apud grecos post septuaginta editõnem iã xp̃i euã gelio chorusçante iudeus aquila et simmachus ac theodocion iudaizantes heretici sunt recepti. q̃ multa misteria saluatoꝛis subdola interꝑtatõne celarunt: ettamen ĩ exaplois habenẽ apud ecclesias.ꝙ explanãtur ab ecclesiasticis viris: quãtomagis ego xp̃ianus ꝙ ỏ parentibꝫ xp̃ianis natus. ꝙ vexillũ crucis ĩ mea fronte portans. cuius studiuz fuit omissa repetere. deꝑuata corrigere.ꝙ sacramenta ecclesie puro ꝙ fideli aperire sermõe: vl̃ a fastidiosis vl̃ a malignis lectoꝛibꝫ nõ debeo reprobari. Habeãt qui volunt veteres libros vel in membranis purpureis. auro argentoqꝫ descriptos:vl̃ uncialibꝫ(vt vulgo aiunt)lr̃is onera magis exarata quã codices:dũmodo mihi meisqꝫ ꝑmittãt paupes habere scedulas.ꝙ non tampulcros codices q̃ emendatos. Utraqꝫ aũt edicõ ꝙ septuaginta iuxta grecos ꝙ mea iuxta hebꝛeos. ĩ latinũ meo labore translata est. Eligat vnusquisqꝫ qđ vult:ꝙ studiosum me magisq̃ maliuolum probet.

Prologus secundus.

Si aũt fiscellam iunco texerem ant palmarũ folia cõplicarẽ aut ĩ sudore vult⁹ mei ꝓmedereꝯ panẽ.ꝙ vẽtris op⁹ solicita mẽte ptractarẽ:null⁹ mordꝛet:nemo reꝑhenderet. Nũc aũt quia iuxta sentenciam saluatoꝛis volo opari cibum qui ñ perit ꝙ ãtiquã diuiꝺꝫ voluminũ viaz sentibꝫ virgultisqꝫ purgare:erroꝛ mihi gemin⁹ infigitur.correctoꝛ vicõꝝ falsari⁹ vocoꝛ:ꝙ errores nõ auferre sed serere. Tãta ẽ em̃ vetustatis ꝓsuetudo vt etiã confessa pleriſqꝫ vicia:placeãt dũ magis pulcros volũt habere codices q̃ emẽdatos. Quapropter o fratres dilectissimi vnicũ nobilitatis ꝙ humilitatis exẽplar ꝙ ꝑ flabello calatis spoꝛtellisqꝫ munusculꝫ monachoꝝ. spiritualia hec et mãsura dona suscipite:ac beatũ iob qui adhuc apud latiꝺos iacebat ĩ stercoꝛe ꝙ vermibꝫ scatebat erroꝝ.ĩtegrũ ꝙ ĩmaculatũqꝫ gaudete. Quõ eĩ pt⁹ ꝓbatõz atqꝫ victoꝛiaz duplicia sũt ei vniuersa reddita:ita ego ĩ lĩguã nr̃am(vt audacter loq̃r)feci eũ hẽre q̃ amiserat. igit̃ ꝙ vos ꝙ vnũquẽqꝫ lectorẽ solita ꝑfatõe ꝓmoneo ꝙ ĩ prĩcipijs libroꝝ eatẽ semꝑ ãnectẽs rogo: vt vbicũq̃ sẽꝑ ꝑcedẽtes virgulas videritis:sciatis:ea que subiecta sũt ĩ hebraicis volumĩbꝫ nõ haberi. Porro vbi stelle ẏmago ꝑfulserit.ex hebꝛeo ĩ sermõe nr̃o addita sũt. Necñ ꝙ illa q̃ haberi videbãt. ꝙ ita coꝛrupta erãt vt sensũ legentibꝫ tollerẽt orãtibꝫ vob̃ magno labore coꝛrexi : magis vtile qđ ex odio meo eccleſijs xp̃i vẽturũ ratus. q̃ ex alioꝝ negotio.

Explĩciunt prologi. Incipit liber Job

VIr erat in terra hus nomine iob. Et erat vir ille simplex et rectus ac timēs deum: ⁊ recedens a malo. Natiq; sunt ei septem filij. et tres filie. Et fuit possessio eius septem milia ouium. et tria milia camelox: quingenta q̄; iuga boū ⁊ quingēte azine: ac familia multa nimis. Eratq; vir ille magnus inter oēs oriētales. Et ibāt filie eius ⁊ faciebant cōuiuium p̄ domos. vnusquisq; in die suo. Et mittentes vocabāt tres sorores suas: vt comederent ⁊ biberent cum eis. Cunq; in orbem transisset dies conuiuij mittebat ad eos iob et sanctificauit illos: consurgensq; diluculo offerebat olocausta p̄ singulos. Dicebat enī. Ne forte peccauerint filij mei: et benedixerint deo in cordib⁹ suis. Sic faciebat iob cunctis diebꝫ. Quadā autē die cū venissēt filij dei vt assisterent coram domino: affuit inter eos etiā sathaz. Cui dixit domin⁹. Unde venis: Qui rñdēs ait. Circuiui terrā ⁊ pambulaui eam. Dixitq; domin⁹ ad euz. Nūq̄d considerasti seruū meum iob q̄ non sit ei similis ī terra: homo simplex et rect⁹ ⁊ timens deuz ac recedens a malo: Cui respondens sathan ait. Nunquid frustra timet iob deum: Nonne tu vallasti eum ac domū eius: vniuersamq; substanciaz p̄ circuituz: Operib⁹ manuū eius benedixisti: ⁊ possessio eius creuit in terra. Sed extende paululū manū tuaz ⁊ tange cuncta que possidet: nisi in faciez benedixerit tibi. Dixit ergo dominus ad sathan. Ecce vniuersa que habet in manu tua sunt: tantū ī eo ne extendas manū tuam. Egressusq; est sathan a facie domini. Cum autem quadam die filij ⁊ filie eius comederent ⁊ biberent vinum ī domo fratris sui primogeniti: nūcius venit ad iob qui diceret. Boues arabant et azine pascebantur iuxta eos: ⁊ irruerunt sabei tuleruntq; oīa et pueros percusserunt gladio: et euasi ego solus vt nūciarez tibi. Cunq; adhuc ille loquereť. veīt alter ⁊ dixit. Ignis dei cecidit e celo: ⁊ tactas oues pueroſq; consumpsit: ⁊ effugi ego solus vt nūciarez tibi. Sed ⁊ adhuc illo loquēte venit alius ⁊ dixit. Chaldei fecerunt tres turmas et inuaserunt camelos ⁊ tulerunt eos: necnon et pueros percusserunt gladio: ⁊ ego fugi solus vt nunciarem tibi. Adhuc loquebatur ille: ⁊ ecce alius intrauit ⁊ dixit. Filijs tuis et filiab⁹ vescentibus et bibentibus vinum in domo fratris sui primogeniti. repente vent⁹ vehemēs irruit a regione deserti et concussit quatuor angulos domus: que corruēs oppressit liberos tuos. ⁊ mortui sunt: ⁊ effugi ego solus vt nunciarem tibi. Tunc surrexit iob. ⁊ scidit vestimenta sua: ⁊ tonso capite corruens in terram adorauit et dixit. Nudus egressus sum de vtero matris mee: ⁊ nudus reuertar illuc. Domin⁹ dedit dominus abstulit: sicut domino placuit ita factum est: sit nomen domini benedictum. In omnibus hijs non peccauit iob labijs suis: neq; stultum quid contra deuz locutus est.

Capitulum. II.

FActum est autē cū quadaz die venissent filij dei et starent coram domino. venisset q̄; sathan inter eos et staret in conspectu eius: vt diceret dominus ad sathan. Unde venis: Qui respōdens ait. Circuiui terram et perambulaui eam. Et dixit dominus ad sathan. Nunq̄d cōsideraſti seruuz meum iob q̄ nō sit ei similis ī terra. vir simplex ⁊ rectus ⁊ timēs deum ac recedēs a malo: ⁊ adhuc retinens innocentiā: Tu aūt p̄mouisti me aduers⁹ eum: vt affligerē eū frustra. Cui rñdēs sathan ait. Pellē p̄ pelle: ⁊ cūcta q̄ habet hō dabit p̄ aīa sua. Alioq̄n mittē manū tuaz ⁊ tange os ei⁹. ⁊ carnem: et tūc videbis qđ in faciē benedicat tibi. Dixit ergo dñs ad sathan. Ecce ī manu tua ē: verūtamē aīam illi⁹ serua. Egressus igit̄ sathan a facie domini p̄cussit iob vlcere pessimo: a plāta pedis vsq; ad verticē ei⁹. Qui testa saniē radebat: sedēs ī sterq̄linio. Dixit aū illi vx̄or sua. Adhuc tu p̄manes ī simplicitate tua: benedic deo ⁊ morere. Qui ait ad illā. Quasi vna de stultis mulieribus locuta es: Si bona suscepim⁹ de manu dñi: mala q̄re nō sustineam⁹. In oīb⁹ hijs ñ peccauit iob labijs suis. Igit̄ audientes tres amici iob oīe maluz qđ accidisset ei venerūt singuli de loco suo: eliphaz themanites et baldad suites ⁊ sophar naamathites. Cōdixerāt enī sibi: vt pit̄r venientes visitarēt euz ⁊

consolarentur. Cũq; eleuassẽt ꝓcul oculos suos: nõ cognouerũt euz. Et exclamantes plorauerũt: scissisq; vestibꝫ sparserunt puluerẽ sup caput suũ ī celũ. Et sederũt cũ eo ī terra septẽ diebꝫ ꝛ septez noctibꝫ: ꝛ nemo loq̃bat ei verbum. Videbant enī dolorẽ eẽ vehementem.

Capituluz. III.

POst hec aperuit iob os suum: ꝛ maledixit diei suo: ꝛ locutus est. Pereat dies in qua natus sum: ꝛ nox in qua dictum est conceptus est homo. Dies illa vertat̃ in tenebras. Nõ requirat euz de⁹ desup et nõ sit in recordatiõne nec illustret lumĩe. Obscurent eũ tenebre ꝛ vmbra mortis. Occupet eũ caligo ꝛ ĩuoluat̃ amaritudine. Noctẽ illã tenebrosus turbo possideat. Nõ ꝓputet̃ ī diebꝫ anni nec numeretur in mensibꝫ. Sit nox illa solitaria: nec laude digna. Maledicãt ei qui maledicant diei: q̃ pati sũt suscitare leuiathan. Obtenebrent̃ stelle caligine eiꝰ. Expectet lucem et ñ videat: nec ortuz surgẽtis aurore. Quia ñ ꝓclusit hostia vẽtris q̃ portauit me: nec abstulit mala ab oculis meis. Quare non ī vulua mortuus sũ: egressus ex vtero nõ statim perij? Quare exceptꝰ genibꝫ: cur lactatꝰ uberibꝫ? Nũc eī dormiẽs silerẽ. ꝛ somno meo requescerẽ cũ regibꝫ ꝛ ꝓsulibꝫ terre. q̃ edificãt sibi solitudies: aut cũ pricipibꝫ q̃ possidẽt auꝝ: ꝛ replẽt domos suas argento. Aut sicut abortiuũ absc̃ditũ ñ subsisterẽ: vl̃ q̃ cepti ñ viderũt lucẽ. Ibi impij cessauerũt a tumultu: ꝛ ibi requeuerũt fessi robore: ꝛ quõdã vincti pitez sine molestia. Nõ exaudierũt vocẽ exactoris. Paruus et magnus ibi sunt: ꝛ seruus et liber a domino suo. Quare misero data est lux. et vita bijs qui in amaritudine anime sunt? Qui expectant mortẽ et non venit: quasi effodientes thesaurum: gaudentq; vehementer cũ inuenerint sepulcrum. Viro cuius abscondita est via: ꝛ circũdedit eum deus tenebris. Anteq̃ comedam suspiro. et quasi inundantes aque sic rugitus meus: q̃a timor quẽ timebam euenit mihi: ꝛ qõ verebar accidit. Nonne dissimulaui? Nonne silui? Nonne quieui? Et venit super me indignatio.

Capitulum .IIII.

REspondẽs autẽ heliphas themanites dixit. Si ceperim⁹ loqui tibi: forsitan moleste accipies. Sed cõceptũ sermonẽ q̃s tenere poterit. Ecce docuisti plurimos: et manus lassas roborasti. Vacillantes confirmauerunt sermões tui: et genua trementia ꝓfortasti. Nũc autem venit sup te plaga et defecisti: tetigit te ꝛ ꝓturbat̃ es. Vbi timor tuus. fortitudo tua. ꝛ pacientia tua: ꝛ pfectõ viarũ tuarꝫ. Recordare obsecro te. q̃s vnq̃ innocẽs periit: aut quãdo recti deleti sunt? Quinpotius vidi eos qui operantur iniquitatem et seminant dolores ꝛ metũt eos flãte deo periisse: ꝛ spiritu ire eius eẽ ꝓsumptos. Rugitus leonis ꝛ vox leene· ꝛ dentes catulorum leonum ꝓriti sunt. Tigris periit eoq; non haberet p̃daz: ꝛ catuli leonis dissipati sũt. Porro ad me dictũ ẽ verbuz absconditũ: et quasi furtiue suscepit auris mea venas susurrij eius. In horrore visionis nocturne q̃n solet sopor occupare hoĩnes pauor tenuit me ꝛ tremor: ꝛ oĩa ossa mea p territa sũt. Et cũ spũs me p̃ter trãsiret: inhorruerũt pili carnis mee. Stetit q̃dã cuius nõ agnoscebam vultuz: ymago corã oculꝰ meis: ꝛ vocẽ q̃si aure lenis audiui. Nunq̃d hõ dei ꝓpatõe iustificabit̃: aut factore suo purior erit vir? Ecce qui seruiũt ei nõ sũt stabiles: ꝛ ī angelis suis reperit p̃uitatez. Quãtomagis hij q̃ habitãt domos luteas q̃ terrenũ habẽt fundamẽtũ ꝓsumẽt̃ velut a tinea: ỏ mane vsq; ad vespã succidẽt̃: et quia nullus intelligit ineternũ pibũt. Qui aũt reliqui fuerint auferent̃ ex eis: moriẽtur et non in sapientia.

Capitulum .V.

VOca ergo si est qui respõdeat: ꝛ ad aliquem sanctoruz cõuertere. Virum stultum interficit iracũdia: ꝛ puulum occidit inuidia. Ego vidi stultuz firma radice: et maledixi pulcritudini eiꝰ statim. Longe fient filij eius a salute: ꝛ cõterent̃ in porta: et nõ erit qui eruat. Cuiꝰ messez famelicus ꝓmedet: ꝛ ipsũ rapiet armatꝰ: ꝛ bibent sitientes diuicias eius. Nihil in terra sine causa fit: ꝛ de humo nõ orietur dolor. Homo ad laborem nascit̃: ꝛ auis ad volandũ. Quamobrez ego dep̃cabor dñm: et ad deum ponam eloquium meum. Qui facit magna et inscrutabilia: et mirabilia

abſq; numero. Qui dat pluuiã ſup faciem
terre: et irrigat aquis vniuerſa. Qui po-
nit humiles in ſublime: ⁊ merentes erigit
ſoſpitate. Qui diſſipat cogitatõnes mali-
gnoꝝ: ne poſſint implere manꝰ eoꝝ quod
ceperant. Qui apprehẽdit ſapientes ĩ aſtu-
tia eoꝝ: ⁊ ꝓſiliũ prauoꝝ diſſipat. Per diez
incurrẽt tenebras: ⁊ q̃ſi in nocte ſic palpa
bũt in meridie. Pauperu ſaluũ faciet egenuz
a gladio oris eoꝝ: ⁊ ỏ manu violenti pau
pem. Et erit egeno ſpes: iniquitas aũt cõ-
trahet os ſuũ. Beatus hõ q̃ corripit̃ a do-
mino. Increpatiõez ergo dñi ne reprobes:
qꝫ ipſe vulnerat ⁊ medet̃: percutit et manus
eius ſanabunt. In ſex tribulatõibꝫ libera-
bit te: ⁊ ĩ ſeptima nõ tanget te maluz. In
fame eruet te ỏ morte: ⁊ in bello de manu
gladij. A flagello lingue abſconderis: ⁊ nõ
timebis calamitatẽ cũ venerit. In vaſtita
te ⁊ fame ridebis: ⁊ beſtias terre nõ formi-
dabis. Sed cũ lapidibꝫ regionũ pactũ tu-
um: ⁊ beſtie terre pacifice erũt tibi. Et ſci-
es q̃ pacem habeat tabernaculũ tuũ: ⁊ vi-
ſitãs ſpẽm tuam nõ peccabis. Scies q̃ q̃-
niã multiplex erit ſemẽ tuũ: ⁊ pgenies tua
quaſi herba terre. Ingredieris ĩ abundan
cia ſepulcrũ ſicut inferẽ aceruus tritici: ĩ
tpe ſuo. Ecce hoc vt inueſtigauim⁹ ita ẽ:
audituũ mẽte ptracta. ¶ Capitulũ. VI.

Respondens aũt iob dixit. Utinam
appenderent̃ peccata mea q̃bꝫ iraz
merui: ⁊ calamitas quã pacioꝝ in
ſtatera: quaſi arena maris hec grauioꝝ ap
paret. Unde ⁊ verba mea doloꝝe ſunt ple-
na: qꝫ ſagitte domini ĩ me ſũt. q̃ruz ĩbiḡcõ
ebibit ſpiritum meum: ⁊ terroꝝes domini
militant cõtra me. Nũquid rugiet onager
cũ habuerit herbam: aut mugiet bos cum
ãte p̃ſepe plenũ ſtetẽrit? Aut poterit ꝓme
di inſulſũ: q̃d nõ ẽ ſale cõditũ? Aut poteſt
aliquis guſtare: q̃d guſtatũ affert morte?
Anime em̃ eſurienti etiã amara dulcia eẽ
videnẽ. Que prius nolebat tãgere anima
mea: nũc p̃ ãguſtia cibi mei ſunt. Quis det
vt veniat peticio mea. ⁊ q̃d expecto tribu-
at mihi de⁹: ⁊ q̃ cepit ipe me cõterat? Sol-
uat manũ ſuam ⁊ ſuccidat me: ⁊ hec mihi
ſit ꝓſolatõ vt affligẽs me doloꝝe nõ pcat:
nec ꝓtradicã ſermonibꝫ ſancti. Que eſt eĩ
foꝝtitudo mea vt ſuſtineaz: aut quis finis
me⁹ vt pacienter agã? Nec foꝝtitudo lapi-
dum foꝝtitudo mea: nec caro mea enea ẽ.
Ecce nõ ẽ auxiliũ mihi ĩ me ⁊ neceſſarij q̃bꝫ
mei receſſerunt a me. Qui tollit ab amico
ſuo miſericordiã: timoꝝẽ dñi derelinq̃t. Fra
tres mei p̃terierũt me: ſicut torꝝẽs q̃ raptĩ
tranſit in cõuallibꝫ. Qui timẽt pruinã: ir-
ruet ſup eos niꝫ. Tẽpoꝝe q̃ fuerit diſſipati
peribũt: ⁊ vt incaluerit ſoluẽt̃ ỏ loco ſuo.
Inuolute ſunt ſemite greſſuũ eoꝝ: ãbula-
bunt in uacuũ et pibunt. Cõſiderate ſemi-
tas theman itinera ſaba: ⁊ expectate pau-
liſper. Cõfuſi ſunt: qꝫ ſperaui. Uenerũt q̃bꝫ
vſq; ad me: et pudoꝝe cooperti ſunt. Nunc
veniſtis: et modo videntes plagaz meã ti-
metis? Nũquid dixi afferte mihi. et de ſub-
ſtãcia vẽa donate mihi: vel liberate me ỏ
mãu hoſtis ⁊ ỏ mãu robuſtoꝝ eruite me?
Docete me ⁊ ego tacebo: ⁊ ſi q̃d foꝝte igno
raui inſtruite me. Quare detraxiſtis ſermo
nibꝫ veritatis: cũ e vobis null⁹ ſit q̃ poſſit
arguere me? Ad increpandũ tm̃ eloq̃a cõ-
cinatis: ⁊ inuentũ verba pfertis. Sup pu
pillũ irruitis: ⁊ ſubuertere nitimini amicũ
vr̃m. Uerũtam̃ q̃d cepiſtis expletẽ. Prebe-
te aurẽ: ⁊ videte an menciar. Rñdete obſe-
cro abſq; cõtencõe: ⁊ loquẽtes id q̃d iuſtũ
eſt iudicate. Et nõ ĩuenietis ĩ lingua mea
iniquitatẽ: nec in faucibꝫ meis ſtultitia
perſonabit. ¶ Capitulũ. VII

Militia eſt vita hominis ſup terrã:
et ſicut dies mercẽnarij dies eius.
Sicut ſeru⁹ deſiderat vmbrã et ſi-
cut mercẽnari⁹ p̃ſtolatur finez operis ſui:
ſic et ego habui menſes vacuos: et noctes
laboꝝioſas enumerauí mihi. Si dormiero
dicã q̃n conſurgã: ⁊ rurſum expectabo ve-
ſperã ⁊ repleboꝝ doloꝝibꝫ vſq; ad tenebras
Induta ẽ caro mea putredine ⁊ ſordibus
pulueris: cutis mea aruit et contracta ẽ.
Dies mei velociꝰ trãſierũt q̃ a texẽte tela
ſuccidit̃: ⁊ ꝓſũpti ſũt abſq; vlla ſpe. Memẽ
to qꝫ vẽt⁹ eſt vita mea: ⁊ nõ reuertet̃ ocu-
lus meus vt videat bona: nec aſpiciet me
viſus homis. Oculi tui ĩ me: ⁊ nõ ſubſiſtã.
Sicut conſumit̃ nubes et ptranſit. ſic qui
deſcẽderit ad iferos ñ aſcẽdet: nec reuertet̃
vltra ĩ domũ ſuã: neq; cognoſcet eũ ampli
us locꝰ eiꝰ. Quapropter et ego nõ pcã ori
meo: loq̃r ĩ tribulatõe ſpũs mei: cõfabula
boꝝ cũ amaritudĩe aĩe mee. Nũq̃d mare e-
go ſũ aut cet⁹: qꝫ circũdediſti me carcere?

Si dixero ꝓsolabit̄ me lectulus me⁹ ⁊ releuabor loquēs mecū in stratu meo: terrebis me ꝑ somnia: et ꝑ visiones horrore cōcucies. Quāobrē elegit suspendiū aīa mea: ⁊ mortē ossa mea. Desꝑaui. Neq̄q̄ vltra iā viuaz. Parce mihi dñe. nihil em̄ sūt dies mei. Quid est hō qz magnificas eū: aut q̄d apponis erga eū cor tuū? Visitas eū diluculo: ⁊ subito ꝓbas illū. Vsq̄q̄ non ꝑcis mihi: nec dimittis me vt glutiam saliuam meam? Peccaui. Quid faciā tibi. o custos hoīm? Quare posuisti me ꝓt̄riū tibi: ⁊ factus sū mihimetipi ḡuis? Cur ñ tollis peccatū meū: ⁊ ār̄e nō aufers iniq̄tatē meā? Ecce nūc in puluere dormiā. ⁊si mane me quesieris nō subsistam. Capi. VIII.

Respondens aūt baladath suites dixit. Vsq̄quo loq̄ris talia: ⁊ spirit⁹ multiplex ꝓmōis oris tui? Nunq̄d deꝰ supplātat iudiciū: aut oīpotēs subuertit qd̄ iustū est? Eciāsi filij tui peccauer̄t ei ⁊ dimisit eos ī manu iniq̄tatis sue: tu tñ si diluculo ꝓsurrexeris ad deū ⁊ oīpotentē fueris deꝑcatus. si mūdus ⁊ rectus īcesseris statī euigilabit ad te: et pacatū reddet habitaculū iustīcie tue: intm̄ vtsi ꝓtera tua fuerint ꝑua: ⁊ nouissima tua mltiplicent nimis. Inꝛroga em̄ generatōz pristinā et diligent̄ inuestiga p̄m memoriaz: hesterni q̄ꝑe sum⁹ et ignoram⁹: qm̄ sicut vmbra dies nr̄i sūt sup ter̄raz: ⁊ ipi docebūt te. Loquent̄ tibi: ⁊ de corde suo ꝓferent eloquia. Nunq̄d virere ꝑt̄ scirpus absq̄ hūore: aut crescere carectū sine aq̄? Cuz adhuc sit in flore nec carpat̄ manu añ oēs herbas arescit: sic vie oīm q̄ obliuiscūt̄ deū: et spes ypocrite ꝑibit. Nō ei placebit vecordia sua ⁊ sicut tela araneaꝝ fiducia eius. Innit̄et sup domū suaz ⁊ nō stabit: fulciet eā ⁊ nō ꝓsurget. Humectus videt̄ antēq̄ veniat sol: et ī ortu suo germen eius egredier̄. Sup aceruum petraꝝ radices eius densabuntur: et inter lapides commorabit̄. Si absorbuerit eum de loco suo: negabit eum et dicet. Nō noui te. Hec est em̄ leticia vie eius: vt rursuz de ter̄a alij germinēt̄. Deus nō ꝓiciet simplicē: nec porriget malū malignis: donec impleat̄ risu os tuū: ⁊ labia tua iubilo. Qui oderūt te induent̄ confusione: et tabnaculū impioꝝ nō subsistet.

Capitulum. IX.

Et respondēs iob ait. Vere scio q̄d ita sit: et q̄ nō iustificet̄ homo cōpositus deo. Si voluerit contendere cū eo: non poterit respondere ei vnū ꝓ mille. Sapiens corde est: et fortis robore. Quis restitit ei: ⁊ pacē habuit? Qui transtulit montes: et nescierunt hij quos subuertit in furore suo. Qui ꝓmouet terram de loco suo: et columne eius concucientur. Qui precipit soli et non oritur: et stellas claudit q̄si sub signaculo. Qui extendit celos solus: ⁊ graditur sup fluctus maris. Qui facit arctuꝝ ⁊ oriona et hijadas: et interiora austri. Qui facit magna et inscrutabilia: et mirabilia quoꝝ nō est numerus. Si venerit ad me nō videbo eū: si abierit non intelligam. Si repente interroget: quis respondebit ei? vel quis dicere potest cur facis? Deus cui⁹ ire nemo resistere ꝑt̄: et sub q̄ curuant̄ qui portant orbez. Quātus ḡ sum ego vt respondeā ei: et loq̄r verbis meis cū eo? Qui eciazsi habuero quippiaz iustū non rñdebo: sed meū iudicez deꝑcabor: ⁊ cū inuocantē me exaudierit: non credo q̄ audierit vocem meaz. In turbine em̄ ꝓteret me: ⁊ multiplicabit vulnera mea eciaz sine causa. Non ꝓcedit req̄escere spirituz meū: ⁊ implet me amaritudīb⁹. Si fortitudo querit̄ robustissimus est. Si eq̄tas iudicij: nemo audiet ꝑ me testimonium dicere. Si iustificare me voluero: os meū ꝓdemnabit me. Si innocentē ostendero: ꝑuuz me ꝓbabit. Eciamsi simplex fuero. hoc ipm̄ ignorabit anima mea: ⁊ tedebit me vite mee. Vnuz est q̄d̄ locutus sū: ⁊ īnocentē ⁊ impiū ipse cōsumit. Si flagellat occidat semel: ⁊ nō de penis innocentū rideat. Terra data est in man⁹ impij: vultū iudicū eius opit. Qd̄si nō ille est. q̄s ergo ē? Dies mei velociores fuerūt curſore. fugerūt ⁊ ñ viderūt bonū. Pertransier̄t q̄si naues poma portantes: sicut aq̄la volans ad escā. Cū dixero neq̄q̄ ita loq̄r. ꝓmuto facie mea: ⁊ dolore torqueor. Verebar oīa opa mea: sciēs q̄ ñ ꝑceres delinq̄nti. Si aūt ⁊ sic īpius suz. ār̄e frustra laborauī? Sic lotus fuero q̄si aq̄s niuis. ⁊ fulserint velut mūdissime manus mee: tñ sordib⁹ tingues me: ⁊ aboīabunt̄ me vestim̄ta mea. Neq̄ eī viro q̄ sil̄is mei est rñdebo: nec qui mecuz in iudicio ex eq̄

possit exaudiri. Non est qui utrūq; valeat arguere: et ponere manū suā in ambobꝫ. Auferat a me virgā suā: et pauor eius nō me terreat. Loquar: ⁊ nō timebo eū. Neq; em̄ possum metuens rñdere. ¶ Capi. X.

Tedet aiam meā vite mee: dimittā aduersum me eloquiū meū. Loq̄r ī amaritudine aīe mee: dicaꝫ deo. noli me cōdemnare. Indica mihi: cur me ita iudices: Nunq̄d bonū tibi videt̄ si calumnieris me ⁊ opprimas me. opus manuum tuaꝝ: ⁊ ꝓsilium impiorꝫ adiuues: Nūquid oculi carnei tibi sūt: aut sicut videt homo et tu videbis: Nunq̄d sicut dies hominis dies tui. et anni tui sicut hūana sūt tempora: ut queras iniq̄tatem meā ⁊ peccatum meū scruteris: Et scias quia nihil impium fecerim. cū sit nemo qui de manu tua possit eruere. Manus tue fecerūt me et plasmauerūt me totū in circuitu: et sic repente p̄cipitas me. Memēto queso q̄ sicut lutum feceris me: et in puluerē reduces me. Nōne sicut lac mulsisti me. ⁊ sicut caseum me coagulasti: Pelle ⁊ carnibꝫ vestisti me: ossibꝫ et neruis ꝓpegisti me. Vitam et misericordiā tribuisti mihi: et visitatio tua custodiuit spiritus meū. Licet hec celes in corde tuo: tñ scio q̄ vniuersorum memineris. Si peccaui ⁊ ab hora mea pepercisti mihi: cur ab iniq̄tate mea mundū me esse nō pateris: Etsi impius fuero ve mihi est: ⁊si iustus nō leuabo caput. saturatus afflictione ⁊ miseria. Et q̄ter superbiam q̃si leenaꝫ capies me: reuersusq; mirabilit̄ me crucias. Instauras testes tuos ꝓtra me. et multiplicas irā tuā aduersum me: ⁊ pene militant ī me. Quare de vulua eduxisti me: Qui utinā ꝓsumptus eē̄m ne ocul⁹ me videret. Fuissez q̃si qui nō essez: de utero trāslatus ad tumulū. Nunq̄d non paucitas dieꝫ meoꝝ finiet̄ breui: Dimitte ḡ me ut plangā paululū doloꝛē meū añq̄ vadaꝫ ⁊ nō reuertar ad terrā tenebrosā et optam mortis caligine: tram miserie ⁊ tenebraꝫ: ubi umbra mortis ⁊ null⁹ ordo. sz sempit̄nus horror ihabitans ¶ Ca. XI.

Respondens aut̄ sophar naamathites dixit. Nunq̄d qui multa loquitur non audiet: aut vir verbosus iustificabit̄: Tibi soli tacebunt homines: et cū ceteros irriseris a nullo ꝓfutaberis. Dixisti em̄. Purus est ſmo meus: et mundus sum ī ꝓspectu tuo. Atz utinā de⁹ loq̄ret̄ tecū ⁊ aperiret labia sua tibi: ut oñderet tibi secreta sapie et q̄ multiplex esset lex eius: ⁊ intelligēs q̄ multomior exigaris ab eo q̄ meret̄ iniq̄tas tua. Forsitan vestigia dei ꝓphendes: et usq; ad pfectū omnipotentē repies: Excelsior celo est. Et q̄d facies: Profundior iferno: ⁊ vñ ꝓgnosces: Lōgior tra mēsura ei⁹: et latior mari. Si subuerterit oīa vel ī vnū coartauerit. q̄s p̄dicet ei: vel q̄s dicē ei p̄ cur ita facis: Ipse em̄ nouit hoīm vanitatē: ⁊ videns iniq̄tatem. nōne ꝓsiderat: Vir vanus ī supbiaz erigit̄. et tanq̄ pullū onagri se liber natū putat. Tu aut̄ firmasti cor tuū ⁊ expādisti ad eū man⁹ tuas. Si iniq̄tatez q̄ est ī manu tua abstuleris a te ⁊ nō māserit ī tabernaculo tuo iiusticia: tunc leuare poteris faciē tuā absq; macula: ⁊ eris stabilis ⁊ nō timeb̄. Miserie q̄z obliuiscerīs: ⁊ q̃si aq̄ruz q̄ preterierūt nō recordaberis: ⁊ q̃si meridian⁹ fulgor ꝓsurget tibi ad vespaz. Et cū te ꝓsumptū putaueris orieris ut lucifer: ⁊ habebis fiduciā ꝓposita tibi spe: ⁊ defossus securus dormies. Requiescēs ⁊ nō erit qui te exterreat: et deprecabunt̄ faciez tuā plurimi. Oculi aut̄ impiorꝫ deficient: ⁊ effugiū pibit ab eis: ⁊ spes illorꝫ aboīatio aīe. Ca. XII.

Respondens autem iob dixit. Ergo vos estis soli homines: et vobiscū orie⁹ sapiencia: Et mihi est cor sicut et vobis: nec īferior vestri sum. Quis em̄ hec que nostis ignorat: Qui deridetur ab amico suo sicut ego: inuocabit deum et exaudiet eū. Deridet̄ ei iusti simplicitas: lampas ꝓtempta apud cogitationes diuitum: pata ad tempus statutū. Abundant tabernacula predonū: et audacter ꝓuocāt deū: cum ipse dederit oīa in manus eoꝝ. Nimiꝝ interroga iumēta et docebunt te: ⁊ volatilia celi et indicabunt tibi. Loquere terre et respondebit tibi: et narrabunt ea pisces maris. Quis ignorat q̄ oīa hec manus dñi fecit: In cui⁹ manu aīa oīs viuētis: ⁊ spūs vniuerse carnis hoīs. Nonne auris vba dijudicat: ⁊ fauces ꝓmetēt̄is saporez: In antiq̄s est sapiencia: ⁊ in multo tpe prudēcia. apud ipm̄ est sapīa ⁊ fortitudo: et ipe habet ꝓsiliuz ⁊ intelligenciā. Si destruxerit nemo est q̄ edificet: si īcluserit

boīez nullus est q̄ apiat. Si ꝓtinuerit aq̄s oīa siccabuntur: si emiserit eas subuertēt t̄raz. Apud ipm̄ ē fortitudo ꝙ sapiēcia. Ipe nouit ꝙ decipientē: ꝙ eum q̄ decipit̄. Adducit ꝓsiliarios in stultū finē: ꝙ iudices ī stupozē. Baltheū regū dissoluit: ꝙ p̄cingit fune renes eoz. Ducit sacerdotes īglorios: ꝙ optimates subplantat. Commutās labiuz veratium: ꝙ doctrinā senum auferens. Effundit despectionez sup̄ principes: et eos q̄ oppressi fuerāt reuelans. Qui reuelat profunda de tenebris: ꝙ pducit in lucē vmbraz mortis. Qui mltiplicat gentes ꝙ pdit eas: et subuersas in integz restituit. Qui īmutat coz principū pli t̄re: ꝙ decipit eos vt frustra incedant p̄ inuium. Palpabūt q̄si in tenebris et nō in luce: ꝙ errare eos faciet quasi ebrios. ¶ Capi. XIII.

Ece oīa hec vidit oculus meus ꝙ audiuit auris mea: ꝙ intellexi singula. Secundū scienciam vrām et ego noui: nec īferioz vestri sum. Sedtī ad oīpotentē loquar: ꝙ disputare cū deo cupio: prius vos ostendens fabricatores mēdacij et cultores puersoz dogmatuz. Atq̄ vtinaz taceretis: vt putaremini sapientes esse. Audite ergo correptōnes meas: ꝙ iudicium labiozum meoz̄ attendite. Nūquid deus indiget vestro mendacio: vt p̄ illo loquamini dolos? Nunq̄d faciez eius accipitis: et p̄ deo iudicare nitimini? Aut placebit ei quez celare nihil potest: aut decipiet vt homo vestris fraudulētijs? Ipse vos arguet: qm̄ in abscondito faciez eius accipitis. Statim vt se ꝓmouerit turbabit vos et terroz ei? irruet sup̄ vos. Memoria vr̄a ꝓpabit̄ cineri: et redigent̄ in lutum cerui-ces vr̄e. Tacete paulisper: vt loq̄r quodcunq̄ mihi mens suggesserit. Quare lacero carnes meas dentibz meis: et aīam meā pozto ī manibz meis? Eciāsi occiderit me: in ipso sperabo. Verūtamen vias meas in ꝓspectu eius arguam: et ipse erit saluatoz meus. Non em̄ veniet ī ꝓspectu eius oīs ypocrita. Audite sermonez meum: et enigmata pcipite auribz vr̄is. Si fuero iudicatus: scio q̄ iustus inueniar. Quis ē qui iudicet̄ mecū? Veniat. Quare tacens consumoz? Duo tm̄ ne facias mihi: et tūc a facie tua non abscondar. Manū tuam longe fac a me: et formido tua non me terreat. Voca me et respondebo tibi: aut certe loquar: ꝙ tu rñde mihi. Quātas habeo iniq̄tates et pcā. scelera mea et delicta ostende mihi. Cur faciē tuaz abscondis: et arbitraris me inimicū tuuz? Cont̄ folium qđ vento rapit̄ ostendis potenciam tuam: et stipulā siccaz p̄sequeris. Scribis em̄ cont̄ me amaritudies: ꝙ ꝓsumere me vis pcīs adolescencie mee. Posuisti in neruo pedez meū: ꝙ obseruasti oīes semitas meas: ꝙ vestigia pedum meoz̄ ꝓsiderasti. Qui q̄si putredo ꝓsumēdus sū: ꝙ q̄si vestimentū quod ꝓmedit̄ a tinea. Hō natus de mliere breui viuens tpe: repletur multis miserijs. Qui q̄si flos egredit̄ ꝙ ꝓterit̄: ꝙ fugit velut vmbra: ꝙ nunq̄ in eodez statu pmanet. Et dignū ducis sup̄ huiuscemodi apire oculos tuos: et adducere eum tecū in iudicium? Quis p̄ facere mūdum de īmundo ꝓceptū semine? Nōne tu q̄ solus es? ¶ Ca. XIIII.

Breues dies hominis sunt: numerus mensiū eius apud te est. Constituisti terminos eius q̄ preteriri non poterunt. Recede paululum ab eo vt quiescat: donec optata veniant sicut mercennarij dies eius. Lignū habet spem. Si precisum fuerit. rursuz virescit: ꝙ rami ei? pullulant. Si senuerit in terra radix ei? et in puluere emoztu? fuerit trūcus illius: ad odorem aque germinabit: et faciet comam q̄si cum primū plantatuz est. Homo vero cum mortuus fuerit et nudatus atq̄ ꝓsumptus: vbi queso est? Quō si recedant aque de mari ꝙ fluui? vacuus factus arescat: sic homo cū dormierit: non resurget. Donec atterat̄ celum non euigilabit: nec ꝓsurget de somno suo. Quis mihi hoc tribuat vt ī inferno p̄tegas me et abscondas me donec ptranseat furoz tuus: ꝙ ꝓstituas mihi tempus in quo recorderis mei? Putasne mortuus homo rursum viuet? Cunctis diebz quibz nūc milito: expecto donec veniat īmutatio mea. Vocabis me et ego rñdebo tibi. Operi manuū tuaz̄ porriges dexterā. Tu quidez gressus meos dinumerasti: sed parce pcīs meis. Signasti q̄si in sacculo delicta mea: sed curasti iniq̄tatem meā. Mons cadens defluit: ꝙ saxum transferet̄ de loco suo. Lapides excauāt aque: et alluuione paulatim t̄ra ꝓsumit̄: ꝙ homines g̃ similiter pdes. Roborasti eū paululū: vt

in ꝑpetuū transiret. Immutabis faciē ei⁹: et emittes eū. Siue nobiles fuerīt filij ei⁹ siue ignobiles: non intelliget. Attñ caro eius dum viuet dolebit: et aīa illius super semetipso lugebit. ¶ Capitulum. XV.

REspondit aūt eliphaz themanites dixit. Nunqd sapiens rñdebit ąsi inuentū loquens: ⁊ implebit ardore stomachū suū? Arguis verbis eū qui nō est eq̄lis tibi ⁊ loqueris qđ tibi ñ expedit. Quantū in te ē euacuasti timorē: et tulisti preces coꝝ deo. Docuit eñ iniquitas tua os tuū: et imitaris linguā blasphemantium. Condemnabit te os tuū et non ego: et labia tua rñdebunt tibi. Nunqd primꝰ homo tu natus es. et ante colles formatus? Nunquid ꝯsilium dei audisti: ⁊ inferior te erit eius sapiencia? Quid nosti qđ ignoremus: quid intelligis qđ nesciamus? Et senes et antiqui sunt in nobis: multoue tustiores q̄ patres tui. Nūquid grande est vt consolet̄ te deus? Sed verba tua ꝑua hoc ꝓhibent. Quid te eleuat cor tuū: et quasi magna cogitās attonitos habes oculos? Quid tumet ꝓtra deum spūs tuus: vt proferas de ore tuo huiuscemodi sermones? Quid est homo vt īmaculatus sit: ⁊ vt iustus appareat natus de muliere? Ecce inter sanctos eius nemo īmutabilis. et celi non sunt mūdi in ꝓspectu ei⁹: ąntomagis abomīabilis ⁊ inutilis homo q̄ bibit ąsi aquā iniquitatē. Ostendaz tibi audi me: qđ vidi narrabo tibi. Sapientes ꝓfitent̄: ⁊ nō abscondunt pīes suos. Quibꝫ solis data est terra: et nō transiuit alienus ꝑ eā. Cūctis diebꝫ suis impius superbit: et numerus annoꝝ incertus est tyrānidis eius. Sonitus horroris semp in auribꝫ illius: et cuz pax sit ille semp insidias suspicat̄. Nō credit q̄ reuerti possit de tenebris ad lucez circūspectans vndiq̄ gladium: cum se mouerit ad querendū panez. Nouit q̄ ꝑatus sit ī manu eius tenebraꝝ dies. Terrebit eū tribulatio: et angustia vallabit eū sicut regez q̄ ꝓpar̄ ad preliū. Tetendit aduersus deū manū suā: et ꝓtra omnipotentē roborat⁹ est. Cucurrit aduersus eū erecto collo: et pingui ceruice armatus est. Operuit faciem eius crassitudo: ⁊ de lateribꝫ eius aruina dependet. Habitauit in ciuitatibꝫ desolatis: ⁊ in domibꝫ desertis que in tumulos sunt redactę. Nō ditabitur nec ꝑseuerabit substancia eius: nec mittet in terraz radicem suā. Non recedet de tenebris. Ramos eius arefaciet flamma: et auferet̄ spiritu oris eius. Non credet frustra errore deceptus: q̄ aliq̄ precio redimēdus sit. Antēq̄ dies eius impleant̄ peribit: et manus ei⁹ arescent. Ledet̄ quasi vinea in ꝓmo flore botrus eius: et quasi oliua pīciens florez suū. Congregatio eñ ypocrite sterilis: et ignis deuorabit tabernacula eoꝝ qui munera libent̄ accipiūt. Concepit dolorem et peperit iniquitatem: ⁊ vterus eius preparat dolus. ¶ Capitulum. XVI.

REspondens aūt iob dixit. Audiui frequent̄ talia. Consolatores onerosi oñes vos estis. Nunqd habebunt finē verba ventosa? Aut aliquid tibi molestū est si loquaris? Poterā et ego silia vestri loqui. Atq̄ vtinaz esset anima vīa pro aīma mea. Consolarer et ego vos sermonibꝫ ⁊ mouerem caput meum sup vos. Roborarem vos ore meo: ⁊ mouerē labia mea quasi ꝑcens vobis. Sed quid agam? Si locutus fuero. nō quiescit dolor meus etsi tacuero nō recedet a me. Nunc autem oppressit me dolor meus: et in nihilum redacti sunt oñes artus mei. Ruge mee testimoniū dicunt ꝓtra me: et suscitat̄ falsiloquus aduersus faciem meaz ꝓtradicens mihi. Collegit furorē suum in me: et ꝓminans mihi infremuit contra me dentibus suis. Hostis meus terribilibus oculis me intuitus est. Aperuerūt sup me ora sua: ⁊ exprobrantes ꝑcusserūt maxillam meam. saciati sunt penis meis. Concluſit me deus apud iniquū: et manibꝫ impioꝝ me tradidit. Ego ille quondam opulentus repente ꝓtritus sum: tenuit ceruicē meā. Cōfregit me: ⁊ posuit sibi ąsi in signum. Circūdedit me lanceis suis: ꝓuulnerauit lūbos meos. Nō pepcit: et effudit ī ra viscera mea. Cōscidit me vulnere sup vulnus: irruit in me ąsi gigas. Saccū consui sup cutez meā: et opui cinere carnē meā. Facies mea intumuit fletu: et palpebre mee caligauerūt. Nec passus sum absq̄ iniq̄tate man⁹ mee: cū haberem mūdas ad deū preces. Terra ne operias sanguinē meum: neq̄ inueniat in te locum latendi clamor meus. Ecce eñ in celo testis meus: et conscius meus in

excelsis. Verbosi amici mei: ad deū stillat oculus meus. Atq; vtinaz sic iudicaret vir cū deo: quō iudicat filius hois cū collega suo. Ecce enī breues āni trāsierūt: et semitā p quā nō reuertar ambulo. Ca. XVII.

Spiritus meus attenuabitur: dies mei breuiabunt: et soluz mihi superest sepulcrū. Non peccaui et in amaritudinibus morat oculus meus. Libera me et pone me iuxta te: et cuiusuis man⁹ pugnat cōtra me. Cor eorum longe fecisti a disciplina: propterea non exaltabunt. Predam pollicet socijs: et oculi filioz ei⁹ deficiēt. Posuit me q̄si in puerbiū vulgi: et exemplū sum corā eis. Caligauit ab indignationē ocul⁹ meus: et mēbra mea q̄si in nihilum redacta sunt. Stupebant iusti sup hoc: et innocens ꝓra ypocritam suscitabit. Et tenebit iustus viaz suā: et mūdis manibus addet fortitudinē. Igitur omnes vos conuertimini et venite: et non inueniam in vobis vllum sapientem. Dies mei transierūt: cogitationes mee dissipate sunt torquētes cor meū. Noctem verterunt in diē: et rursum post tenebras spero lucem. Si sustinuero infernus dom⁹ mea est: et in tenebris straui lectulū meū. Putredini dixi pater meus es: mater mea et soror mea vermibus. Vbi est ergo nunc prestolatio mea: et pacienciā meam quis cōsiderat: In pfundissimū infernū descendent omnia mea. Putasne saltez ibi erit requies mihi:

Capitulum. XVIII.

Respōdens aūt baldath suites dixit. Vsq; ad quē fines verba iactabis: Intellige prius: et sic loquamur. Quare reputati sumus vt iumenta: et sorduimus coraz te: Quib ꝓdis animā tuā in furore tuo. Nunquid ꝓpter te derelinquet terra et transferent rupes de loco suo: Nōne lux impij extinguet: nec splendebit flāma ignis ei⁹: Lux obtenebrescet in tabernaculo illius: et lucerna q̄ sup eum est extinguet. Artabunt gressus virtutis ei⁹: et precipitabit eum ꝯsiliū suum. Immisit em̄ in rethe pedes suos: et in maculis eius ambulat. Tenebit planta illius laqueo et exardescet cōtra eum sitis. Abscondita est in terra pedica eius: et decipula illius sup semitā. Vndiq; terrebūt eū formidines: et inuoluēt pedes ei⁹. Attenuet fame robur eius: et inedia inuadat costas illius. Deuoret pulcritudinē cutis eius: et consumat brachia illius primogenita mortis. Auellatur de tabernaculo suo fiducia eius: et calcet sup euz quasi rex interitus. Habitēt in tabernaculo illi⁹. socij eius q̄ non est: aspergat in tabnaculo eius sulphur. Deorsum radices eius siccent: sursuz aūt atterat messis ei⁹. Memoria illius pereat de tra: et nō celebret nomē eius ī plateis. Expellet eū de luce in tenebras: et de orbe trāsferet eum. Nō erit semē eius neq; pgenies in pl'o suo: nec vlle reliq̄e ī regionibus ei⁹. In die ei⁹ stupebūt nouissimi: et primus inuadet horror. Nec sunt ḡ tabnacula iniqui: et iste locus eius qui ignorat deū.

Ca. XIX.

Respondens aūt iob dixit. Vsq;quo affligitis animā meam: et atteritis me sermonibus: En decies cōfundetis me: et nō erubescitis opprimentes me. Nempe etsi ignorauī: mecum erit ignorātia mea. At vos cōtra me erigimini: et arguitis me obprobrijs meis. Saltez nūc intelligite quia deus nō equo iudicō afflixerit me: et flagellis suis me cinxerit. Ecce clamabo vim paciens et nemo audiet: vociferabo: et non est qui iudicet. Semitam circūsepsit et trāsire non possum: et in calle meo tenebras posuit. Spoliauit me gloria mea: et abstulit coronā de capite meo. Destruxit me vndiq; et pereo: et quasi auulse arbori abstulit spem meā. Iratus est ꝓtra me furor eius: et sic me habuit quasi hostē suum. Simul venerūt latrones eius: et fecerunt sibi viaz p me: et obsederūt in gyro tabernaculū meū. Fratres meos longe fecit a me: et noti mei quasi alieni recesserūt a me. Dereliquerunt me propinqui mei: et qui me nouerant obliti sunt mei. Inquilini domus mee et ancille mee sicut alienum habuerunt me: et quasi pegrinus fui ī oculis eoz. Seruum meū vocaui et nō respōdit mihi: ore pprio deprecabar illū. Halitū meū exhorruit vxor mea: et orabam filios vteri mei. Stulti q̄z despiciebant me: et cū ab eis recessissem detrahebant mihi. Abominati sūt me quondā ꝯsiliarij mei: et quē maxime diligebā auersatus ē a me. Pelli mee ꝯsumptis carnibus adhesit os meū: et derelicta sunt tm̄modo labia circa dentes meos. Miseremini mei miseremī mei saltem vos

amici mei: quia manꝰ domini tetigit me.
Quare ꝑsequimĩ me sicut deus: et carnibꝰ
meis saturamĩ? Quis mihi tribuat vt scri-
bãtur sermones mei? Quis mihi det vt ex-
arentur in libro stilo ferreo aut plũbi lamĩa:
vl̃ celte sculpantur in silice? Scio enim qꝫ redem-
tor meus viuit et in nouissimo de terra surre-
cturus sũ. Et rursũ circũdabor pelle mea:
et in carne mea videbo deũ saluatorẽ meũ.
Quẽ visurus sum egoipe: et oculi mei ꝓspe-
cturi sunt: et nõ alius. Reposita ẽ hec spes
mea in sinu meo. Quare gr̃ nũc dicitis ꝑse-
q̃mur eũ: et radicẽ verbi inueniamus ꝓr̃ eũ?
Fugite gr̃ a facie gladij: qm̃ vltor iniq̃tatũ
gladius ẽ: et scitote eẽ iudiciũ. Ca. XX.

Respondens aũt sophar naamathi-
tes dixit. Idcirco cogitatões mee
varie succedũt sibi: et mens in diuer-
sa rapit. doctrinã qua me arguis audiã: et
spiritꝰ intelligẽcie mee rñdebit mihi. Hoc
scio a principio ex qr̃ est positus homo sup
terrã: qꝫ laus impiorꝫ breuis sit: et gaudiũ
ypocrite adinstar puncti. Si ascenderit vs-
qꝫ ad celũ superbia eius. et caput eius nubes
tetigerit: q̃si sterquiliniũ in fine perdet: et
qui eũ viderant dicẽt. Vbi est? Velut som-
nium auolans nõ inuenier̃: transiet sicut
visio nocturna. Oculus q̃ eum viderat non
videbit: neqꝫ vlr̃ intuebit eum locus suus.
Filij eius atterent egestate: et manus illiꝰ
reddent ei dolorẽ suum. Ossa eius iplebun-
tur vicijs adolescencie eius: et cũ eo in pul-
uere dormient. Cum eñ dulce fuerit in ore
eius malũ. abscondit illud sub lingua sua.
Parcet illi et nõ derelinquet illud: et cela-
labit in gutture suo. Panis eius in vtero
illius vertet in fel aspidũ intrinsecus. Di-
uicias q̃s deuorauit euomet: et de ventre il-
lius extrahet eas deus. Caput aspiduz sur-
get: et occidet eum lingua vipere. Non vi-
deat riuulos flumĩs torrẽtis. mellis et bu-
tiri. Luet que fecit oĩa: nec tñ ꝓsumetur.
Juxta multitudinẽ adinuentionum suarꝫ
sic et sustinebit: quoniã ꝓfringens nudauit
paupis domũ: rapuit et nõ edificauit eam
nec est saciatus venter eius. Et cũ habue-
rit q̃ ꝓcupierat: possidere nõ poterit. Non
remansit de cibo eius: et ꝓpterea nihil per-
manebit de bonis eius. Cũ saciatus fuerit
artabit: estuabit. et omis dolor irruet sup
eum. Vltinaz impleat venter eius vt emit-
tat in eum iraz furoris sui: et pluat super
illum bellũ suum. Fugiet arma ferrea et
irruet in arcũ ereum: eductus et egrediens
de vagina sua: et fulgurans in amaritudine
sua. Vadent et venient sup eum horribiles:
omes tenebre abscondite sunt in occultis
eius. Deuorabit eũ ignis q̃ non succendit:
affliget relictus in tabernaculo suo. Reue-
labunt celi iniq̃tatẽ eius. et tra ꝓsurget ad-
uersus eum. Apertum erit germen domus
illius: detrahet in die furoris dei. Hec est
pars hominis impij a deo: et hẽditas ver-
borum eius a domino. Capi. XXI.

Respondens aũt iob dixit. Audite
queso sermones meos: et agetis pe-
nitenciam. Sustinete me vt et ego
loquar: et post mea (si videbit) verba ride-
te. Nunq̃d ꝓtra hoĩem disputatio mea est:
vt merito nõ debeam ꝓtristari? Attendite
me et obstupescite: et supponite digitũ ori
vestro. Et ego cũ recordatus fuero perti-
mesco: et cõcutit carnẽ meã tremor. Qua-
re gr̃ impij viuũt subleuati sunt ꝓfortatiq̃
diuicijs? Semen eorum ꝑmanet corã eis:
ꝑpinquorꝫ turba et nepotũ in ꝓspectu eorꝫ.
Domus eorũ secure sunt et pacate: et non
est virga dei sup illos. Bos eorꝫ concepit et
non abortiuit: vacca peperit et nõ est pri-
uata fetu suo. Egrediunt q̃si greges puuli
eorum: et infantes eorum exultant lusibꝰ.
Tenent tijmpanum et cijthara: et gau-
dent ad sonitum organi. Ducunt in bonis
dies suos: et in puncto ad infernum descen-
dunt. Qui dixerunt deo recede a nobis: et
sciencias viarum tuarum nolumus. Quis
est omnipotens vt seruiamus ei. Et quid
nobis prodest si orauerimus illum? Verũ-
tamen quia non sunt in manu eorum bo-
na sua: cõsilium impiorum longe sit a me.
Quotiens lucerna impiorꝫ extinguetur: et
superueniet eis inundatio: et dolores diui-
det furoris sui. Erunt sicut palee ante fa-
ciem venti: et sicut fauilla quã turbo dis-
pergit. Deus seruabit filijs illius dolorem
patris: et cum reddiderit tunc sciet. Vide-
bunt oculi eius interfectionem suam: et de
furore omnipotentis bibet. Quid enim ad
euz ptinet de domo sua post se? Etsi nume-
rus mensium eius dimidietur? Nũquid de-
um docebit quispiam sciencia qui excelsos
iudicat? Iste moritur robustus et sanus

diues et felix: viscera eius plena sunt adipe: & medullis ossa illius irrigant. Alius vero moritur in amaritudine aie sue absq; vllis opibus: ettñ simul in puluere dormiēt: & vermes opient eos. Certe noui cogitationes vñas: et sentencias p̄ me iniquas. Dicitis enī. Vbi est dom⁹ principis: et vbi tabernacula impioꝝ? Interrogate quēlibet de viatoribus: et hec eadem illum intelligere cognoscetis. Quia in die p̄ditionis seruat malus: & ad diem furoris ducet. Quis arguet coram eo vias eius: et q̄ fecit quis reddet illi? Ipse ad sepulcra ducet: et in cōgerie mortuoꝝ vigilabit. Dulcis fuit glareis cocytj: et post se oīem hominē trahet: et ante se innumerabiles. Quomō igitur cōsolamini me frustra: cum responsio vestra repugnare ostensa sit veritati?

Capitulum. XXII.

Respondens autē eliphat themanites dixit. Nunquid deo potest cōparari homo: eciā cum pfectꝰ fuerit sciencie? Quid prodest deo si iustus fueris: aut quid ei cōfers si immaculata fuerit vita tua? Nunquid timens arguet te. et veniet tecum in iudiciū: & non p̄pter malicias tuas plurimas et infinitas iniquitates tuas? Abstulisti enim pignus fratrum tuorum sine causa: & nudos spoliasti vestibus. Aquam lasso non dedisti: et esurienti subtraxisti panem. In fortitudine brachij tui possidebas terrā: & potentissimus obtinebas eam. Viduas dimisisti vacuas: & lacertos pupillorum p̄minuisti. Propterea circūdatus es laqueis: et p̄turbat te formido subita. Et putabas te tenebras nō visurū: et impetu aquarum inundantiū non oppressum iri. An cogitas q̄ deus excelsior celo sit. & sup stellarum verticē sublimet? Et dicis. Quid enī nouit deus? Et q̄si p caliginē iudicat. Nubes latibulum eius: nec nr̄a p̄siderat: et circa cardines celi pambulat. Nunquid semitā seculorum custodire cupis quam calcauerūt viri iniqui qui sublati sunt añ tempus suū: & fluuius subuertit fundamētum eorum? Qui dicebant deo recede a nob: & quasi nihil possit facere oīpotens. estimabant eū: cum ille implesset domos eorū bonis. Quorum sentencia procul sit a me. Videbunt iusti et letabuntur: et innocens subsannabit eos. Nonne succisa est erectio eorum: et reliquias eorum deuorauit ignis? Acquiesce igitur ei et habeto pacem: et p hec habebis fructus optimos. Suscipe ex ore illius legem: et pone sermones eius in corde tuo. Si reuersus fueris ad omnipotentem edificaberis: et longe faciet iniquitatem a tabernaculo tuo. Dabit p terra silicem: & p̄ silice torrentes aureos. Eritq; omnipotens p̄tra hostes tuos: & argentum coaceruabit tibi. Tunc sup omnipotentē delicijs afflues: & eleuabis ad deum faciem tuam. Rogabis eum & exaudiet te: et vota tua reddes. Decernes rem et veniet tibi: et in vijs tuis splendebit lumen. Qui enī humiliatus fuerit erit in gloria: et qui inclinauerit oculos ipse saluabit. Saluabitur innocens: saluabit aūt mundicia manuum suarum.

Capitulum. XXIII.

Respondens aūt iob ait. Nunc q̄q; in amaritudine est sermo meus: & manus plage mee aggrauata est sup gemitum meum. Quis mihi tribuat vt cognoscam et inueniam illum: & veniam vsq; ad solium eius? Ponam coram me iudiciū. et os meum implebo increpationibus: vt sciam verba que mihi respondeat: et intelligam quid loquat mihi. Nolo multa fortitudine contendat mecū: nec magnitudis sue mole me premat. Proponat equitatem p̄tra me: & pueniet ad victoriam iudicium meum. Si ad orientem iero. nō apparet: si ad occidentem non intelligam eum. Si ad sinistrā quid agam? Non apprehendā eum. Si me vertam ad dexterā: non videbo illū. Ipse vero scit viam meam: et probabit me quasi aurum quod p ignem transit. Vestigia eius secutus est pes meus: viam eius custodiui: et non declinaui ex ea. A mādatis labiorum eius non recessi: et in sinu meo abscondi verba oris eius. Ipse enim solus est: et nemo auertere potest cogitationem eius: et anima eius quodcunq; voluit hoc fecit. Cunq; expleuerit in me voluntatem suam: et alia multa similia presto sunt ei. Et idcirco a facie ei⁹ turbatus sum: & p̄siderans eum timore solicitor. Deus mollijt cor meum: et omnipotens cōturbauit me. Non enī perij propter imminentes tenebras: nec faciem meam operuit caligo.

Capitulum. XXIIII.

A Domnipotente non sunt abscondita tempa: qui aũt nouerunt eũ ignorant dies illius. Alij terminos transtulerunt: dirupuerũt greges: et pauerunt eos. Azinum pupillorum abegerunt: et abstulerũt pro pignore bouem vidue. Subuerterũt paupem viam: et oppressserunt pariter mansuetos terre. Alij q̃si onagri in deserto egrediunt ad opus suũ: vigilantesq; ad predam preparant panẽ liberis. Agrum non suũ demetunt: et vineã eius quẽ vi oppresserũt vindemiant. Nudos dimittunt boies indumenta tollentes: qbo non est operimentum in frigore. quos ymbres montium rigant: et non habentes velamen amplexant lapides. Vim fecerunt depdantes pupillos: et vulgũ paupem spoliauerunt. Nudis et incedentibo absq; vestitu et esurientibo tulerũt spicas. Int aceruos eop meridiati sunt: q̃ calcatis torcularibo sitiũt. De ciuitate fecerũt viros gemere: et aĩa vulneratop clamauit. et deus inultum abire non patit. Ipsi fuerunt rebelles lumini. Nescierũt vias eius: nec reuersi sunt p semitas illius. Mane pmo cõsurgit homicida: interficit egenũ et paupem: p noctem vero erit quasi fur. Oculus adulteri obseruat caliginẽ dicens. nõ me videbit oculus: et opiet vultũ suũ. Perfodit in tenebris domus sicut in die cõdixerant sibi: et ignorauerunt lucem. Si subito apparuerit aurora arbitrant umbram mortis: et sic in tenebris quasi in luce ambulabant. Leuis est sup faciem aque. Maledicta sit pars eius in terram: nec ambulet per viam vinearum. Ad nimium calorem transiet ab aquis niuiũ: et vsq; ad inferos peccatum illius. Obliuiscat eĩ misericordia. Dulcedo illius vermes. Non sit in recordatione: sed conterat sicut lignum infructuosum. Pauit enĩ sterilem et que non parit: et vidue bene non fecit. Detraxit fortes in fortitudine sua: et cum steterit non credet vite sue. Dedit ei deus locum penitencie: et ille abutit eo in superbia. Oculi autem eius sunt in vijs illius. Eleuati sunt ad modicum et non subsistent: et humiliabuntur sicut omnia et auferent: et sicut summitates spicarum conterent. Quod si non est ita: quis me potest arguere esse mentitum: et ponere ante deum verba mea:

Capitulum. XXV.

Respondens autem baldath suites dixit. Potestas et terror apud eũ est: qui facit concordiam in sublimibus suis. Nunquid est numerus militũ eius: et super quem non surget lumen illius: Nunquid iustificari potest homo cõparatus deo: aut apparere mundus natus de muliere: Ecce luna eciam non splendet et stelle non sunt munde in conspectu eĩ quantomagis homo putredo et filius hominis vermis:

Capitulum. XXVI.

Misericordias domi: ineternū cantabo. In generatōne ⁊ generatōez: annūciabo veritatem tuam in ore meo. Qm̄ dixisti ineternū: miscdia edificabiť in celis: preparabiť veritas tua in eis. Disposui testamentū electis meis: iurani dauid seruo meo vsq; ineternū prepabo semen tuū. Et edificabo in generatōne ⁊ generatōez: sedem tuaz. Confitebunť celi mirabilia tua dñe: etem̄ veritatē tuam in ecclesia sanctoꝝ. Qm̄ quis i nubibꝫ equabiť dño: similis erit deo in filijs dei. Deus qui glorificať in consilio sanctoꝝ: magn⁹ et t̄ribilis super omnes q̄ in circuitu ei⁹ sunt. Dñe deus virtutū quis similis tibi: potēs es dñe: et veritas tua in cricuitu tuo. Tu dñaris potestati maris: motū ať fluctuum ei⁹ tu mitigas. Et humiliasti sicut vulneratuz supbū: in brachio virtutis tue dispsisti inimicos tuos. Tui sunt celi ⁊ tua est terra: orbem terre et plenitudinē ei⁹ tu fūdasti: aq̄lonem et mare tu creasti. Thabor et hermon in noīe tuo exultabūt: tuū brachiū cum potentia. Firmeť man⁹ tua ⁊ exaltēť dextera tua: iusticia ⁊ iudiciū prepatio sedis tue. Misericordia et veritas precedent faciem tuaz: beatus pl'us q̄ scit iubilatōem. Dñe in lumine vult⁹ tui ambulabunt: et in noīe tuo exultabūt tota die: et in iusticia tua exaltabuntur. Qm̄ gloria virtutis eoꝝ tu es: ⁊ i beneplacito tuo exaltabiť cornu nostꝝ. Quia dñi est assumptō nostra: et sancti israhel regis nostri. Tunc locutus es in visione sanctis tuis: et dixisti posui adiutoriū in potēte: ⁊ exaltaui electū de plebe mea. Inueni dauid seruum meum: oleo sancto meo vnxi eū. Man⁹ em̄ mea auxiliabiť ei: et brachiū meū confirmabit eū. Nihil proficiet inimic⁹ in eo: ⁊ filius iniq̄tatis nō apponet nocere ei. Et cōcidam a facie ipsi⁹ inimicos ei⁹: et odientes eos in fugam conuertam. Et veritas mea ⁊ misericordia mea cū ipso: et in noīe meo exaltabiť cornu ei⁹. Et ponaz in mari manū eius: et in fluminibꝫ dexteraz ei⁹. Ipse inuocabit me pater me⁹ es tu: de⁹ me⁹ et susceptor salutis mee. Et ego p̄iogenitū ponaz illū: excelsum pre regibꝫ terre. Ineternū seruabo illi misc̄iam meaz: et testamentum meum fidele ipsi. Et ponam in seculum seculi semen ei⁹: et tronum ei⁹ sicut dies celi. Si ať dereliq̄rint filij eius legem meam: et in iudicijs meis non ambulauerint. Si iusticias meas pphanauerint: et mandata mea non custodierint. Visitabo i virga iniq̄tates eoꝝ: ⁊ in verberibꝫ peccata eoꝝ. Misericordiaz ať meaz non dispergam ab eo: neq; nocebo in veritate mea. Neq; pphanabo testamentū meum: ⁊ q̄ procedūt de labijs meis non faciaz irrita. Semel iurani in sancto meo si dauid mētiar: semen ei⁹ ineternū manebit. Et thron⁹ ei⁹ sicut sol in conspectu meo: ⁊ sicut luna p̄fecta ineternū: et testis in celo fidelis. Tu vero repulisti et despexisti: distulisti xp̄m tuū. Auertisti testamentū serui tui: pphanasti in terra sc̄tuariū ei⁹. Destruxisti oēs sepes eius: posuisti firmamentū ei⁹ formidinem. Diripuerunt eū omnes transeūtes viam: fact⁹ est opprobriū vicinis suis. Exaltasti dexteraz depm̄etiū eū: letificasti oēs īimicos ei⁹. Auertisti adiutoriū gladij ei⁹: et non es auxiliat⁹ ei in bello. Destruxisti eū ab emundatōne: ⁊ sedez ei⁹ in terra collisisti. Minorasti dies tp̄is ei⁹: pfudisti eū confusione. Usq;quo dñe auertis in finez: exardescet sicut ignis ira tua! Memorare q̄ mea substantia: nunq̄d em̄ vane p̄stituisti omnes filios hoīm! Quis est homo q̄ viuet et non vidēbit mortem: eruet animam suā de manu inferi! Ubi sunt misericordie tue antique dñe: sicut iurasti dauid in veritate tua! Memor esto dñe opprobrij seruorum tuoꝝ: qd̄ continui in sinu meo m'taꝝ gētium. Qd̄ exprobrauerūt inimici tui dñe: qd̄ exprobrauerunt p̄mutatōem cristi tui. Benedictus dñs ineternū: fiat fiat.

Oratio moysi hominis dei. xc,

Domine refugium factus es nobis: a generatione in generatōem. Priusq; montes fierent aut formareť terra ⁊ orbis: a seculo ⁊ in seculū tu es de⁹. Ne auertas hoīem in humilitatē: et dixisti conuertimi filij hoīm. Qm̄ mille anni ante oculos tuos: tanq; dies hesterna q̄ preterijt. Et custodia in nocte: que pro nihilo habentur eorum anni erunt. Mane sicut herba transeat: mane floreat et transeat: vespere decidat induret et arescat. Quia

defecimus in ira tua: et in furore tuo turbati sumus. Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo: seculum nostrum in illuminatione vultus tui. Quoniam omnes dies nostri defecerunt: et in ira tua defecimus. Anni nostri sicut aranea meditabuntur: dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni. Si autez in potentatibus octoginta anni: et amplius eorum labor et dolor. Quoniam superuenit mansuetudo: et corripiemur. Quis nouit potestatem ire tue: et pre timore tuo iram tuam dinumerare? Dexteraz tuam sic notaz fac: z eruditos cordis i sapientia. Conuertere domine vsquequo: z deprecabilis esto super seruos tuos. Repleti sum? mane misericordia tua: et exultauimus et delectati sumus in omnib? diebo nostris. Letati sum? pro diebo quibo nos humiliasti: annis quibo vidim? mala. Respice in seruos tuos et in opera tua: et dirige filios eoz. Et sit splendor domini dei nostri super nos: z opera manuū nostraz dirige super nos: et opus manuū nostraz dirige.

¶ Laus cantici ipsi dauid. xCI.

Qui habitat in adiutorio altissimi: in protectione dei celi cōmorabit. Dicet domino susceptor meus es tu et refugiū meum deus me?: sperabo in eum. Quoniaz ipse liberabit me de laqueo venantiū: et a verbo aspero. Scapulis suis obumbrabit tibi: et sub pennis ei? sperabis. Scuto circūdabit te veritas ei?: nō timebis a timore nocturno. A sagitta volante in die: a negotō perambulante in tenebris: ab incursu et demonio meridiano. Cadent a latere tuo mille: et decem milia a dexteris tuis: ad te aū non approping̃bit. Oculis tuis considerabis: z retributionē peccatoz videbis. Quoniaz tu es domine spes mea: altissimū posuisti refugiū tuum. Non accedet ad te malū: et flagellū non approping̃bit tabernaculo tuo. Quoniam angelis suis mandauit de te: vt custodiant te in omnib? vijs tuis. In manib? portabūt te: ne forte offendas ad lapidem pedez tuū. Super aspidem et basiliscū ambulabis: et conculcabis leonē et draconem. Qm̃ in me speraut liberabo eū: protegam eū: quoniaz cognouit nomen meū. Clamauit ad me? ego exaudiaz eū: cum ipso sum in tribulatōne: eripiam eū et glorificabo eū. Longitudine diez replebo eū: et ostendam illi salutare meū.

¶ Psalm? cantici in die sabbati. xCII.

Bonū est confiteri domino: et psallere nomini tuo altissime. Ad annūciandum mane misericordiam tuam: et veritatem tuam per noctem. In decacordo psalterio: cū cantico i cythara. Quia delectasti me domine in factura tua: et in operib? manuū tuaz exultabo. Quā magnificata sūt opera tua domine: nimis profunde facte sunt cogitatōnes tue. Vir insipiens non cognoscet: et stult? non intelliget hec. Cū exorti fuerint peccatores sicut fenū: et apparuerint omnes q̃ operant̃ iniq̃tatez. Vt intereant in seculū seculi: tu aūt altissim? in eternū domine. Qm̃ ecce inimici tui domine: qm̃ ecce inimici tui peribunt: et dispergent̃ omnes q̃ operant̃ iniq̃tatez. Et exaltabit̃ sicut vnicornis cornu meū: et senectus mea in misericordia vberi. Et despexit oculus me? inimicos meos: et insurgentib? in me malignantib? audiet auris mea. Just? vt palma florebit: sicut cedrus libani multiplicabit̃. Plantati in domo dñi: in atrijs dom? dei nostri florebūt. Adhuc m'tiplicabunt̃ in senecta vberi: et benepacientes erunt et annuncient. Qm̃ rectus dñs deus noster: et non est iniquitas in eo.

¶ Laus cantici dauid in die ante sabbatū quando fundata est terra. xCIII.

Dominus regnauit decorem indut? est: indutus est domin? fortitudinem et precinxit se. Etenim firmauit orbem terre: q̃ non cōmouebit̃. Parata sedes tua ex tunc: a seculo tu es. Eleuauerunt flumina domine: eleuauerunt flumina vocem suam. Eleuauerunt flumina fluctus suos: a vocib? aquarum multaz. Mirabiles elatōnes maris: mirabilis in altis domin?. Testimonia tua credibilia facta sunt nimis: domū tuaz decet sanctitudo dñe in longitudine diez.

¶ Psalm? dauid quarta sabbati.

93.

Deus vltionum dominus: deus vltionum libere egit. Exaltare qui iudicas terram: redde retributionem superbis. Vsquequo peccatores domine: vsquequo peccatores gloriabunt? Effabunt et loquent iniquitatem: loquent omnes q operant iniustitiam? Populum tuum domine humiliauerunt: et hereditatem tuam vexauerunt. Viduam et aduenam interfecerunt: et pupillos occident. Et dixerunt non videbit dominus: nec intelliget deus iacob. Intelligite insipientes in populo: et stulte aliquando sapite. Qui plantauit aurem non audiet: aut q finxit oculum non considerat. Qui corripit gentes nõ arguet: q docet hominem scientiam. Dominus scit cogitationes hominũ: quoniaz vane sunt. Beatus homo quem tu erudieris dñe: et de lege tua docueris eũ. Et mitiges ei a diebz malis: donec fodiat peccatori fouea. Quia non repellet dñs plebem suam: et hereditatem suam non derelinqt. Quoadusqz iusticia conuertat in iudiciũ: et qui iuxta illam: omnes q recto sunt corde. Quis consurget mihi aduersus malignantes: aut quis stabit mecũ aduersus operantes iniquitatem? Nisi quia domin? adiuuit me: paulomin? habitasset in inferno anima mea. Si dicebaz motus est pes me? : misericordia tua dñe adiuuabat me. Secundũ multitudinem dolorz meorz in corde meo: consolationes tue letificauerũt animam meam. Numqd adheret tibi sedes iniquitatis: q fingis laborez in precepto. Captabunt in animaz iusti: et sanguinẽ innocentem condemnabunt. Et factus est mihi dñs in refugiũ: et deus meus in adiutoriũ spei mei. Et reddet illis iniquitatez ipsorz. et in malicia eorz disperdet eos: disperdet illos dñs deus noster.

95.

Laus cantici ipsi dauid.

Venite exultem? domino: iubilem? deo salutari nostro. Preoccupem? faciem eius in confessione: et in psalmis iubilem? ei. Quoniaz deus magn? domin? : et rex magn? super omnes deos. Quia in manu ei? sunt omnes fines terre: et altitudines montium ipsius sunt. Qm ipsius est mare et ipse fecit illud: et siccam manus eius formauerunt. Venite adoremus et procidamus et ploremus ante dominũ qui fecit nos: quia ipse est de? noster. Et nos populus pascue eius: et oues manus eius. Hodie si vocem eius audieritis: nolite obdurare corda vestra. Sicut in irritatõne: sm diem temptatõnis in deserto. Vbi temptauerunt me patres vestri: probauerunt et viderunt opera mea. Quadraginta annis offensus fui generatõni illi: et dixi semper errant corde. Et isti non cognouerunt vias meas: vt iuraui in ira mea si introibunt in requiem meam.

Psalmus dauid quando dom? edificabat post captiuitatem.

96.

Cantate domino canticum nouũ: cantate domino omnis terra. Cantate dño et benedicite nomini ei? : annuciate de die in diem salutare ei? . Annũciate inter gentes gloriam eius: in omnibz populis mirabilia eius. Qm magnus dñs et laudabilis nimis: terribilis est sup omnes deos. Qm omnes dij gentiũ demonia: dñs autez celos fecit. Confessio q pulcritudo in conspectu ei? : sanctimonia et magnificentia in sanctificatõe ei? . Afferte dño patrie gentiũ: afferte dño gloriaz q honorẽ: afferte dño gloriaz nomi ei? . Tollite hostias q itroite in atria ei? : adorate dñm in atrio sancto ei? . Cõmoueat a facie eius vniuersa terra: dicite in gentibz qz dñs regnauit. Etem correxit orbẽ terre q non cõmouebit : iudicabit pl'os in eqtate. Letentur celi et exultet terra: ꝓmoueat mare et plenitudo ei? : gaudebunt campi q oia que in eis sunt. Tũc exultabũt oia ligna siluarum a facie dñi quia venit: qm venit iudicare terrã. Judicabit orbem terre in eqtate: et populos in veritate sua.

Psalm? dauid quando terra eius restituta est ei.

97.

Dominus regnauit exultet terra: letent insule multe. Nubes et caligo in circuitu eius: iusticia et iudiciũ correctio sedis ei? . Ignis añ ipsũ pcedet: et inflamabit in circuitu inimicos

eius. Illuxerunt fulgura eius orbi terre: vidit et commota est terra. Montes sicut cera fluxerunt a facie domini: a facie domini omnis terra. Annunciauerunt celi iusticiam eius: et viderunt omnes populi gloriaz eius. Confundant omnes qui adorant sculptilia: q qui gloriantur in simulacris suis. Adorate eum omnes angeli ei9: audiuit q letata est syon. Et exultauerunt filie iude: propt iudicia tua domine. Quoniam tu dominus altissimus super omnez terraz: nimis exaltatus es super omnes deos. Qui diligitis dominum odite malum: custodit dominus animas sanctorum suorũ: de manu peccatoris liberabit eos. Lux orta est iusto: et rectis corde leticia. Letamini iusti in domino: et confitemini memorie sanctificationis eius.

Psalm9 dauid prophete. 98.

Cantate domino canticum nouum: quia mirabilia fecit. Saluauit sibi dextera eius: q brachium sanctum eius. Notum fecit domin9 salutare suum: in conspectu gentium reuelauit iusticiaz suam. Recordatus est misericordie sue: et veritatis sue domui israhel. Viderunt omnes termini nos terre salutare: dei nostri. Jubilate domino omnis terra: cantate et exultate et psallite. Psallite domino in cythara q voce psalmi: in tubis ductilibus et voce tube cornee. Jubilate in conspectu regis domini: moueatur mare et plenitudo eius: orbis terrarum et qui habitant in eo. Flumina plaudent manu simul: montes exultabunt a conspectu domini: quoniam venit iudicare terram. Judicabit orbem terrarum in iusticia: et populos in equitate.

Psalmus dauid prophete. 99.

Dominus regnauit irascantur populi: qui sedit super cherubin moueatur terra. Dominus in syon magnus: et excelsus super omnes populos. Confitean nomini tuo magno quoniam terribile et sanctum est: et honor regis iudicium diligit. Tu parasti directiones: iudicium et iusticiam in iacob tu feciste. Exaltate dominum deum nostrum: q adorate scabellum pedum eius quoniam sanctum est. Moyses et aaron in sacerdotibus eius: et samuel inter eos q inuocant nomen eius. Inuocabant dominũ et ipse exaudiebat eos: in columna nubis loquebatur ad eos. Custodiebant testimonia eius: q preceptum quod dedit illis. Domine deus noster tu exaudiebas eos: de9 tu propitius fuisti eis: et vlciscens in omnes adinuentiones eorum. Exaltate dominum deum nostrum: q adorate in monte sancto eius: qm̃ sanctus dominus deus noster.

Psalmus in confessione. XCIX.

Jubilate domino omnis terra: seruite domino in leticia. Introite ĩ conspectu ei9: in exultatõne. Scitote quoniam dominus ipse est deus: ipse fecit nos et non ipsi nos. Populus eius q oues pascue eius introite portas eius in confessione: atria eius in ymnis confitemini illi. Laudate nomen eius quoniam suauis est dominus: in eternum misericordia ei9: q vsq in generationem et generatõnem veritas eius.

Psalmus ipsi dauid prophete. C.

Misericordiam q iudicium cantabo tibi domine: psallam et intelligam in via immaculata quando venies ad me. Perambulabam in innocentia cordis mei: in medio domus mee. Nõ proponebam ante oculos meos rem iniustaz: facientes preuaricationes odiui. Non adhesit mihi cor prauum: declinantem a me malignum non cognoscebaz. Detrahẽtem secreto proxio suo: hunc persequebar. Superbo oculo q insatiabili corde: cum hoc non edebam. Oculi mei ad fideles terre. vt sederant mecum: ambulans in via immaculata hic mihi ministrabat. Non habitabit in medio domus mee qui facit superbiam: q loquitur iniqua non direxit in conspectu oculorum meorum. In matutino interficiebam omnes peccatores terre: vt disperderez de ciuitate domini omnes operantes

iniquitatem.

¶ Oratio pauperis cum anxiaretur et coram domino effundit precem suam.

C. I.

Domine exaudi orationem meam: ⁊ clamor meus ad te veniat. Non auertas faciem tuam a me: in quacunq; die tribulor inclina ad me aurez tuam. In quacūq; die inuocauero te: velociter exaudi me. Quia defecerūt sicut fum⁹ dies mei: et ossa mea sicut cremiū aruerūt. Percussus sum vt fenum ⁊ aruit cor meū: quia oblitus sum comedere panem meum. A voce gemit⁹ mei: adhesit os meum carni mee. Similis factus sum pellicano solitudinis: fact⁹ sum sicut nocticorax in domicilio. Vigilaui: et fact⁹ sum sicut passer solitarius in tecto. Tota die exprobrabant mihi inimici mei: et q̄ laudabāt me aduersum me iurabant. Quia cinerem tanq̄ panem manducabam: et poculum meū cum fletu miscebam. A facie ire indignatōnis tue: quia eleuans allisisti me. Dies mei sicut vmbra declinauerūt: et ego sicut fenum arui. Tu autem domine ineternū permanes: ⁊ memoriale tuum in generatōnez ⁊ generatōez. Tu exurgens misereberis syon: quia tempus miserendi ei⁹ quia venit tempus. Qm̄ placuerūt seruis tuis lapides ei⁹: et terre ei⁹ miserebunt. Et timebunt gentes nomen tuum domine: et omnes reges terre gloriam tuam. Quia edificauit dñs syon: et videbit in gloria sua. Respexit in orationem humiliū: et non sprevit precem eor̄. Scribant hec in generatione altera: et populus q̄ creabit laudabit dominum. Quia prospexit de excelso sancto suo: dñs de celo in terraz aspexit. Vt audiret gemitus compeditor̄: vt solueret filios interemptor̄. Vt annūcient in syon nomen domini: et laudem ei⁹ in hierusalem. In conueniendo pl'os in vnum: et reges vt seruiant domino. Respondit ei in via virtutis sue: paucitatem dier̄ meor̄ nuncia mihi. Ne reuoces me in dimidio dier̄ meor̄ in generatōne et generatōnem anni tui. Initio tu domine terram fūdasti: ⁊ opera manuū tuar̄ sunt celi. Ipsi peribūt tu autem permanes: et omnes sicut vestimentū veterascent. Et sicut opertoriū mutabis eos et mutabuntur: tu autem idem ipse es: et anni tui non deficient. Filij seruorum tuorum habitabunt et semen eor̄ in seculum dirigetur.

¶ Psalmus ipsi dauid.

C. II.

Benedic anima mea domino: ⁊ omnia que intra me sunt nomini sancto eius. Benedic anima mea domino: ⁊ noli obliuisci omnes retributōnes eius. Qui propiciatur omnib⁹ iniq̄tatib⁹ tuis: qui sanat omnes infirmitates tuas. Qui redimit de interitu vitam tuam: qui coronat te in misericordia et miseratōnib⁹. Qui replet in bonis desideriū tuum: renouabit vt aquile iuuent⁹ tua. Faciens misericordias dominus: et iudicium omnib⁹ iniuriam pacientib⁹. Notas fecit vias suas mosi: filijs israhel volūtates suas. Miserator et misericors domin⁹: longanimis et multum misericors. Non in perpetuum irascetur: neq; ineternum cōminabit. Non secundum peccata nostra fecit nobis: neq; secundum iniq̄tates nostras retribuit nobis. Quoniam secundum altitudinem celi a terra: corroborauit misericordiaz suam super timētes se. Quantū distat ort⁹ ab occidente: longe fecit a nobis iniq̄tates nostras. Quomodo miseret pater filior̄ miser⁹ est domin⁹ timentib⁹ se: qm̄ ipse cognouit figmentum nostr̄. Recordat⁹ est quoniam puluis sum⁹: homo sicut fenum dies ei⁹: tanq̄ flos agri sic efflorebit. Quoniaz spirit⁹ pertransibit in illo et non subsistet: et non cognoscet amplius locum suū. Misericordia autem domini ab eterno et vsq; ineternum: super timentes eum. Et iustitia illius in filios filior̄: hijs q̄ seruant testamentū eius. Et memores sunt mandator̄ ipsius: ad faciendum ea. Dominus in celo parauit sedem suam: et regnum ipsius omnibus dominabit. Benedicite domino omnes angeli ei⁹ potentes virtute: facientes verbū illi⁹ ad audiendaz vocem sermonū eius. Benedicite dño omnes virtutes ei⁹: ministri ei⁹ q̄ facitis voluntatem ei⁹. Benedicite domino omnia opera eius: in omni loco dñationes eius: benedic anima mea domino.

¶ Psalmus ipsi dauid.

C iii

Benedic anima mea domino: domine deus meus magnificatus es vehementer. Confessionem et decorez induisti: amictus lumine sicut vestimẽto. Extendens celum sicut pellem: qui tegis aquis superiora eius. Qui ponis nubem ascensum tuum: qui ambulas super pennas ventoruz. Qui facis angelos tuos spiritꝰ: ⁊ ministros tuos ignem vrentem. Qui fũdasti terram super stabilitatem suam: non inclinabitur in seculum seculi. Abissus sicut vestimentum amictus eius: super mõtes stabunt aque. Ab increpatõne tua fugient: a voce tonitrui tui formidabunt. Ascendunt montes et descendunt campi: in locum quem fundasti eis. Terminum posuisti quem non transgredientur: neqz conuertentur operire terraz. Qui emittis fontes in conuallibus: inter medium mõtium pertransibunt aque. Portabunt omnes bestie agri: expectabunt onagri in siti sua. Super ea volucres celi habitabunt: de medio petrarum dabũt voces. Rigans montes de superioribus suis: de fructu operum tuorum satiabiꝫ terra. Producens fenum iumentis: et herbam seruituti hominum. Et educas panem de terra: et vinum letificet cor hominis. Et exhilaret faciem in oleo: et panis cor hominis confirmet. Saturabunꝫ ligna campi et cedri libani quas plantauit: illic passeres nidificabunt. Herodij domꝰ dux est eorum: montes excelsi ceruis: petra refugium herinacijs. Fecit lunam in tempore: sol cognouit occasum suum. Posuisti tenebras et facta est nox: in ipsa pertransibũt omnes bestie silue. Catuli leonũ rugientes vt rapiant: et querant a deo escam sibi. Ortus est sol et congregati sunt: et in cubilibꝫ suis collocabunꝫ. Exibit homo ad opus suum: ⁊ ad operationem suam vsqz ad vesperam. Quã magnificata sunt opera tua domine: omnia in sapientia feciſti: impleta est terra possessione tua. Hoc mare magnum ⁊ spacioſum manibus: illic reptilia quorum non est numerus. Animalia pusilla cum magnis: illic naues pertransibunt. Draco iste quem formasti ad illudendũ ei: omnia a te expectant vt des illis escam in tempore. Dante te illis colligẽt: aperiente te manum tuam omnia implebuntur bonitate. Auertente autez te faciem turbabuntur: auferes spiritum eorum et deficient: et in puluerem suum reuertentur. Emitte spiritum tuum et creabuntur: et renouabis faciem terre Sit gloria domini in seculũ: letabiꝫ domin⁹ in operibus suis. Qui respicit terram et facit eam tremere: q̃ tangit montes et fumigant. Cantabo domino in vita mea: psallam deo meo q̃diu sũ. Jocundum sit ei eloquium meum: ego vero delectabor in domino. Deficient peccatores a terra et iniq̃ ita vt non sint: benedic anima mea domino.

C Alleluia. C iv

Confitemini domino et inuocate nomen eius: annũciate inter gentes opera eius. Cantate ei et psallite ei: narrate omnia mirabilia eius: laudamini in nomine sancto eius. Letẽꝫ cor querentium dominum: queritez dñm confirmamini: q̃rite faciem eius semper. Mementote mirabiliũ eiꝰ q̃ fecit: prodigia eiꝰ et iudicia oris eiꝰ. Semen abraham serui eiꝰ: filij iacob electi eiꝰ. Ipse dominꝰ deus noster: in vniuersa terra iudicia eiꝰ. Memor fuit in seculũ testamenti sui: verbi qd̃ mandauit in mille generatõnes. Qd̃ disposuit ad abraham: et iuramẽti sui ad ysaac. Et statuit illd̃ iacob in preceptũ: ⁊ israhel in testamentũ eternũ. Dicens tibi dabo tꝫ chanaan: funiculũ hereditatis vestre. Cũ essent numero breui: pauciſſimi⁊ inquole eiꝰ. Et ptransierũt de gente in gentem: ⁊ de regno ad pplm alterꝫ. Non reliq̃t hominẽ nocere eis: et corripuit pro eis reges. Nolite tangẽ cristos meos: et in prophetis meis nolite malignari. Et vocauit famẽ sup terraz: ⁊ omne firmamentũ panis ptriuit. Misit ante eos virꝫ: in seruũ venundatus est ioseph. Humiliauerũt in compedibꝫ pedes eiꝰ: ferꝫ pertransijt animam eiꝰ donec veniret verbũ eiꝰ. Eloquiũ domini inflãmauit eũ: misit rex et soluit eum: princeps populoꝝ et dimisit eũ. Constituit eũ dñm domꝰ sue: et pncipem oĩs possessionis sue. Vt erudiret principes eiꝰ sicut semetipm: ⁊ senes eiꝰ prudentiam doceret. Et inhuit

ſrahel in egiptum: et iacob accola fuit in
tra cham. Et auxit populum ſuum ve-
hementer: et firmauit eum ſuper inimicos
eius. Conuertit cor eoꝝ vt odirent po-
pulum eius: et dolū facerent in ſeruos eiꝰ.
Miſit moyſen ſeruū ſuum: aaron quem e-
legit ipſum. Poſuit in eis verba ſignorum
ſuoꝝ ⁊ prodigioꝝ: in tra cham. Miſit te-
nebras et obſcurauit: et non exacerbauit
ſmones ſuos. Conuertit aq̃s eoꝝ in ſan-
guinem: ⁊ occidit piſces eoꝝ. Et edit ter
ra eorum ranas: in penetralibꝫ regum i-
ſpoꝝ. Dixit et venit cynomia et ſcini-
phes: in omnibus finibus eorum. Poſuit
pluuias eorum grandinem: ignem combu-
rentem in tra ipſoꝝ. Et percuſſit vineas
eoꝝ et ficulneas eoꝝ: et contriuit lignum
finium eorum. Dixit ⁊ venit locuſta ⁊ bru-
cus: cuius non erat numerus. Et comedit
omne fenum in tra eoꝝ: et comedit om-
nem fructum tre eoꝝ. Et percuſſit om-
ne primogenitū in tra eorum: primicias
omnis laboris eorum. Et eduxit eos cum
argento et auro: et non erat in tribꝫ eo-
rum infirmus. Letata eſt egiptꝰ in profe-
ctione eorum: quia incubuit timor eorum
ſuper eos. Expandit nubem in protectio-
nem eorum: et ignem vt luceret eis per no-
ctem. Pecierunt et venit coturnix: ⁊ pane
celi ſaturauit eos. Dirupit petram ⁊ fluxe-
runt aque: abierunt in ſicco flumina. Qm̃
memor fuit verbi ſancti ſui: quod habuit
ad abraham puerum ſuum. Et eduxit po-
pulum ſuum in exultatione: ⁊ electos ſuos
in letitia. Et edit illis regiones gentium:
et labores populorum poſſederunt. Vt cu-
ſtodiant iuſtificationes eius: et legem eiꝰ
requirant.

Alleluia alleluia. Cvz

Onfitemini domino quoniam bo-
nus: quoniam in ſeculum miſeri-
cordia eius. Quis loquet potenti-
as domini: auditas faciet omnes laudes
eius? Beati qui cuſtodiunt iudicium: ⁊ fa
ciũt iuſticiam in omni tempore. Memen-
to noſtri domine in beneplacito ꝑpli tui:
viſita nos in ſalutari tuo. Ad videndū in
bonitate electorum tuorum: ad letandum
in letitia gentis tue: vt laudeꝛis cū hereditate tua. Peccauim⁹ cum patribꝫ noſtris:
iniuſte egimus iniquitatem fecimus. Pa-
tres noſtri in egipto non intellexerũt mi-
rabilia tua: non fuerũt memores multitu-
dinis miſericordie tue. Et irritauerũt aſcen
dentes in mare: mare rubꝝ. Et ſaluauit e-
os propter nomen ſuū: vt notam faceret
potentiaz ſuam. Et increpuit mare rubꝝ ⁊
exiccatū eſt: et deduxit eos in abiſſis ſicut
in deſerto. Et ſaluauit eos de manu odien-
tium: et redemit eos de manu inimici. Et
operuit aqua tribulantes eos: vnꝰ ex eis ñ
remanſit. Et crediderunt verbis eiꝰ: ⁊ lau-
dauerũt laudem eiꝰ. Cito fecerũt obliti ſũt
operꝝ eius: non ſuſtinuerũt conſilium eiꝰ.
Et concupierunt concupiſcentiam in de-
ſerto: et temptauerũt deum in inaq̃ſo. Et
dedit eis petitionem ipſoꝝ: et miſit ſaturita-
tem in animas eorum. Et irritauerũt mo-
yſen in caſtris: aaron ſanctum domini.
Operta eſt tra et deglutiuit dathan: ⁊ o-
peruit ſuper congregatõnem abyron. Et
exarſit ignis in ſynagoga eorum: flamma
combuſſit peccatores. Et fecerũt vitulum
in oreb: et adorauerũt ſculptile. Et muta-
uerũt gloriam ſuam in ſimilitudinem vi-
tuli comedentis fenū. Obliti ſunt deum qui
ſaluauit eos: qui fecit magnalia in egipto
mirabilia in tra cham: terribilia in ma-
ri rubro. Et dixit vt diſperderet eos: ſi non
moyſes electus eiꝰ ſtetiſſet in confractõne
in conſpectu eiꝰ. Et auerteret iram eiꝰ ne
diſperderet eos: et pro nihilo habuerũt ter-
ram deſiderabilem. Non crediderũt verbo
eius: ⁊ murmurauerũt in tabernaculis ſu-
is: non exaudierunt vocem domini. Et e-
leuauit manū ſuam ſuper eos: vt proſter-
neret eos in deſerto. Et vt deiceret ſemen
eoꝝ in nationibus: et diſpergeret eos in
regionibꝫ. Et iniciati ſunt beelphegor: et
comederunt ſacrificia mortuoꝝ. Et irrita-
uerunt eū in adinuentionibꝫ ſuis: et mul-
tiplicata eſt in eis ruina. Et ſtetit phinees
et placauit: ⁊ ceſſauit q̃ſſatio. Et reputatū
eſt ei in iuſticiam: in generatione ⁊ gene-
ratõnem vſq; in ſempiternū. Pbares. Et
irritauerũt eū ad aquas ꝯtradictõis: ⁊ vex-
atus eſt moyſes propter eos: quia exacer-
bauerũt ſpiritū eius. Et diſtinxit in labiis
ſuis: non diſperdiderũt gentes quas dixit

dominus deus illis. Et comixti sunt inter gentes: & didicerunt opera eorum et seruierunt sculptilibus eorum: et factum est illis in scandalum: et immolauerunt filios suos et filias suas: demonijs. Et effuderũt sanguinem innocentez: sanguinem filioꝝ suorum et filiarum suarum: quas sacrificauerunt sculptilibus chanaan. Et interfecta est terra in sanguinibus: et contaminata est in operibus eoꝝ: et fornicati sunt in adinuentionibus suis. Et iratus est furore dominus in populum suum: et abominatus est hereditatem suaz. Et tradidit eos in manus gentium: et dominati sunt eorum qui oderunt eos. Et tribulauerunt eos inimici eorum: et humiliati sunt sub manibus eoꝝ: sepe liberauit eos. Ipsi autem exacerbauerunt eum in consilio suo: & humiliati sunt in iniquitatibus suis. Et vidit cum tribularentur: & audiuit orationem eoꝝ. Et memor fuit testamenti sui: et penituit eum secundum multitudinem misericordie sue. Et dedit eos in misericordias: in conspectu omnium qui ceperant eos. Saluos fac nos domine deus noster et congrega nos de nationibus. Vt confiteamur nomini sancto tuo: et gloriemur in laude tua. Benedictus dominꝰ deus israel a seculo et vsqꝫ in seculum: & dicet omnis populus fiat fiat.

Alleluia. alleluia.

Cvii

Confitemini domino quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius. Dicant qui redempti sunt a domino: quos redemit de manu inimici: de regionibus congregauit eos. A solis ortu et occasu: ab aquilone et mari. Errauerũt in solitudine in inaquoso: viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt. Esurientes et sicientes: anima eorum in ipsis defecit. Et clamauerunt ad dominum cum tribularentur: et de necessitatibus eorum eripuit eos. Et deduxit eos in viam rectaz: vt irent ad ciuitatem habitatõnis. Confiteantur domino misericordie eius: et mirabilia eius filijs hominũ. Quia saciauit aiam inanem: et aiam esurientẽ saciauit bonis. Sedentes in tenebris & vmbra mortis: vinctos in mendicitate et ferro. Quia exacerbauerũt eloquia dei: & consilium altissimi irritauerunt. Et humiliatum est in laboribꝰ cor eoꝝ: infirmati sunt nec fuit q̃ adiuuaret. Et clamauerunt ad dñm cũ tribularent: et de necessitatibꝰ eoꝝ liberauit eos. Et eduxit eos de tenebris & vmbra mortis: et vincula eoꝝ dirupit. Confiteantur domio misericordie eius: et mirabilia eius filijs hominũ. Quia contriuit portas ereas: & vectes ferreos cõfregit. Suscepit eos de via iniquitatis eoꝝ: propter iniusticias enim suas humiliati sunt. Omnem escam abominata est anima eoꝝ: et appropinquauerunt vsqꝫ ad portas mortis. Et clamauerunt ad dñm cum tribularentur: et de necessitatibꝰ eoꝝ liberauit eos. Misit verbum suũ et sanauit eos: et eripuit eos de interitõnibꝰ eoꝝ. Confiteantur domino misericordie eius: et mirabilia eius filijs hominuz. Et sacrificent sacrificiũ laudis: et annũcient opera ei⁹ in exultatione. Qui descendũt mare in nauibꝰ: faciẽtes operatõnem in aq̃s multis. Ipsi viderunt opera dñi: et mirabilia eius in profundo. Dixit et stetit spiritus procelle: et exaltati sunt fluctus ei⁹. Ascendũt vsqꝫ ad celos et descendunt vsqꝫ ad abissos: anima eoꝝ in malis tabescebat. Turbati sũt et moti sunt sicut ebri⁹: & omnis sapientia eoꝝ deuorata est. Et clamauerunt ad dñm cum tribularentur: & de necessitatibus eorum eduxit eos. Et statuit procellam eius in auram: & siluerũt fluctus ei⁹. Et letati sunt quia siluerũt: et deduxit eos in portum voluntatis eoꝝ. Cõfiteanꝫ domino misericordie ei⁹: et mirabilia ei⁹ filijs hominum. Et exaltẽt eum in ecclesia plebis: et in kathedra seniorum laudent eũ. Posuit flumina in desertũ: et exitus aquaꝝ in sitim. Terram fructiferã in salsuginem: a malicia inhabitantiũ in ea. Posuit desertũ in stagna aquaꝝ: & terrã sine aqua in exitus aquarum. Et collocauit illic esurientes: & constituerũt ciuitatẽ habitatõis. Et seminauerũt agros & plãtauerunt vineas: et fecerunt fructũ natiuitatis. Et benedixit eis & multiplicati sũt nimis: & iumẽta eoꝝ ñ minorauit. Et pauci facti sũt: & vexati sunt a tribulatõne malorũ & dolore. Effusa est ꝓtentõ sup̃ pr̃icipes:

et errare fecit eos in inuio ⁊ nõ in via. Et adiuuit pauperẽ de inopia:et posuit sicut oues familias.Videbunt recti et letabũt: ⁊ omnis iniquitas oppilabit os suuz. Quis sapiens ⁊ custodiet hec:⁊ intelliget miseri cordias domini? Alleluia.

¶ Canticum psalmi ipsi dauid.

C. VII.

Paratum cor meũ deus paratũ cor meũ: cantabo ⁊ psallam in gloria mea.Exurge psalteriũ ⁊ cithara: exurgam diluculo. Confitebor tibi in populis domine:⁊ psallaz tibi in natõnibus. Quia magna sup celos misericordia tua:⁊ vsq; ad nubes veritas tua. Exaltare super celos deus:⁊ sup omnez terrã gloria tua:vt liberentur dilecti tui. Saluuz fac dextera tua et exaudi me:deus locutus est in sancto suo.Exultabo ⁊ diuidã sichimaz:et conuallẽ tabernaculoz dimetiar. Meus est galaad ⁊ meus est manasses:⁊ ephraim susceptõ capitis mei. Juda rex meus: moab lebes spei mee. In ydumeam extendã calciamentũ meum: mihi alienigene amici facti sunt.Quis deducet me in ciuitatem munitaz:quis deducet me vsq; in ydumeã? Nõne tu deus qui repulisti nos:et non exibis deus in virtutibz nostris? Da nobis auxilium de tribulatõe: quia vana salus hominis. In deo faciemus virtutẽ:⁊ ipse ad nichilum deducet inimicos nostros.

¶ In finem psalmus dauid.

C. VIII.

Deus laudem meam ne tacueris:q; os peccatoris et os dolosi sup me aptum est. Locuti sunt aduersum me lingua dolosa:⁊ sermonibus odij circũ dederunt me ⁊ expugnauerunt me gratis. Pro eo vt me diligerent detrahebant mihi:ego autem orabam.Et posuerũt aduersum me mala p bonis:⁊ odium p dilectõe mea.Constitue sup eum peccatorez:⁊ diabolus stet a dextris eius.Cuz iudicat exeat condemnatus: et oracõ eius fiat in peccatũ. Fiant dies eius pauci:⁊ episcopatuz eius accipiat alter. Fiant filij eius orphani:⁊ vxor eius vidua. Nutantes transferẽtur filij eius ⁊ mendicent:eiciant de habitationibz suis.Scrutet fenerator omnem substanciam eius: ⁊ diripiant alieni labores eius. Non sit illi adiutor : nec sit qui misereatur pupillis eius. Fiant nati eius in interitum: in generatõne vna deleatur nomen eius. In memoriam redeat iniquitas patrum eius in ꝓspectu domini:⁊ peccatum matris eius non deleatur. Fiant ꝓtra dominum semper.et dispereat de terra memoria eorum: pro q; non est recordat⁹ facere misericordiaz. Et persecutus est hominem inopem ⁊ mendicum:⁊ cõpunctuz corde mortificare.Et dilexit maledictõnez ⁊ veniet ei:⁊ noluit benedictõnez ⁊ elongabitur ab eo. Et induit maledictõnez sicut vestimentum:⁊ intrauit sicut aqua in interiora eius:⁊ sicut oleũ in ossibz eius. Fiat ei sicut vestimentuz quo operitur:et sicut zona qua semp precingitur. Hoc opus eorũ qui detrahunt mihi apud dominum:et qui loquũtur mala aduersus aiam meaz. Et tu domine fac mecũ propter nomẽ tuum: quia suauis est misericordia tua. Libera me quia egenus ⁊ pauper ego sum:et cor meum conturbatum est intra me.Sicut vmbra cũ declinat ablatus sũ:et excussus sũ sicut locuste.Genua mea infirmata sunt a ieiunio:⁊ caro mea imutata ẽ propter oleũ. Et ego factus sũ obprobrium illis:viderunt me et mouerunt capita sua . Adiuua me domine deus meus: saluũ me fac propter misericordiam tuã. Vt sciant quia manus tua hec:⁊ tu domie fecisti eã. Maledicent illi et tu benedices:qui insurgũt in me confundantur: seruus autẽ tu⁹ letabitur. Induantur qui detrahunt mihi pudore:⁊ operiantẽ sicut diploide confusione sua . Confitebor domine nimis in ore meo:et ĩ medio multoz laudabo eũ.Quia astitit a dextris pauperis:vt saluã faceret a persequentibus animam meam.

¶ Psalmus dauid.

C. IX.

Dixit domin⁹ domino meo: sede a dextris meis . Donec ponaz inimicos tuos: scabelluz pedum tuorum. Virgam virtutis tue emittet domin⁹ ex sion:domiare in medio inimicoruz tuorum.Tecũ principium in die virtutis tue: in splendoribz⁹

sanctoꝝ ex vtero ante luciferuꝫ genui te. Jurauit dominus ꝙ nō penitebit eū: tu es sacerdos ineternū secūdū ordinē melchisedech. Dominus a dextris tuis: confregit ī die ire sue reges. Judicabit in nationibus implebit ruinas: conquassabit capita in terra multoꝝ. De torrente ī via bibet: ꝓpterea exaltabit caput.

CXv

Alleluia.

Confitebor tibi domine in toto cor de meo: in consilio iustorum ꝙ cōgregatōne. Magna opera domini: exquisita in omēs voluntates eius. Confessio ꝙ magnificēcia op⁹ ei⁹: ꝙ iusticia ei⁹ manet in seculū seculi. Memoriam fecit mirabiliū suoꝝ misericors ꝙ miserator domin⁹: escā dedit timentibꝫ se. Memor erit in seculū testamenti sui: virtutem opm suoꝝ annūciabit ꝓpl'o suo. Ut det illis hereditatem gētiū: opa manuū eius veritas ꝙ iudiciū. Fidelia omnia mādata eius: ꝛfirmata ī seculū seculi: facta in veritate ꝙ equitate. Redēptōem misit dns ꝓpl'o suo: mandauit ineternū testamentum suū. Sanctū ꝙ terribile nomen eius: inicium sapientie timor domini. Intellectus bonus omnibꝫ facientibꝫ eū: laudatō ei⁹ manet in seculum seculi.

Alleluia. In reuersiōe aggei ꝙ zacharie.

CXI

Beatus vir ꝙ timet dominum: ī mādatis eius volet nimis. Potens in terra erit semen eius: generatō rectoꝝ benedicetur. Gloria ꝙ diuicie ī domo eius: ꝙ iusticia eius manet ī seculū seculi. Exortū est in tenebris lumen rectis: misericors ꝙ miserator ꝙ iustus. Jocundus homo qui miseretur ꝙ comodat: disponit sermones suos in iudicō: quia ineternū non ꝓmouebit. In memoria eterna erit iust⁹: ab auditiōe mala nō timebit. Paratū cor eius sperare in domino: confirmatum est cor eius: non commouebitur donec despiciat inimicos suos. Dispersit dedit pauperibus iusticia eius manet in seculum seculi: cornu eius exaltabitur ī gloria. Peccator videbit ꝙ irascetur: dentibus suis fremet ꝙ tabescet: desiderium peccatorum peribit.

Alleluia. alleluia.

CXIi

Laudate pueri dominum: laudate nomen domini. Sit nomen domini benedictum: ex hoc nūc et vsqꝫ ī seculum. A solis ortu vsqꝫ ad occasuꝫ: laudabile nomen domini. Excelsus super oēs gentes dominus: ꝙ super celos gloria eius. Quis sicut dominus deus noster: qui in altis habitat ꝙ humilia respicit in celo et in terra: Suscitans a terra inopem: ꝙ de stercore erigens pauperem. Ut collocet eū cū principibus: cum principibus populi sui. Qui habitare facit sterilem in domo: matrem filiorū letantem.

CXIII

Alleluia. alleluia.

In exitu israel de egipto: domus iacob de populo barbaro. Facta est iudea sanctificatō eius: israel potestas eius. Mare vidit ꝙ fugit: iordanis cōuersus est retrorsuꝫ. Montes exultauerūt vt arietes: et colles sicut agni ouiū. Quid est tibi mare ꝙ fugisti: et tu iordanis quia conuersus es retrorsum? Montes exultastis sicut arietes: ꝙ colles sicut agni ouiū. A facie domini mota est terra: a facie dei iacob. Qui conuertit petram in stagna aquarum: ꝙ rupem in fontes aquarum. Nō nobis domine non nobis: sed nomini tuo da gloriam. Super misericordia tua ꝙ veritate tua: nequando dicant gētes vbi est deus eorum. Deus autem noster in celo: omnia quecunqꝫ voluit fecit. Simulacra gentium argentum ꝙ aurū: opera manuū hominuꝫ. Os habent ꝙ non loquentur: oculos habent et non videbunt. Aures habent ꝙ non audient: nares habēt ꝙ nō odorabunt. Manus habent et non palpabūt: pedes habent ꝙ non ambulabunt: non clamabunt in gutture suo. Similes illis fiāt ꝙ faciūt ea: ꝙ omnes qui confidūt ī eis. Domus israel sperauit in dño: adiutor eoꝝ ꝙ ꝓtector eoꝝ est. Domus aaron sperauit ī domō: adiutor eoꝝ ꝙ ꝓtector eoꝝ est. Qui timēt dñm sperauerūt in dño: adiutor eoꝝ et ꝓtector eoꝝ ē. Dns memor fuit nostri: et benedixit nobis. Benedixit domui israel: benedixit domui aaron. Benedixit omnib⁹ qui timent dominū: pusillis cū maioribus. Adiciat dominus super vos: supꝫ vos ꝙ supꝫ filios vestros. Benedicti vos a domino: ꝙ fecit celū ꝙ terrā. Celū celi dño: terrā aūt dedit filijs hominū. Nō mortui laudabunt

te domine:neq; omnes q̄ deſcendūt in̄ infernū. Sed nos qui viuim⁹ benedicim⁹ domino:ex hoc nunc ⁊ vſq; in ſeculum.

℣ Alleluia.alleluia. ℣.xiv.

Dilexi: quoniā exaudiet dñs vocez oratōnis mee. Quia inclinauit aurē ſuam mihi:⁊ in diebꝫ meis inuocabo. Circūdederunt me dolores mortis:et pericula inferni inuenerunt me. Tribulatōz ⁊ dolorē inueni:⁊ nomē dñi inuocaui. O domine libera aiaz meā:miſericors dñs ⁊ iuſt⁹:⁊ deꝰ noſter miſereť. Cuſtodiēs paruulos dñs:humiliatus ſū ⁊ liberauit me. Cō uertere aīa mea in requiem tuā:quia dñs benefecit tibi. Quia eripuit aiaz meam de morte:oculos meos a lacrimis: pedes meos a lapſu. Placebo domino in regione viuorum.

℣ Alleluia.alleluia. ℣.xv.

Credidi propter qd̄ locut⁹ ſū :ego aūt humiliatus ſū nimis. Ego dixi in exceſſu meo:oīs homo mēdax. Quid retribuaz dño:p oīnibꝫ que retribuit mihi. Calicē ſalutaris accipiaz: et nomen dñi inuocabo. Vota mea dño reddā corā oīi populo eius:p̄cioſa in cōſpectu dñi mors ſanctoꝝ ei⁹. O dñe quia ego ſeruus tuus:ego ſeruus tuus ⁊ fili⁹ ancille tue. Dirrupiſti vincula mea:tibi ſacrificabo hoſtiā laudis:⁊ nomen dñi inuocabo. Vota mea dño reddaz ī ꝓſpectu oīis populi eius:: in atriis domus domini in medio tui hieruſalem.

℣ Alleluia.alleluia. ℣.xvi.

Laudate dominū oīes gentes:laudate eum oīes populi. Quoniam confirmata eſt ſup nos miſericordia ei⁹:⁊ veritas domini manet ineternū.

℣ Alleluia.alleluia. ℣.xvii.

Confitemini dño quoniā bonus:q̄niam in ſeculū miſericordia eius. Dicat nūc iſrael quoniaz bon⁹:q̄nia in ſeculū miſericordia eius. Dicat nūc domus aaron:quoniā in ſeculū miſericordia eius. Dicant nūc qui timent dominū: q̄niam in ſeculū miſericordia eius. De tribulatōe inuocaui dñm:⁊ exaudiuit me in latitudīe dominus. Dñs mihi adiutor: nō timebo quid faciat mihi homo. Dominus mihi adiutor :⁊ ego deſpiciā inimicos meos. Bonū eſt confidere in domino:q̄ ꝓfidere in homine. Bonū eſt ſperare in dño: q̄ ſperare ī principib⁹. Oīes gentes circuierūt me:⁊ in noīe dñi quia vltus ſū in eos. Circūdantes circūdederūt me: ⁊ in nomīe dñi quia vltus ſum in eos. Circūdederunt me ſicut apes:et exarſerunt ſicut ignis in ſpinis:⁊ in noīe dñi quia vltus ſum ī eos. Impulſus euerſus ſū vt caderez:⁊ dñs ſuſcepit me. Fortitudo mea et laus mea domin⁹:⁊ factus eſt mihi ī ſalutē. Vox exultatōnis ⁊ ſalutis: in tabernaculis iuſtoꝝ. Dextera dñi fecit virtutē: dextera dñi exaltauit me:dextera dñi fecit virtutē. Non moriar ſed viuā:⁊ narrabo opa dñi. Caſtigans caſtigauit me dominus:⁊ morti non tradidit me. Aperite mihi portas iuſticie: ingreſſus in eas cōfitebor dño: hec porta dñi iuſti intrabūt ī eā. Confitebor tibi q̄niaz exaudiſti me:⁊ factus es mihi in ſalutē. Lapidē quē reprobauerūt edificantes : hic factus eſt in caput anguli . A dño factum eſt iſtud ⁊ eſt mirabile in oculis noſtris. Hec eſt dies quā fecit dñs: exultem⁹ ⁊ letemur in ea. O domine ſaluū me fac:o domine bene ꝓſperare:benedictus qui veīt in noīe dñi. Benedixim⁹ vobis de domo domini:deus dominus ⁊ illuxit nobis. Cōſtituite diē ſolennē in ꝓdenſis: vſq; ad cornu altaris. Deus meus es tu ⁊ ꝓfitebor tibi:deus meus es tu ⁊ exaltabo te. Confitebor tibi qm̄ exaudiſti me: ⁊ factus es mihi in ſalutē. Confitemini dño quoniā bon⁹: quoniaz in ſeculū miſericordia eius.

℣ Alleluia.alleluia.Aleph. ℣.xviii.

Beati immaculati ī via:qui ambulant ī lege domini. Beati qui ſcrutant testimonia eius: in toto corde exquirunt eū. Nō em̄ qui operātur iniquitatē:in vijs ei⁹ ambulauerūt. Tu mandaſti: mandata tua cuſtodire nimis. Vtinaz dirigatur vie mee:ad cuſtodiēdas iuſtificatōes tuas Tunc nō ꝓfundar:cum ꝓſpexero in oīnibꝫ mandatis tuis. Confitebor tibi in directōe cordis: in eoq; didici iudicia iuſticie tue. Juſtificatōes tuas cuſtodiā:nō me derelinq;s vſqueq;. Beth.

In quo corrigit adoleſcentior viam ſuā:ī cuſtodiēdo ſmones tuos. In toto corde meo exq̄ſiui te:ne r̄pellas me a mandatis tuis. In corde meo abſcōdi eloq̄a tua:vt ñ peccē tibi. Benedict⁹ es

domine: doce me iustificatōnes tuas. In la
bijs meis: pnūciaui oīa iudicia oris tui.
In via testimonioꝝ tuoꝝ delectat⁹ sū: sic
in oīb⁹ diuicijs. In mādatis tuis exerce
bor: & considerabo vias tuas. In iustifica-
tōib⁹ tuis meditabor: nō obliuiscar sermo
nes tuos. ℭ Gimel.

REtribue seruo tuo: viuifica me et
custodiam sermones tuos. Reue-
la oculos meos: & considerabo mi-
rabilia ō lege tua. Incola ego sū in terra:
non abscondas a me mandata tua. Concu
piuit anima mea desiderare iustificatōnes
tuas: in omni tēpore. Increpasti supbos:
maledicti q̄ declinant a mādatis tuis. Au-
fer a me obprobriū & pt̄ēptū: quia testimo
nia tua exquisiui. Etēm sederūt principes
& aduersus me loquebant̄: seruus aūt tu⁹
exercebat̄ in iustificatōnib⁹ tuis. Nā & te-
stimonia tua meditatō mea est: & psilium
meū iustificatōnes tue. ℭ Deleth.

ADhesit pauimento anima mea: vi
uifica me scōm verbum tuū. Vias
meas enūciaui & exaudisti me: do-
ce me iustificatōnes tuas. Viam iustifica-
tōnum tuarū instrue me: & exercebor ī mi-
rabilib⁹ tuis. Dormitauit anima mea pre
tedio: psirma me in verbis tuis. Viā iniq̄-
tatis amoue a me: et de lege tua miserere
mei. Viā veritatis elegi: iudicia tua nō sū
oblitus. Adhesi testimonijs tuis domine:
noli me confundere. Viam mandatoꝝ tuoꝝ
cucurri: cum dilatasti cor meum. ℭ He.

LEgem pone mihi domine viam iu-
stificatōnū tuarū: & exquirā eā sē-
per. Da mihi intellectum & scruta
bor legē tuā: & custodiā illam in toto cor-
de meo. Deduc me in semita mandatorum
tuoꝝ: quia ipsam volui. Inclina cor meum
in testimonia tua: & nō in auariciā. Auer
te oculos meos ne videāt vanitatē: in via
tua viuifica me. Statue seruo tuo eloq̄um
tuum: in timore tuo. Amputa obprobriū
meū qō suspicatus sum: qr iudicia tua io-
cūda. Ecce concupiui mandata tua: in eq̄
tate tua viuifica me. ℭ Vau.

ET veniat sup me misericordia tua
domine: salutare tuum scōm eloq̄-
um tuū. Et respondebo ex probrā-
tib⁹ mihi verbū: qr spaui ī sermonib⁹ tuis.
Et ne auferas ō ore meo verbum veritatis
vsquequaq̄: quia in iudicijs tuis supspera
ui. Et custodiam legem tuam semp: ī secu
lū & in seculum seculi. Et ambulabā in la-
titudine: quia mandata tua exquisiui. Et
loquebar ī testimonijs tuis in ꝓspectu re-
gū: & nō confundebar. Et meditabar: in mā-
datis tuis que dilexi. Et leuaui man⁹ me-
as ad mādata tua que dilexi: et exercebor
in iustificatōnib⁹ tuis. ℭ Zay.

MEmor esto verbi tui seruo tuo: in
quo mihi spem dedisti. Hec me con
solata est in humilitate mea: quia
eloquium tuum viuificauit me. Superbi
inique agebant vsquequaq̄: a lege autem
tua non declinaui. Memor fui iudicōꝝ tu-
oꝝ a seculo domine: & cōsolatus sum. De-
fectō tenuit me: p peccatorib⁹ derelinquē-
tib⁹ legem tuā. Cantabiles mihi erāt iusti-
ficatōnes tue: in loco peregrinatōis mee.
Memor fui nocte nominis tui domine: et
custodiui legem tuaz. Hec facta est mihi:
quia iustificatōnes tuas exquisiui.
ℭ Heth.

DOrcio mea domine: dixi custodire
legem tuam. Deprecatus sū faciem
tuam in toto corde meo: miserere
mei scōm eloquiū tuuz. Cogitaui vias me-
as: & conuerti pedes meos ī testimonia tua.
Paratus sum et nō sū turbatus: vt custo-
diā mandata tua. Funes peccatorum cir-
cūplexi sunt me: & legem tuam nō sum ob-
litus. Media nocte surgebā ad cōfitēdū ti-
bi: super iudicia iustificatōnis tue. Parti-
ceps ego sum omniū timentiū te: et custo-
dientiū mādata tua. Misericordia tua do-
mine plena est terra: iustificationes tuas
doce me. ℭ Theth.

BOnitatem fecisti cū seruo tuo do-
mine: secundum verbuz tuuz. Bo-
nitatem & disciplinam & scienciam
doce me: quia in mandatis tuis credidi.
Priusq̄ humiliarer ego deliqui: propterea
eloquiū tuū custodiui. Bon⁹ es tu: & ī bo
nitate tua doce me iustificatōes tuas. Mul
tiplicata ē sup me iniq̄tas superboꝝ: ego aūt ī
toto corde meo scrutabor mādata tua. Co
agulatū ē sic lac cor eoꝝ: ego vero legem

tuam meditatus sū. Bonū mihi qz humili asti me: vt discaz iustificatões tuas. Bonū mihi lex oris tui: sup milia auri z argēti.

Joth.

Manus tue dñe fecerunt me z plasmauerūt me: da mihi intellectum vt discam mādata tua. Qui timēt te videbūt me z letabunt: qz in verba tua supsperaui. Cognoui dñe qui equitas iudicia tua: z ī veritate tua humiliasti me. Fiat misericordia tua vt consoletur me: secū dū eloquiū tuum seruo tuo. Veniāt mihi miserationes tue z viuaz: qz lex tua meditacio mea est. Cōfūdant superbi quia iniuste iniquitatē fecerūt in me: ego autē exercebor ī mādatis tuis. Cōuertāt mihi timētes te: z qui nouerūt testimonia tua. Fiat cor meū immaculatū ī iustificatōibz tuis: vt nō confundar.

Caleph.

Defecit in salutare tuū aīa mea: z ī verbū tuū supsperaui. Defecerūt oculi mei in eloquiuz tuuz: dicentes quando consolaberis me. Quia factus sū sicut vter in pruina: iustificatões tuas nō sū oblitus. Quot sūt dies serui tui: qñ facies de persequentibz me iudiciū. Narraverūt mihi iniqui fabulatōnes: sed non vt lex tua. Omnia mandata tua veritas: iniq persecuti sūt me adiuua me. Paulominus psumauerūt me in terra: ego autē nō dereliqui mandata tua. Secūdū misericordiā tuaz viuifica me: z custodiā testimonia oris tui.

Lamech.

In eternuz dñe: verbū tuū pmanet in celo. In generatōne et generatōnem veritas tua: fundasti terram z permanet. Ordinatōe tua pseverat dies: qñ oia seruiūt tibi. Nisi q lex tua meditatō mea est: tūc forte perissem in humilitate mea. In eternū nō obliuiscar iustificatōnes tuas: quia in ipsis viuificasti me. Tu? sū ego saluū me fac: quoniā iustificatōnes tuas exquisiui. Me expectauerūt peccatores vt perderent me: testimonia tua intellexi. Omnis cōsumatōnis vidi finem: latuz mandatum tuum nimis.

Mem.

Quomodo dilexi legē tuā dñe: tota die meditatō mea est. Super inimicos meos prudentem me fecisti mādato tuo: quia ineternū mihi est. Sup omnes docentes me intellexi: quia testimonia tua meditatō mea est. Super senes intellexi: quia mādata tua quesiui. Ab omni via mala phibui pedes meos: vt custodiā verba tua. A iudicijs tuis nō declīaui: qa tu legē posuisti mihi. Quādulcia faucib? meis eloquia tua: sup mel ori meo. A mādatis tuis ītellexi: propterea odiui omnez viam iniquitatis.

Nun.

Lucerna pedibz meis verbuz tuuz: et lumen semitis meis. Juraui: et statui custodire iudicia iusticie tue. Humiliatus sum vsquequaq: domine viuifica me secundum verbum tuum. Voluntaria oris mei beneplacita fac dñe: z iudicia tua doce me. Anima mea in manibus meis semper: et legem tuam nō sū oblitus. Posuerunt peccatores laqueum mihi: et de mandatis tuis nō erraui. Hereditate acquisiui testimonia tua ineternum: qa exultatō cordis mei sūt. Inclinaui cor meū ad faciendas iustificatōnes tuas ineternū: ppter retributōnez.

Samech.

Iniquos odio habui: z legem tuaz dilexi. Adiutor z susceptor me? es tu: z in verbū tuum supersperaui. Declinate a me maligni: z scrutabor mandata dei mei. Suscipe me scōm eloquium tuum z viuam: z nō confundas me ab expectatōne mea. Adiuua me z saluus ero: z meditabor in iustificatōnibz tuis semper Sprevisti omnes descendētes a iudicijs tuis: quia iniusta cogitatō eorum. Prevaricantes reputaui omnes peccatores terre: ideo dilexi testimonia tua. Confige timoē tuo carnes meas: a iudicijs eī tuis timui.

Ayn.

Feci iudiciū z iusticiam: nō tradas me calumniātibz me. Suscipe seruū tuū in bonū: nō calūnient me superbi. Oculi mei defecerūt ī salutare tuum: et in eloquiū iusticie tue. Fac cuz seruo tuo secundū misericordiaz tuam: z iustificatōnes tuas doce me. Seruus tu? suz

ego: da mihi intellectū vt sciaz testimonia tua. Tempus faciendi domīe: dissipauerūt legem tuam. Ideo dilexi mādata tua: sup aurū et topazion. Propterea ad oīa mā data tua dirigebar: omnem viaz iniquam odio habui. ℭ Phe.

Qui diligit disciplinā diligit sciencīam: qui aūt odit increpacōes insipiēs est. Qui bonus est hauriet sibi graciam a dño: qui autem ꝓfidit ī cogitacōnib⁹ suis impie agit. Non roborabitur homo ex impietate: et radix iustoꝝ nō ꝓmouebit. Mulier diligens corona est viro suo: et putredo in ossib⁹ eius que confusione res dignas gerit. Cogitacōes iustoꝝ iudicia: ꝛ consilia impioꝝ fraudulenta. Verba impioꝝ insidiant sanguini: os iustoꝝ liberabit eos. Vertē impios ꝛ non erūt: domus autem iustoꝝ ꝓmanebit. Doctrina sua noscitur vir: qui aūt vanus et excors est patebit ꝓtemptui. Melior ē pauper ꝛ sufficiēs sibi: q̄ gloriosus ꝛ indigens pane. Nouit iustus iumentoꝝ suoꝝ aīas: viscera aūt impioꝝ crudelia. Qui operat̄ terram suam saciabitur panib⁹: qui autē sectatur ocium stultissimus est. Qui suauis est viuit ī moderacōib⁹: in suis monitōnib⁹ reliquit ꝓtumeliam. Desideriū impij monimentū est pessimoꝝ. radix aūt iustoꝝ ꝓficiet. Propter pct̄a labioꝝ ruina ꝓximat malo: effugiet aūt iustus de angustia. De fructu oris sui vnusquisq̄z replebitur bonis: et iuxta opa manuū suaꝝ retribuet ei. Via stulti recta in oculis ei⁹: q̄ aūt sapiēs ē audit ꝓsilia. Fatu⁹ statim indicat irā suā: q̄ aūt dissimulat iniuriā callidus ē. Qui qd̄ nouit loquitur iudex iusticie ē. q̄ autez mētitur testis ē fraudulentus. Est q̄ ꝓmittit ꝛ q̄si gladio pungit cōsciencie: lingua autem sapientiū sanitas. Labiū veritatis firmū erit ī ꝑpetuū: q̄ aū testis ē repētinus ꝓcinnat linguā menda cij. Dolos ī corde cogitantiū mala: q̄ autē pacis ineunt ꝓsilia. sequitur eos gaudiuz nō ꝓtristabit iustū quicquid ei acciderit: impij aūt replebuntur malo. Abominacō est dño labia mendacia: qui autē fidelit̄er agūt placēt ei. Homo vsutus celat sciēcia

ꝛ coꝛ insipiētiū ꝓuocat stulticā. Manꝰ foꝛtiū dñabiť: q aūt remissa ē ťbutis ꝶuiet. Meroꝛ ī coꝛde viri būiliabit illū: et ꝶmone bono letificabiť Qui negligit damnū ꝓpť amicū iustus ē: itēr aūt īpioꝝ decipiet eos Nō inueniet fraudulēťꝰ lucꝝ: ꝛ substancia hoīs erit auri ꝑciū. In semita iusticie vita. itēr aūt deuiū ducit ad moꝛtē.

Capitulū. .XIII.

Filius sapiēs doctrina patris: qui aūt illusoꝛ ē nō audit cū arguitur De fructu oꝛis sui bō saciabiť bonis: aīa aūt impioꝝ iniq̄. Qui custodit os suū custodit aīaz suā: qui aūt incōsideratus ē ad loquēdū sentiet mala. Vult ꝛ nō vult piger: aīa aūt operātiū ipinguabiť. Verbū mēdax iustus detestabiť: impiꝰ aūt ꝑfūdit ꝛ ꝑfūdeť. Justicia custodit innocētis viā: īpietas aūt peꝛcoꝛē supplātat. Est q̄ si diues cū nihil habeat: ꝛ ē q̄si paup cū ī diuicijs sit. Redempcō aīe viri diuicie sue q̄ aūt paup ē increpacōez ñ sustinet. Lux iustoꝝ letificat: lucerna aūt impioꝝ extīguetur. Inter supbos semp iurgia sunt: q̄ aūt agunt oīa cū ꝑsilio. regunť sapiētia. Substācia festinata minueť: q̄ aūt paulatim colligiť manu multiplicabiť. Spes q̄ differť affligit aīam: lignū vite desideriū veniēs. Qui detrahit alicui rei. ipe se in futurū obligat: q̄ aūt timet p̄ceptuz in pace versabiť. Anime doloſe errāt in peccatis: iusti aūt miseicoꝛdes sūt ꝛ miserenť. Lex sapiētis fōs vite: vt declinet a ruina moꝛtis. Doctrina bona dabit graciā: in itinere ꝓemptoꝝ vorago. Astutꝰ omnia agit cū ꝑsilio: q̄ aūt fatuus ē aperit stulticiaz. Nūcius impij cadet in malū: legatꝰ fideľ sanitas. Egestas ꝛ ignominia ei q̄ deserit disciplinā: q̄ aūt acq̄escit arguēti gloꝛificabitur. Desideriū si ꝓpleať delectat aīam: detestāť stulti eos q̄ fugiūt mala. Qui cuz sapientibꝫ gradiť sapiēs erit: amicꝰ stultorū simľ efficieť. Peccatoꝛes pseq̄tur malū ꝛ iustis retribuenť bona. Bonus reliquit hereꝺes filios ꝛ nepotes: et custodiť iusto substantia peccatoꝛis. Multi cibi in noua libꝫ patrū: ꝛ alijs ꝓgreganť absq̄ iudicio. Qui pcit virge odit filiū suū: qui autem diligit illum instanter erudit. Justus comedit ꝛ replet aīam suā: vēter aūt īpiorū insaturabilis.

Capitulū. XIIII.

Sapiens mulier edificat domū suam: insipiens extructam q̄ manibus destruet. Ambulans recto iti nere ꝛ timens deum: despiciť ab eo qui in fami graditur via. In oꝛe stulti virga superbie: labia sapientium custodiunt eos. Vbi non sunt boues presepe vacuum est: vbi aūt apparent plurime segetes ibi maīfesta est foꝛtitudo bouis. Testis fidelis nō mentieť: profert aūt mēdatiū dolosus testis. Querit deriſoꝛ sapienciā ꝛ nō īuenit: doctrina prudentiuz facilis. Vade contra virum stultum: et nesciet labia prudentie Sapiencia callidi est intelligē viā suā: ꝛ īprudencia stultoꝝ errans. Stultus illudz peccatū: ꝛ inter iustos morabitur gracia. Coꝛ qd̄ nouit amaritudinē aīe sue: ī gaudio eiꝰ nō miscebiť extraneus. Domus īpioꝝ delebiť: tabnacula iustoꝝ germinabūt. Est via que videť homī iusta: nouissima aūt eiꝰ deducūt ad moꝛtē. Risus doloē miscebiť: ꝛ extrema gaudij luctꝰ occupat. Viris suis replebiť stultꝰ: et sup eū erit vir bonus. Innocēs credit omni verbo: astutus considerat gressus suos. Filio doloso nihil erit boni. seꝛuo aūt sapienti ꝓsperi erunt actus. ꝛ dirigetur via eius. Sapiēs timet ꝛ declinat a malo: stultus transilit ꝛ ꝑfidit. Impaciens operabiť stulticiam: et vir versutus odiosus est. Possidebunt pauli stulticiam: et expectabunt astuti sciēciam. Jacebunt mali ante bonos: ꝛ impij ante portas iustoꝝ. Eciā primo suo pauper odiosus ē: amici ꝺo diuitū multi Qui despicit ꝓximū suum peccat: qui aūt miseretur paupi beatus erit. Qui credit ī domino miseicoꝛdiaz diligit: errāt qui operantur malum. Miseicoꝛdia et veritas p̄parant bona. In omni tempoꝛe bono erit abundantia: vbi autem verba sunt plurima ibi frequenter egestas. Coꝛona sapientium diuicie eoꝝum: fatuitas stultoꝝ imprudencia. Liberat animas testis fidelis: ꝛ profert mendacia versipellis. In timore domini fiducia fortitudinis: et filijs eius erit spes. Timoꝛ domī fons vite: vt declinet a ruina moꝛtis. In multitudine populi dignitas regis: ꝛ in paucitate pleb̄ ignominia principis. Qui paciēs est multa gubnať sapiēcia: q̄ ať īpaciēs ē exaltat stulticiā suaz. Vita carnium sanitas coꝛdis:

putredo ossiū iuidia. Qui calūniaf egētē exprobrat factori e⁹: honorat aī eū q̄ miſereī paupis. In malicia ſua expelleī impi⁹: ſperat aūt iuſt⁹ in morte ſua. In corde prudētis requiescit ſapiēcia: et idoctos q̄ſq̄ erudiet. Iuſticia eleuat gētē: miſeros aūt facit ꝓpl'os pcm. Accept⁹ē regi miſter intelligens: iracūdiā ei⁹ iutil' ſuſtiebit.

Capitulū. .XV.

Bſpōſio mollis frāgit irā. ſmo durus ſuſcitat furorē. Līgua ſapientiū ornat ſciēciā: os fatuor ebullit ſtulticiā. In oīi loco ocl'i dñi ꝓtēplantur bonos ⁊ malos. Līgua placabil' lignū vite: q̄ aūt immoderata ē ꝓteret ſpirituz. Stult⁹ irridet diſciplinā pr̄is ſui: q̄ aī cuſtodit increpacōes aſtutior fiet. In abundāti iuſticia ōtus maxīa ē: cogitacōes aī īpior eradicabūf. Dom⁹ iuſti pluria fortitudo: ⁊ in fructib⁹ īpij ꝓturbacō. Labia ſapientū diſſemīabūt ſcienciā: cor ſtultorū diſſimile erit. Elictime īpior abominabiles dño: vota iuſtor placabilia. Abominatō ē dño via īpij: q̄ ſeq̄f iuſticiā diligef ab eo. Doctrina mala deſerētiū viā vite. q̄ increpacōes odit morief. Infern⁹ ⁊ pdicō corā dño: quātomagis corda filior hominū: Nō amat peſtilēs eum q̄ ſe corripit nec ad ſapiētes gradif. Cor gaudēs exhilarat faciē: ī meror animi deicif ſpūs. Cor ſapiētis q̄ret doctrinā: ⁊ os ſultor paſcif īpericia. Omnes dies paupis mali: ſecura mēs q̄ſi iuge ꝓuiuiū. Meli⁹ē pax cū timore domī: q̄ theſauri magni ⁊ inſaciabiles. Melius ē vocari ad olera cum caritate: q̄ ad vitulū ſaginatū cū odio. Elir iracūdus ꝓuocat rixas: q̄ paciēs ē mitigat ſuſcitatas. Iter pigror q̄ſi ſepes ſpinar: via iuſtor abſq̄ offendicl'o. Fili⁹ ſapiens letificat pr̄em: ⁊ ſtult⁹ hō deſpicit matrē ſuam. Stulticia gaudiū ſtulto: ⁊ vir prudēs dirigit greſſus ſuos. Diſſipanf cogitacōes vbi nō ē ꝓſiliū: vbi vo ſūt plures ꝓſiliarij ꝓfirmanf. Letaf homo ī ſentēcia oris ſui ⁊ ſmo oportun⁹ ē optimus. Semita vite ſup eruditum: vt declīet de īferno nouiſſimo. Domum ſupbor demolief dñs: ⁊ firmos faciet termīos vidue. Abomīacō dñi cogitacōes male: ⁊ purus ſmo pulcerrimus firmabif ab eo. Cōturbat domū ſuā q̄ ſectaf auaricia: q̄ aī odit munera viuet

Per miſericordiā et fidē purganf pcā: ꝑ timorē aūt dñi declīat oīs a malo. Mens iuſti meditabif obediēciā. os īpior redūdat malis. Longe ē dñs ab īpijs: ⁊ oracōnes iuſtor exaudiet. Lux ocl'or letificat aiam: fama bona īpīguat oſſa. Auris que audit īcrepacōes vite: ī medio ſapiētū cōmorabitur. Qui abicit diſciplinā deſpicit aiaz ſuā: q̄ aī acq̄ſcit īcrepacōib⁹: poſſeſſor ē cordis. Timor dñi diſciplīa ſapiēcie: ⁊ gl'iaz p̄cedit hūilitas.

Capitulū. .XVI.

Ominis eſt aiam ꝓparare: ⁊ domī gubernare linguā. Oēs vie hominum patēt oculis eius: ſpirituum poderator eſt dñs. Reuela dño opa tua: et dirigenf cogitacōnes tue. Uniuerſa ꝓpter ſemetipſū operatus eſt dñs: impium q̄z ad diē malū. Abominacō domī eſt oīs arrogans. eciāſi man⁹ ad manū fuerit nō erit innocēs. Iniciū vie bone facere iuſticiaz: accepta eſt apud deū magiſq̄ īmolare hoſtias. Miſericordia ⁊ veritate redimif iniq̄tatē: ⁊ ī timore domini declīatur a malo. Cū placuerīt dño vie hoīs: īimicos q̄z ei⁹ ꝓuertet ad pacē. Meli⁹ ē parū cū iuſticia: q̄ multi fructus cū iniq̄tate. Cor hoīs diſponit viā ſuā: ſed domī ē dirigere greſſ⁹ eius. Diuinacō ī labijs regis: ī iudicō nō errabit os eius. Pondus ⁊ ſtatera iudicia dñi ſūt: ⁊ opa eius oēs lapides ſecl'i. Abomīabiles regi q̄ agūt impie: qm̄ iuſticia firmaf ſoliū. Uoluntas regū labia iuſta: q̄ recta loquif: dirigef. Indignacō regis nūcij mortis: ⁊ vir ſapiēs placabit eum. In hilaritate vult⁹ regis vita: ⁊ clemēcia eius q̄ſi ỹmber ſerotinus. Poſſide ſapienciā q̄ auro melior eſt: ⁊ acq̄rere prudenciā quia p̄cioſior eſt argento. Semita iuſtor declinat mala: cuſtos aīe ſue ſeruat vitā ſuā. Contricōez p̄cedit ſupbia: ⁊ ante ruinā exaltabif ſpūs. Meli⁹ eſt humiliari cū mitibus: q̄ diuidere ſpolia cū ſupbis. Erudit⁹ ī vbo reperiet bona: ⁊ q̄ ſperat ī dño beat⁹ ē. Qui ſapiēs ē corde. appellabif prudēs: et qui dulcis eloquio maiora reperiet. Fōs vite erudicio poſſidentis: doctrina ſtultorum fatuitas. Cor ſapientis erudiet os eius: et labijs eius addet graciam. Fauus mellis cōpoſita verba: dulcedo anīe ē ſanitas oſſium. Eſt via que videtur homini

recta: ꝙ nouissima eiꝰ ducũt ad mortẽ Aĩa laborãtis laborat sibi: qꝛ ꝓpulit eũ os suũ Vir ĩsipiẽs fodit malũ ꝙ ĩ labijs eiꝰ ignis ardescit. Homo puersus suscitat lites: et vbosꝰ sepat pncipes. Vir ĩiquꝰ lactat amicũ suũ: ꝙ ducit eũ ꝑ viã nõ bonã. Qui attoĩtis oculꝭ cogitat pua: mortẽs labia sua pficiet malũ. Corona dignitatis senectꝰ: q̃ ĩ vijs iusticie reperiet. Melioꝛ ẽ paciẽs viro fortiꝭ ꝙ q̃ dñatur aĩo suo expugtoꝛe vrbiũ. Sortes mittũt ĩ sinũ: sꝫ a dño temperantur.

Capitulũ. .XVII.

Melioꝛ ẽ bucella sicca cũ gaudio: q̃ dom⁹ plena victimis cum iurgio. Seruꝰ sapiẽs dñabit stultis filijs ꝙ int̃ frẽs hẽditatẽ diuidet: Sic igne ꝓbatur argẽtũ ꝙ aurꝫ camino: ita corda ꝓbat dñs. Malꝰ obedit lingue iniq̃: ꝙ fallax obtẽperat labijs mẽdacibꝫ. Qui despicit pauperẽ exprobrat factoꝛi eiꝰ: ꝙ q̃ ĩ ruina letatur alteriꝰ nõ erit ĩpunitꝰ. Corona senũ filij filiorꝫ: ꝙ glia filiorꝫ pres eorꝫ. Nõ decẽt stultũ verba ꝓposita: nec pncipẽ labiũ mẽciens. Gemma gratissima expectacõ pstolantis: quocũqꝫ se vertit prudẽter ĩtelligit Qui celat delictũ querit amicicias: q̃ altero fmone repetit separat federatos. Plus pficit correctio apud prudentẽ: q̃ centuz plage apud stultũ. Semp iurgia q̃rit malus: angelꝰ aũt crudelꝭ mittet ꝓtra eũ. Expedit magis vrse occurrere raptis fetibꝫ: q̃ fatuo pfidenti sibi in stulticia sua. Qui reddit mala ꝑ bonis: nõ recedet maluz de domo eiꝰ. Qui dimittit aquã caput ẽ iurgioꝝ: ꝙ antq̃ patiat ꝓtumeliã iudicium deserit. Et q̃ iustificat impiũ ꝙ q̃ ꝓtemnat iustũ: abomiabilꝭ ẽ vterqꝫ apud deũ. Quid ꝓdest stulto habere diuicias: cũ sapienciã emere nõ possit: Qui altã facit domũ suaz q̃rit ruinã: ꝙ q̃ euitat discere incidet ĩ malũ. Oĩi tpe diligit q̃ amicus ẽ: et frꝫ in angustijs ꝓbat. Stultꝰ homo plaudz manibꝫ suis: cũ spopõderit ꝑ amico suo. Qui meditat discordias diligit rixas: ꝙ qui exaltat os suũ querit ruinã. Qui ꝑuersi cordis ẽ nõ inueniet bonũ: ꝙ qui vtit linguaz incidet in malũ. Natus est stultꝰ ĩ ignominiam suã: sed nec pater ĩ fatuo letabitur. Anim⁹ gaudens etatẽ floridam facit: spũs tristis exiccat ossa. Munera de sinu ĩpius accipit: vt ꝑuertat semitas iudicij. Jn facie prudẽtis lucet sapiẽcia: oculi stultoꝝ ĩ finibꝫ terre. Jra patris filiꝰ stultꝰ et doloꝛ matris q̃ genuit eũ. Nõ est bonũ damnuz inferre iusto: nec pcutere pncipez q̃ recte iudicat. Qui moderat fmones suos doctꝰ ꝙ prudẽs ẽ: ꝙ pciosi spũs vir eruditꝰ. Stultus q̃ si tacuerit sapiẽs reputabit: ꝙsi cõpresserit labia sua intelligens.

Capitulum. XVIII.

Occasiones q̃rit q̃ vult recedere ab amico. oĩi tpe erit execrabilꝭ. Nõ recipit stultꝰ vba prudẽcie: nisi ea dixeris q̃ versant̃ ĩ corde eiꝰ. Impiꝰ cũ in pfundũ venerit peccatoꝝ ꝓtemnit: sed sequit̃ eũ ignominia ꝙ oprobriũ. Aqua pfunda ex ore viri: ꝙ torrens redundãs fõs sapiencie. Accipe psonã impij ĩ iudicõ nõ est bonũ: vt declies a veritate iudicij. Labia stulti miscẽt se rixis: ꝙ os eiꝰ iurgia ꝓuocat. Os stulti ꝓtricõ eiꝰ: et labia ipsius ruina aĩe eiꝰ. Verba bilinguis q̃si simplicia: ꝙ ipa pueniũt vsq̃ ad ĩteriora vẽtris. Pigrũ deicit timoꝛ: aĩe aũt effeminatoruz esurient. Qui mollis ꝙ dissolutꝰ ẽ in opere suo: frater ẽ sua opera dissipãtis. Turris fortissima nomẽ dñi. ad ipam currit iustꝰ ꝙ exaltabitur. Substãcia diuitis vrbs roboris eius: ꝙ q̃si murus validus circũdãs eũ. Antq̃ conterat̃ exaltat̃ coꝛ hominis: ꝙ antq̃ glorificet̃ humiliat̃. Qui priꝰ respondet q̃ audiat stultũ se esse demõstrat: ꝙ confusione dignũ. Spiritꝰ viri sustẽtat infirmitatẽ suã: spiritũ vo ad irascendũ facilẽ quis poterit sustinere? Coꝛ prudentis possidebit scienciã: et auris sapientiũ q̃rit doctrinã. Donũ homis dilatat viã eius: ꝙ ante pncipes spaciũ ei facit. Justꝰ prioꝛ ẽ accusatoꝛ sui: venit amicus eiꝰ ꝙ inuestigabit eũ. Contradictiones cõprimit soꝛs: et inter potentes q̃z dijudicat. Frater q̃ adiuuatur a fratre quasi ciuitas firma: et iudicia q̃si vectes urbiũ. De fructu oris viri replebitur uẽter eius: ꝙ genimina labiorum ipsius saturabunt eum. Mors ꝙ vita in manibꝫ lingue: qui diligunt eam comedent fructus eius. Qui inuenit mulierem bonã inueniet bonum: ꝙ hauriet iocunditatẽ a dño. Qui expellit mulierẽ bonã expellit bonum: qui autem tenet adulteram stultꝰ est ꝙ insipiẽs. Cum obsecrationibus loquit̃ pauper: ꝙ diues effabiꝫ rigide. Vir

amicabilis ad societatē: magis amic⁹ erit q̄ frat̄. ¶ Capitulū. .XIX.

Melior est pauper qui ambulat in simplicitate sua: q̄ diues torquēs labia sua & insipiēs. Ubi nō ē sciē cia aīe nō est bonū: & q̄ festin⁹ est pedibus offendet. Ptulticia hoīs supplantat gress⁹ ei⁹: & ptra deū feruet aīo suo. Diuicie addunt amicos plurimos: a paupe aūt & hij q̄s habuit separāt̄. Testis falsus ñ erit īpunitus: & q̄ mēdacia loquit̄ nō effugiet.

Multi colūt psonā potētis: et aīci st̄ dona tribuētis. Fratres hoīs paupis odēr̄t eū: insup & amici ꝑcul recesserūt ab eo. Qui tantū ꝺba sectat̄ nihil habebit: q̄ aūt possessor est mentis diligit aīam suā: & custos prudēcie inueīet bona. Falsus testis ñ erit īpunit⁹: & q̄ loquit̄ mēdacia pibit. Nō decent stultū diuicie: nec seruū dñari pncipibus. Doctrina viri p paciēciam noscit̄: et gl'ia ei⁹ ē iniq̄ ptergredi. Sicut fremit⁹ leonis ita & regis ira: & sicut ros sup herbā ita & hilaritas ei⁹. Dolor pris fili⁹ stult⁹ & tecta iugiter pstillācia litigiosa mulier.

Dom⁹ & diuicie dant̄ a parētib⁹: a dño aūt ꝑpe uxor prudēs. Pigredo īmittit sopor̄: & aīa dissoluta esuriet. Qui custodit mandatū custodit aīaz suā: q̄ aūt negligit viā suā mortificabit̄. Fenerat̄ dño q̄ miserēt paupis: & vicissitudinē suā reddet ei. Erudi filiū tuū ne desperes: ad interfectionez aūt eius ne ponas aīam tuam. Qui enim impaciens est sustinebit damnum: et cum rapuerit. aliud apponet. Audi ꝓsiliū & suscipe disciplinā: vt sis sapiēs ī nouissimis tuis. Multe cogitacōes ī corde viri: volūtas aūt dñi ineternū ꝑmanebit. Homo indigēs misericors ē: & melior ē paup iustus q̄ vir mēdax. Timor dñi ad vitā: & in plenitudīe ꝓmorabit̄ absq̄ visitacōe pessimi. Abscōdit piger manū suā sub ascella: nec ad os suū applicat eam. Pestilēte flagella stultus sapientior erit: si aūt corripueris sapientē intelliget sapiēciā. Qui affligit patrē & fugit matrē: ignominios⁹ erit & infelix. Nō cesses audire fili doctrinam: nec ignores ꝓmones sciēcie. Testis īiqu⁹ deridet iudiciū: & os impioꝝ deuorat iniquitatem. Parata sūt derisoribus iudicia: & malleī ꝑcuciētes stultoꝝ corpora.

¶ Capitulū. .XX.

Luxuriosa res vinū: & tumultuosa ebrietas. Quicūq̄ hijs delectat̄ ñ erit sapiēs. Sicut rugit⁹ leonis ita & terror regis: qui ꝓuocat eū peccat ī aīam suā. Honor est hoī qui sepat se a cōtentionib⁹: omnes aūt stulti miscent̄ ꝓtumelijs. Propter frig⁹ piger arare noluit: mēdicabit ꝙ egestate et nō dabit̄ illi. Sic aqua ꝓfunda sic ꝓsiliū ī corde viri: sed hō sapiens exhauriet illud. Multi hoīes misericordes vocant̄: viꝝ aūt fidelē q̄s inueniet! Just⁹ q̄ ambulat in simplicitate sua: beatos post se filios relinq̄t. Rex q̄ sedet ī solio iudicij: dissipat oīe malū ī intuitu suo. Quis potest dicere mūdū est cor meū purus sū a pcto: Pond⁹ et pōdus. mēsura & mēsura: vtrūq̄ abomīabile ē apud deū. Ex studijs suis ītelligit̄ puer: si munda et recta sint opa eius. Aurē audientē & oculum videntē: dñs fecit vtrūq̄. Noli diligere sōnū: ne te egestas oꝑimat. aperi oculos tuos & saturare panib⁹. Malū ē maluz est. dicit oīs emptor: & cū recesserit tūc gloriabit̄. Est auꝝ et multitudo gēmaꝝ: vas aūt ꝑciosū labia sciēcie. Tolle vestimētum ei⁹ q̄ fideiussor extitit alieni: & ꝑ extraneis aufer pign⁹ ab eo. Suauis ē homī panis mēdatij: & postea implebit̄ os ei⁹ calculo. Cogitacōes ꝓsilijs roborāt̄: & gubnaculis tractāda sūt bella. Ei q̄ reuelat misteria. & ambulat fraudulent̄ & dilatat labia sua: ne conmiscearis. Qui maledicit pri suo et matri: extīguet̄ lumē ei⁹ ī medijs tenebris Hereditas ad quā festinat̄ ī pncipio: ī nouissimo bñdictōe carebit. Ne dicas reddaz malū ꝑ malo: expecta dñm & liberabit te. Abomīacō est apud deū pōdus & pond⁹: statera dolosa nō ē bona. A dño dirigunt̄ gressus viri. Quis autē hoīm intelligere potest viā suā: Ruina est homī deuotare sāctos: et post vota retractare. Dissipat īpios rex sapiens: & incuruat sup eos fornicē. Lucerna domini spiraculū homīs: q̄ inuestigat omnia secreta ventris. Miseri cordia et veritas custodiūt regem: et roboratur clemencia thronus eius. Exultatio iuuenum fortitudo eorum: et dignitas senū canicies. Liuor vulneris absterget mala: & plage in obsecrationib⁹ ventris.

¶ Capitulum. XXI.

Sicut diuisiones aq̃ꝝ ita coꝛ regis in manu dñi: quocũqꝫ voluerit inclinabit illud. Omnis via viri recta sibi videt: appendit aũt coꝛda dñs. Facere misericoꝛdiã ꝛ iudiciũ. magis placet dño q̃ victie. Exultacõ ocl'oꝝ est dilatacõ coꝛdis: lucerna impioꝝ peccatũ. Cogitacõnes robusti semp in abũdãcia: oĩs aũt piger semp ĩ egestate ẽ. Qui ꝯgregat thesauros lingua mẽdacij vanꝰ ꝛ excoꝛs ẽ: ꝛ inpĩget ad laq̃os moꝛtis. Rapine impioꝝ det̃hent eos: qꝛ noluerũt facere iudiciũ. Peruersa via viri aliena ẽ a deo: q̃ aũt mũdus est rectũ opus eiꝰ. Melius est sedere ĩ angulo dogmatis: q̃ cũ ml'iere litigiosa ꝛ in domo ꝯmuni. Anima ĩpij desiderat malũ: nõ miserebit̃ ꝓximo suo. Mulctato pestilẽ te sapiẽtioꝛ erit puulꝰ: etsi sectet̃ sapiẽtez sumet sciencią. Excogitat iustus de domo impij: vt detrahat ĩpios a malo. Qui obturat aurẽ suã ad clamoꝛẽ paupis: ꝛ ipe clamabit ꝛ nõ exaudiet̃. Munꝰ abscõditũ extĩguit iras: et donũ ĩ sinu ĩdignacõez maximã. Gaudiũ iusto ẽ facere iudiciũ: ꝛ pauoꝛ operãtibꝫ iniq̃tatẽ. Elir q̃ errauerit in via doctrĩe: ĩ cetu gigãtiũ ꝯmorabit̃. Qui diligit epulas ĩ egestate erit: q̃ amat vinũ ꝛ pĩguia nõ ditabit̃. Pꝛo iusto dabit̃ impius: ꝛ ꝓ recto iniquꝰ. Meliꝰ ẽ bĩtare ĩ t̃ra deserta: q̃ cũ ml'iere rixosa ꝛ iracũda. Thesaurus desiderabilis ꝛ oleũ ĩ habitacl'o iusti: ꝛ imprudẽs hõ dissipabit illud. Qui sequit̃ iusticiã ꝛ misericoꝛdiã: ĩueniet vitaz iusticiã ꝛ gloꝛiã. Ciuitatẽ foꝛtium ascẽdit sapiẽs: destruxitqꝫ robur fiducie eiꝰ. Qui custodit os suũ ꝛ linguaz suã: custodit ab angustijs aĩaz suã. Superbꝫ ꝛ arrogans vocat̃ indoctꝰ: q̃ ĩ ira operat̃ superbiã. Desiderĩa occidũt pigꝝ: noluerũt enĩ quicq̃ manus eiꝰ operari. Tota die ꝯcupiscit et desiderat: q̃ aũt iustꝰ ẽ tribuet ꝛ non cessabit. Hostie ĩpioꝝ abomĩabiles: q̃ offerũtur ex scelere. Testis mẽdax peribit: vir obediẽs loquetur victoꝛiam. Elir impius ꝓcaciter obfirmat vultum suum: qui autem rectꝰ est coꝛrigit viam suam. Non est sapiencia. non est prudẽcia: non est consilium cõtra dominum. Equus paratur ad diem belli: dominus autem salutem tribuet.

Capitulũ. XXII.

Melius ẽ nomẽ bonũ q̃ diuicie multe: sup argentũ enĩ ꝛ aup g̃cia bona. Diues ꝛ paup obuiauerũt sibi: utriusqꝫ opatoꝛ est dñs. Callidus videt malũ ꝛ abscõdit se: innocẽs ptransijt ꝛ afflictus ẽ dãno. Finis modestie timoꝛ dñi diuicie ꝛ gl'ia ꝛ vita. Arma ꝛ gladij in via supbi: custos aũt aĩe sue longe recedit ab eis. Prouerbiũ ẽ adolescẽs iuxta viã suã: eciã cum senuerit nõ recedet ab ea. Diues pauperibꝫ imperat: ꝛ q̃ accipit mutuũ ſuꝰ ẽ fenerãtis. Qui seminat iniq̃tatẽ metet mala: et vg̃a ire sue ꝯsumabit̃. Qui pnꝰ ẽ ad misericoꝛdiã benedicet̃: de panibꝫ enĩ suis dedit paupi. Elictoriã ꝛ honoꝛẽ acq̃ret qui dat munera: aĩam aũt aufert accipientiũ Eice derisoꝛẽ ꝛ exibit cum eo iurgiũ: cessabuntqꝫ cause ꝛ ꝓtumelie. Qui diligit coꝛdis mũdiciã: ꝓpter graciã labioꝝ suoꝝ habebit amicũ regẽ. Oculi dñi custodiũt sciẽciã: ꝛ supplantãt̃ vba iniqui. Dicit piger. leo ẽ foris: in medio plateaꝝ occidẽdꝰ sũ. Fouea pfũda os aliene: cui iratꝰ ẽ dñs ĩcidet in eã. Stultitia colligata est ĩ coꝛde pueri: ꝛ virga disciplĩe fugabit eam. Qui calũniat̃ paupez vt augeat diuicias suas: dabit ipe ditiori et egebit. Fili mi inclina aurẽ tuã: et audi verba sapiẽtiũ. Appone autem coꝛ ad doctrinam meam: q̃ pulcra erit tibi cũ ſuaueris eã in ventre tuo. Et redũdabit in labijs tuis: vt sit in dño fiducia tua. Elnde ꝛ ostendã eã tibi hodie. Ecce descripsi eam tibi tripliciter in cogitacõibꝫ ꝛ sciẽcia: vt ostenderẽ tibi firmitatez ꝛ eloquia veritatis: respõdere ex eis illis. qui miserũt te. Non facias violenciã pauperi qꝛ paup est: neqꝫ ꝓteras egenũ in poꝛta: qꝛ iudicabit dñs causam eius: ꝛ ꝓfiget eos qui cõfixerunt animam eius. Noli eẽ amicꝰ homini iracundo. neqꝫ ambules cuz viro furioso: ne foꝛte discas semitas eius: et sumas scandalum anime tue. Noli esse cum bijs qui defigunt manus suas: et qui vadez se offerunt pro debitis. Si enim nõ habes vnde restituas: quid causę est vt tollat operimentum de cubili tuo? Ne transgrediaris terminos ãtiquos: quos posuerunt patres tui. Elidisti virum velocem ĩ opere suo: coraz regibꝫ stabit: nec erit antę ignobiles.

Capitulũ. XXIII.

Ualando sederis vt ꝓmedas cū prin
cipe. diligēter attēde que sūt posi-
ta ante faciē tuā: ⁊ statue cultruꝫ
i gutture tuo: si tamen habes i potestate
aiaꝫ tuā. Ne desideres de cib ei⁹: in q̄ ē pa-
b nis mēdacij. Noli laborare vt diteris: sed
b prudēcie tue pone modū. Ne erigas oc'los
tuos ad opes q̄s ñ potes habere: qz faciēt
sibi pēnas q̄si aq̄le: ⁊ volabūt i celū. Ne cō
medas cuꝫ boīe iuido ⁊ ne desideres cibos
ei⁹: qm̄ i silitudiez arioli ⁊ ꝓiectoris estiat
qđ igrat. Comede ⁊ bibe dicet tibi: ⁊ mens
ei⁹ nō ē tecū. Cibos q̄s ꝓmeteras euomes:
⁊ pdes pulcros ſmōes tuos. In auribꝫ i-
sipiētiū ne loq̄ris: qz despiciēt doctrinam
eloquij tui. Ne attigas puuloꝝ ēmios: et
agꝝ pupilloꝝ ne itroeas. Propinqu⁹ em̄
illoꝝ fortis ē: ⁊ ipe iudicabit ꝓtra te cau-
c saꝫ illoꝝ. Ingrediat ad doctrinā coꝝ tuū:
⁊ aures tue ad ꝺba sciēcie. Noli subtrahere
a puero disciplinaꝫ: si eī ꝓcusseris eū virga
nō moriet. Tu ꝺga pcuties eū: ⁊ aiaꝫ ei⁹ ꝺ
iferno liberab. Fili mi si sapiēs fuerit ani-
m⁹ tu⁹ gaudebit tecū coꝝ meū: et exultabūt
renes mei cū locuta fuerīt recta labia tua
Nō emulet coꝝ tuū peccatoꝝes. sꝫ in timo-
d re dñi esto tota die: qz habeb spez i nouissi
mo: ⁊ pstulacō tua ñ auferet. Audi fili mi
⁊ esto sapiēs: ⁊ dirige i via aīmū tuū. No-
li eē i ꝓuuijs potatoꝝ. nec i ꝓmessacōnib
eoꝝ q̄ carnes ab escēdū ꝓferūt: qz vacan
tes potib ⁊ dātes simbola ꝓsumēt: ⁊ vesti
etur pannis dormitacō. Audi prem tuū q̄
genuit te: ⁊ ne ꝓtēnas cū senuerit mr̄ tua.
Ueritatē eme: ⁊ noli vēdere sapiēciā ⁊ do
ctrinā ⁊ itelligēciā. Exultat gaudio patꝛ
iusti: q̄ sapiētē genuit letabit i eo. Gaude-
at pr̄ tu⁹ et mr̄ tua: et exultet q̄ genuit te.
Prebe fili mi coꝝ tuū mihi: ⁊ oculi tui vi-
e as meas custodiāt. Fouea em̄ pfunda est
meretrix: ⁊ putⁿ angust⁹ aliena. Insidiat
i via q̄si latro: ⁊ q̄s icautos iuenerit inf-
ficiet. Cui ve. cui⁹ pr̄i ve: cui rixe: cui fo-
uee: cui sine causa vulnera: cui ꝓfessio ocu
loꝝ: Nōne bijs q̄ ꝓmorāt i vino ⁊ student
calicib epotādis: Ne ituearis vinū quan
do flauescit: cū splēduerit i vitro coloꝝ e-
ius. Ingredit blāde ⁊ i nouissimo mordē-
bit vt coluber: ⁊ sicut regul⁹ venena diffū
det. Oculi tui videbūt extraneas: ⁊ coꝝ tuū
loq̄tur puersa. Et eris sicut dormiēs i me
dio mari: ⁊ q̄si sopit⁹ gubnatoꝝ amisso cla
uo: ⁊ dices. Uerberauer̄t me. sꝫ nō dolui:
traxerūt me ⁊ ego nō sēsi. Quādo euigila
bo: ⁊ rursus vina reperiā.

Capitulū. .XXIIII.

Ne emuleris viros malos nec desi-
deres eē cū eis: qz rapinas medita
tur mēs eoꝝ: ⁊ fraudes labia eorū
locunt. Sapiēcia edificabit dom⁹: ⁊ pru-
dēcia roborabit. In doctrina replebūtur
cellaria: vniuersa substācia ꝓciosa ⁊ pulc
rima. Uir sapiēs fortis ē ⁊ vir doct⁹ robu-
st⁹ ⁊ valid⁹: qz cū dispositiōe init bellū: et
erit sal⁹ vbi multa ꝓsilia sūt. Excelsa stul-
to sapiēcia: i porta nō aperiet os suū. Qui
cogitat mala facere. stult⁹ vocabit. Cogi-
tacō stulti peccatū ē: ⁊ abomīacō hominū
detractor. Si desperaueris lapſ⁹ i die āgu-
g stie: iminuet fortitudo tua. Erue eos qui
ducunt ad mortē: ⁊ q̄ trahūt ad interitū
liberare ne cesses. Si dixeris vires nō sup
petūt: q̄ ispector ē cordis ipe itelligit ⁊ ꝑ-
uatorē aīe tue nihil fallit: reddetq̄ homi
iuxta opa sua. Comede fili mi mel qz bo-
nū ē: ⁊ fauū dulcissimū gutturi tuo. Sic ⁊
doctrina sapiēcie aīe tue: quā cū iueneris
habeb i nouissimis spez: ⁊ spes tua ñ pibit
Ne isidieris et q̄ras ipietatē i domo iusti:
neq̄ vastes req̄em ei⁹. Septies ei i die ca-
det iust⁹ ⁊ rsurget: ipij aūt corruēt i malū
Cū ceciderit inimic⁹ tu⁹ ne gaudeas ⁊ i rui
na ei⁹ ne exultet coꝝ tuum: ne forte videat
dñs ⁊ displiciat ei: ⁊ auferat ab eo irā suā
Ne ꝓtēdas cū pessimis. ne emuleris ipios:
qm̄ ñ habēt futuroꝝ spez mali: ⁊ lucna i-
h pioꝝ extīgueť. Time dñm fili mi ⁊ regē:
⁊ cū detractoribꝫ ñ ꝓmiscearis. Qm̄ repēte
ꝓsurget pdicō eoꝝ: ⁊ ruinā vtriusq̄ q̄s no
uit. Hec q̄ sapiētibꝫ. Cognoscere pſonā in
iudicō nō ē bonū. Qui dicūt ipio iust⁹ es
maledicēt eis pl̄i: ⁊ detestabūtur eos trib
Qui arguūt eū laudabūtur: ⁊ sup eos ve-
niet benedictō. Labia deosculabit: q̄ recta
verba rñdet. Prepara foris opus tuum: ⁊
diligenter exerce agrū tuū: ⁊ postea edifi
ces domum tuā. Ne sis testis frustra ꝓtra
primuꝫ tuū: ne lactes quenq̄ labijs tuis.
Ne dicas quomodo fecit mihi sic faciā ei:
⁊ reddā vnicuiq̄ scōm opus suū. Per agꝝ
boīs pigri transiui: et p vineā viri stulti.
Et ecce totū rpleuerāt vrtice: ⁊ operuerāt

supficiē eius spine: ⁊ maceria lapidus de-
structa erat. Qđ cū vidissem posui ī corde
meo: ⁊ exemplo didici disciplinā. Usqueq̄
piger dormies: usqueq̄ de sōno cōsurges?
Parū inquā dormies. modicū dormitabis
pauxillum manus ꝓseres vt quiescas ⁊ ve
niet tibi q̄si cursor egestas tua: ⁊ mendici-
tas quasi vir armatus.

He q̄ parabole salomonis: quas transtule
runt viri ezechie regis iuda.

Gloria dei ē celare verbum:
⁊ gloria regū inuestigare
ſmonē. Celū sursū ⁊ terra
deorsū: ⁊ cor regū iscruta-
bile. Aufer rubiginē de ar
gento: ⁊ egrediet vas pu-
rissimū. Aufer impietatē đ vultu regis: et
firmabit iusticia thronus eiꝰ. Ne glorio-
sus appareas coram rege: ⁊ ī loco magno-
rum ne steteris. Melius est em̄ vt dicat ti
bi ascende huc: q̄ vt humilieris coram ꝑn
cipe. Que viderūt oculi tui ne proferas in
iurgio cito: ne postea em̄ dare non possis
cū dehonestaueris amicū tuū. Causā tuaz
tracta cū amico tuo. ⁊ secretū extraneo ne
reueles: ne forte īsultet tibi cū audierit: ⁊
exprobrare nō cesset. Gracia ⁊ amicicia li
berāt: quas tibi ſua. ne exprobrabil' fias.
Mala aurea ī lectis argēteis: q̄ loq̄t̄ vbū
ī tpe suo. Inauris aurea ⁊ margarita ful
gēs: q̄ arguit sapientē ⁊ aurē obedientem.
Sicut frigꝰ nivis ī die messis: ita legatus
fidel' ei q̄ miserit eū: aīam ipius req̄escere
facit. Nubes ⁊ vētus ⁊ pluuie nō sequētes
vir glorioſus ⁊ ꝓmissa nō ꝓplēs. Pacien-
cia lenieť ꝑnceps: ⁊ lingua mollis ꝓfring-
get duriciā. Mel inueniſti. ꝓmede qđ ſuffi
cit tibi: ne forte saciatꝰ evomas illud. Ob-
trahe pedē tuū de domo ꝓximi tui: nequā
do saciatꝰ oderit te. Jaculū ⁊ gladiꝰ ⁊ sagit
ta acuta: hō q̄ loquit̄ ꝓtra ꝓximū suū fal-
sū testimoniū. Dens putridꝰ et pes lassus.
q̄ sperat sup īfideli ī die angustie: et amit-
tit palliū ī die frigoris. Acetū ī vitro: qui
cantat carmia corde pessimo. Sicut tinea
vestimento ⁊ ōmis ligno: ita tristicia viri
nocet cordi. Si esurierit īimicꝰ tuus ciba
illū: si sitit da ei aquā bibere. Prunas em̄
ꝓgregabꝫ sup caput eiꝰ: ⁊ dñs reddet tibi.
Dent⁹ aq̄lo⁹ dissipat pluuias: et facies tri-
stis līguā detrahētē. Meli⁹ ē sedere ī angu-
lo domatis: q̄ cū mlīere litigiosa. ⁊ ī domo
ꝓmuni. Aq̄ frigida aīe siciēti: ⁊ nūci⁹ bo-
n⁹ đ terra lōginq̄. Fōs turbat⁹ pede ⁊ vena
corrupta: iust⁹ cadēs corā īpio. Dic̄ q̄ mel
ꝓmedit mlīū ñ ē ei bonū: sic q̄ scrutat̄ est
maiestatis opm̄et̄ a glīa. Dic̄ vbs patēs
⁊ absq̄ murorꝫ ābitu: ita vir q̄ ñ potest in
loq̄ndo cohibere spiritū suū. Capi. II.

Dlomodo nix in estate et pluuie in
messe: sic indecēs ē stulto glīa. Si-
cut auis ad alta trāsuolās: et pas-
ser q̄libet vadēs: sic maledictū frustra ꝓla
tū ī quēpiā supueniet. Flagellū eq̄ ⁊ cha-
mus azino: ⁊ vga ī dorso īprudētiū. Ne re-
spōdeas stulto iuxta stulticiā suā: ne effici
aris ei sil'is. Rñde stulto iuxta stulticiam
suā: ne sibi sapiēs eē videť. Claud⁹ pedibꝰ
⁊ iniq̄tatē bibēs: q̄ mittit vba p nūciū stul
tū. Quomodo pulcras frustra habet clau-
d⁹ tibias: sic indecēs ē ī ore stultorꝫ parabo
la. Sicut q̄ mittit lapidē ī aceruū mercu-
rij: ita q̄ tribuit insipiēti honorē. Quomo
do si spina nascat̄ ī manu temulēti: sic pa
rabola in ore stultorꝫ. Judicium determi-
nat causas: ⁊ q̄ imponit stulto silētiū iras
mitigat. Sicut canis q̄ reuertit̄ ad vomi
tū suū: sic īprudēs q̄ iterat stulticiā suam
Vidisti hoīez sapiētē sibi videri: magis il-
lo spez habebit īsipiēs. Dicit piger leo ē ī
via: ⁊ leena ī itinerib⁹: Sic̄ ostiū vtit̄ ī car
dine suo: ita piger ī lectulo suo. Abscondit
piger manꝰ sub ascella sua: ⁊ laborat si ad
os suū eas ꝓuerterit. Sapiētior sibi stul-
tꝰ videť: septē viris loq̄ntibꝰ sentēcias. Si
cut q̄ appḧendit auribꝰ canem: sic q̄ trāsit
⁊ īpaciēs ꝓmiscet̄ rixe alterī⁹. Sicut noci
us ē q̄ mittit sagittas ⁊ lāceas ī mortem:
ita vir q̄ fraudulenter nocet amico suo: ⁊
cum fuerit deprehēsus dicet lusēs feci. Cū
defecerint ligna extinguet̄ ignis: ⁊ susur-
rone subtracto iurgia conq̄escunt. Sicut
carbones ad prunas et lingna ad ignem:
sic homo iracundus suscitat rixas. Verba susurronis quasi simplicia: ⁊ ipsa per-
ueniunt ad intima cordis. Quomodo si
argento sordido ornare velis vas fictile:
sic labia tumentia cum pessimo corde so-
ciata. Labijs suis intelligit̄ inimicus cum

ī corde tractauerit dolos . Qñ submiserit
b vocē suā ne credideis ei:qm̄ septē neqcie
sūt ī corde illi? Qui operit odiū fraudulē
ter: reuelabit malicia ei? ī pcilio. Qui fo-
dit foueā icidet in eā:ꝙ q̄ voluit lapidē re-
uertet ad eū. Lingua fallax ñ amat verita
tē:ꝙ os lubricū opat ruinas. Ca. III.
DE gloriēis ī crastinū: ignorans q̄d
supuētura pariat dies. Laudet te
alien?ꝙ ñ os tuū:extrane?ꝙ nō la-
bia tua. Graue ē saxū ꝙ onerosa arena:sz
ira stulti vtroq; grauior. Ira nō habet mi
sericordiā. nec erūpens furor:ꝙ impetū cō
citati spūs ferre q̄s poterit? Melior ē mai
festa correctō q̄ amor abscōditus. Melio-
ra sūt vulnera diligētis:q̄ fraudulēta oscu
la odiētis. Anima saturata calcabit fauū
ꝙ aīa esuriēs eciam amara p dulci sumet.
Sicut auis trāsmigrās ō nido suo:sic vir
q̄ derelīq̄t locū suū. Unguēto ꝙ variis odo
ribo delectat cor:ꝙ bonis amici pcilijs aīa
dulcorat. Amicū tuū ꝙ amicū p̄ris tui ne
dimiseris:ꝙ domū fratris tui ne ingredia-
ris ī die afflictionis tue. Melior ē vicinus
b iuxta:q̄ frater procul. Stude sapiēcie fili
mi ꝙ letifica cor meū: vt possis exprobrāti
rūdere sermonē. Astut? videns malū abscōdi
tus ē: paruuli transeūtes sustinuerūt di-
spendia. Tolle vestimentū ei? qui spopon-
dit p extraneo:ꝙ p alienis aufer ei pign?
Qui bñdicit proximo suo voce grandi de
nocte cōsurgens:maledicēti similis erit.
Tecta pstillācia in die frigoris ꝙ litigiosa
mulier pparanť. Qui retinet eā q̄si q̄ ven
tuz teneat:ꝙ oleū dextre sue euacuat. Ferr
rum ferro exacuiť:ꝙ hō exacuit faciē ami
ci sui. Qui fuat ficū comedet fruct? eius:ꝙ
q̄ custos ē dñi sui glificabiť. Quomodo ī
aq̄s resplēdet vultus pspicientiū: sic cor-
q da hominū manifesta sūt prudētibo. Infer
nus ꝙ pditō nunq̄ replenť:similiter ꝙ ocu
li hominū insaciabiles. Quomodo pbať ī
cōflatorio argentū ꝙ ī fornace aur:sic p-
batur homo ore laudātis. Cor iniq̄ inqrit
mala:cor aūt rectū inquirit sciencias. Si
cōcuteris stultū in pila quasi tipsanas fe
rientē desuper pilo:nō auferet ab eo stul-
ticia eius. Diligenter agnosce vultū peco
ris tui : tuosq; greges considera. Non em̄
habebis iugiter potestatem:sed corona t-
buetur tibi in generacōne ꝙ generacōnem

Sd apta sūt prata ꝙ aparuerūt herbe virētes
ꝙ collecta sūt fena de mōtibo. Agni ad ve-
stimētū tuū:ꝙ hedi ad agri pciū. Sufficī-
at tibi lac capraꝝ ī cibos tuos ꝙ ī necessa-
ria dom? tue:ꝙ ad victū ācillis tuis.

Capitulū. .IIII.

DElgit impius nemine psequēte:iu
st? aūt q̄si leo confidens absq; terro-
re erit. Propter peccata tre mul-
ti pncipes eius:ꝙ ꝑt̄ hoīs sapiēcia ꝙ hoꝝ
sciēcia q̄ dicūť. vita ducis lōgior erit. Vir
paup calūnias paupes:simil ē imbri vehe
c mēti ī q̄ parať fames. Qui derelinquūt le
gem laudāt impiū. q̄ custodiūt succendūť
ptra eū. Viri mali ñ cogitāt iudiciū:q̄ aūt
req̄rūt dñm animaduertūt oīa. Melior est
paup ābulās ī simplicitate sua:q̄ diues ī
prauis itineribo. Qui custodit legē fili? sa-
piēs ē:q̄ aūt cōmessatores pascit cōfundit
p̄rem suū. Qui coaceruat diuicias vsuris
ꝙ fenore liberali: ī pauperes pgregat eas.
f Qui declīat aures suas ne audiat legem:
oro ei? erit execrabil. Qui decipit iustos ī
via mala ī interitu suo corruet:et simpli-
ces possidebūt bona ei?. Sapiēs sibi videť
vir diues:paup aūt prudēs scrutabiť eum
In exultacōe iustoꝝ multa gloria est: re-
gnātibo impijs ruine hoīm. Qui abscōdit
scelera sua nō dirigeť:qui aūt pfessus fue
rit ꝙ reliq̄rit ea misericordiā pseq̄tur. Bea
tus bō q̄ semp ē pauid?:q̄ vo mētis ē dure
corruet ī malū. Leo rugiēs ꝙ vrsus esuri-
ens:pnceps impius sup̄ plm̄ pauperem.
Tg Dux indigēs prudēcia. multos oppimet p
calūniā:qui aūt odit auariciā. longi fient
dies eius. Hoīes q̄ calūniať aīme sangui-
nē:si vsq; ad lacū fugerit nemo sustinet.
Qui ambulat simpliciter saluus erit: qui
puersis gradiť vijs pcidet semel. Qui ope-
rať terrā suā saciabiť panibo:q̄ aūt secta-
tur ociū replebiť egestate. Vir fidel' m'tū
laudabiť: qui aūt festinat ditari.non erit
innocēs. Qui cognoscit in iudicō faciē nō
bñ facit iste:ꝙ p bucella panis deserit ve-
ritatem. Vir qui festinat ditari et alijs in-
uidet:ignorat q̄ egestas supueniet ei. Qui
corripit hominem:graciam postea īueni-
et apud eum : magisq; ille qui per lingue
blandimenta decipit. Qui subtrahit aliq̄d
a patre suo vel a matre et dicit hoc non
esse peccatū:particeps homicide ē. Qui se

h iactat ⁊ dilatat iurgia ꝓcitat: q̄ vo sperat
ī dño saluabiť. Qui ꝓfidit ī corde suo stul
t⁹ ē: q̄ aūt gdiť sapiēť ipe laudabiť. Qui
dat paupi nō idigebit: q̄ despicit depcātes
sustinebit penuriā. Cū surrexerīt ipij ab-
scōdēť hoīes: cū illi pierīt mltiplicabūtur
iusti. ¶ Capitulū. .V.

Uro q̄ corripientem. dura ceruice
ptēnit. repētin⁹ ei supueniet īteri-
t⁹: ⁊ eū sanitas ñ sequeť. In mlti-
plicacōe iustoꝝ letabiť vulg⁹: cū ipij sūp-
serint pncipatū gemet plus. Vir q̄ amat
sapiēciā letificat pr̄es suū: q̄ aū amat scor
tū pdet substāciā. Rex iust⁹ erigit t̄rā. vir
auar⁹ destruat eā. Homo q̄ blādis fictisq̄
ꝓmōibus loq̄ť amico suo: rete expādit gres
sibus ei⁹. Peccāte vir̄ iiquū iuoluet laq̄us
et iust⁹ laudabiť atq̄ gaudebit. Nouit iu-
stus causā paupeꝝ: ipius ignorat sciēciā.
Hoīes pestilētes dissipāt ciuitatē: sapien-
tes vo auertūt furorē. Vir sapiēs si cum
stulto ptēderit: siue irascať siue rideat nō
īueniet req̄em. Viri sāguinū odert simpli
cē: iusti aū q̄rūt aīaz ei⁹. Totū spm̄ suū p-
fert stult⁹: sapiēs differt ⁊ reꝛuat ī poste-
rū. Prīceps q̄ libenť audit vba mēdacij:
oēs mīstros habet ipios. Paup ⁊ creditor
obuiauerunt sibi: vtriusq̄ illūiator ē dñs
Rex q̄ iudicat ī veritate paupes: thronus
ei⁹ ieternū firmabiť. Virga atq̄ correctio
ť̄buit sapiēciā: puer aū q̄ dimittiť volūta
ti sue ꝓfūdit mr̄es suā. In mltiplicacōe ī
pior̄ mltiplicabūť scelera: et iusti ruinas
eoꝝ videbūt. Erudi filiū tuū ⁊ refrigerabit
te: ⁊ dabit delicias aīe tue. Cū ꝓhecia defe
cerit dissipabiť ꝓlus: q̄ vo custodit legez
beat⁹ ē. Seru⁹ vbis ñ potest erudiri: q̄ qđ
dicit ītelligit ⁊ rñdere ptēnit. Vidisti hoī-
nē velocē ad loquēdū: stulticia magis spe-
rāda ē q̄ illi⁹ correctō. Qui delicate a pue-
ricia sua nutrit suū suū: postea sēciet euz
ꝓtumacē. Vir iracund⁹ ꝓuocat rixas: ⁊ q̄
ad īdignādū faciľ ē erit ad pcā plurior
Superbū sequiť būilitas: ⁊ bumilez spiritu
suscipiet gl̄ia. Qui cuz fure pticipat odit
aīaz suā: adiurātē audit ⁊ ñ iudicat. Qui
timet hoīez cito corruet: q̄ sperat ī dño sb
leuabiť. Multi requirunt faciē pncipis: ⁊
iudiciū a dño egrediť singuloꝝ. Abomi-
nanť iusti viꝝ impiū: ⁊ abominanť impij
eos q̄ ī recta sūt via. Verbū custodiēs fili⁹

extra pdicōez erit. ¶ Capi. VI.

Erba congregātis: filij vomītis. Vi-
sio quā locut⁹ ē vir cū q̄ ē de⁹: ⁊ q̄
deo secū morāte ꝓfortat⁹ ait. Stul
tissim⁹ sū viroꝝ: ⁊ sapiēcia hoīm ñ ē mecū
Nō didici sapiēciā: ⁊ ñ noui sciēciā sc̄oꝝ
Quis ascēdit ī celū atq̄ descēdit: Quis cō
tinuit spiritū ī manibus suis: Quis colliga-
uit aq̄s q̄si ī vestimēto: Quis suscitauit oēs
t̄mios t̄re: Qđ nomē ē ei⁹: ⁊ qđ nomē filij
ei⁹ si nosti: Otis ꝓmo dei ignit⁹: clipe⁹ ē oī-
b⁹ sperātibus ī se. Ne addas quicq̄ vbis illi⁹
⁊ arguaris: īueniarisq̄ mēdax. Duo roga
ui te: ne deneges mihi antēq̄ moriar. Vani-
tatē ⁊ vba mēdacia lōge fac a me. Mēdaci
tatē ⁊ diuicias ne dederis mihi. Tribue tā-
tū victui meo necessaria: ne forte saciatus
illiciar ad negādū ⁊ dicā. q̄s ē dñs: aut e-
gestate ꝓpuls⁹ furer ⁊ piurē nomē dei mei.
Ne accuses ſuū ad dñz suū: ne forte male-
dicat tibi et corruas. Generatio q̄ pri suo
maledicit: ⁊ q̄ mri sue ñ bñdicit Generacō
q̄ sibi mūda videť: ettamē ñ ē lota sordib⁹
suis. Generacō c⁹ excelsi sūt ocli: et palpe-
bre ei⁹ ī eo sūt rectē. Generacō q̄ p dētibus
gladios habz ⁊ ꝓmādit molaribus suis: vt
ꝓmedat īopes de terra: ⁊ paupes ex hoībus.
Sāguisuge due sť filie: dicētes affer affer
Tria sūt īsaturabilia: ⁊ q̄rtū qđ nūq̄ dicit
sufficit. Infern⁹ ⁊ os vulue ⁊ t̄ra q̄ ñ sacia
tur aq̄: ignis vo nūq̄ dicit sufficit. Oculū
q̄ sbsannat pr̄es ⁊ q̄ despicit ptū mr̄is sue:
suffodiāt eū corui d⁹ torrētibus: ⁊ ꝓmedant
eū filij aq̄le. Tria sūt difficilia mihi: ⁊ q̄r-
tū penit⁹ ignoro. viā aq̄le ī celo. viā colu-
bri sup petrā: viam nauis ī medio mari: ⁊
viam viri in adolescēcia. Talis ē ⁊ via mu
lieris adultere q̄ ꝓmedit: ⁊ tergēs os suuz
dicit. Non sum operata malum. Per tria
mouetur terra ⁊ quartū quod nō potest
sustinere. Per seruū cum regnauerit. per
stultum cum saturatus fuerit cibo: ⁊ per
odiosam mulierē cū in matrimonio fuerit
assūpta: ⁊ p ācillā cū fuerit heres dñe sue
Quatuor sūt mīma terre: ⁊ ipa sūt sapien
tiora sapientibus. Formice pl̄us infirmus
q̄ pparat in messe cibum sibi. Lepusculus
plebs īualida: q̄ collocat ī pet̄ cubile suū.
Regē locusta non habet: et egreditur vni-
uersa p t̄mas. Stellio manibus nitiť: et mo-
rat ī edibus regis. Tria sūt q̄ bene gdiūtur

et ãrtũ qđ ĩcedit felicit. Leo fortissim⁹ bestiaꝝ: ad nulli⁹ pauebit occursum. Gallus succinctus lũbos suos ⁊ aries: nec est qui resistat ei: ⁊ qui stultus apparuerit. postꝙ eleuatus ẽ ĩ sublime. Si em̃ intellexisset: ori suo ĩposuisset manũ. Qui aũt fortiter ꝑmit vbera ad illiciendũ lac. exꝑmit butirũ: ⁊ q̃ vehemẽter emũgit. elicit sanguinẽ. ⁊ qui ꝓuocat iras: ꝓducit discordias.

Capitulum. .VII.

Erba lamuelis regis. Elisio q̃ erudiuit eũ mr̃ sua. Quid dilecte mi: quid dilecte vteri mei: quid dilecte votoꝝ meoꝝ! Ne dederis mulieribꝫ substanciã tuam: ⁊ diuicias tuas ad delẽdos reges. Noli regibꝫ o lamuel. noli regibꝫ dare vinũ: qz nullũ secretũ ẽ vbi regnat ebrietas. Ne fortẽ bibãt ⁊ obliuiscañ iudicioꝝ: et mutent causam filioꝝ pauperis. Date sicerã merẽtibꝫ: ⁊ vinũ bijs qui amaro sũt aĩmo Bibãt ⁊ obliuiscañ egestatis sue: ⁊ doloris sui nõ recordeñ amplius. Aperi os tuum muto: ⁊ causis omniũ filioꝝ q̃ ptranseunt. Aperi os tuũ. decerne qđ iustũ est: et vindica inopẽ ⁊ pauperẽ. Aleph. Mulierẽ fortẽ quis ĩueniet: ꝓcul ⁊ đ vltimis finibꝫ ꝓciũ ei⁹. Beth. Cõfidit in ea cor viri sui: ⁊ spolijs nõ ĩdigebit. Gimel. Reddet ei bonũ ⁊ nõ malũ: oĩbꝫ diebꝫ vite sue. Deleth. Quesiuit lanã ⁊ linũ: ⁊ opata ẽ ꝓsilio manuũ suaꝝ. He. Facta est quasi nauis institoris: delonge portans panẽ suũ. Clau. De nocte surrexit: dedit q̃ predaꝝ domesticis suis: ⁊ cibaria ãcillis suis. Zai. Cõsiderauit agꝝ ⁊ emit eũ: de fructu manuũ suaꝝ plãtauit vineã. Heth. Accinxit fortitudĩe lũbos suos: ⁊ roborauit brachiũ suũ Teth Gustauit ⁊ vidit qz bona ẽ negociacõ ei⁹: nõ extinguet ĩ nocte lucerna eius. Joth. Manũ suã misit ad fortia: ⁊ digiti ei⁹ appenderũt fusũ. Caph. Manũ suã aputt inopi: ⁊ palmas suas. extendit ad pauperẽ. Lameth. Nõ timebit domui sue a frigoribꝫ niuis: oñes em̃ domestici ei⁹ vestiti sũt duplicibꝫ. Mem. Stragulatã vestẽ fecit sibi bissus ⁊ purpura vestimentũ ei⁹. Nun. Nobilis ĩ portis vir ei⁹: quãdo sederit cũ senatoribꝫ terre. Samech. Sindonẽ fecit ⁊ vẽdidit: ⁊ cingulũ ẽdidit chananeo Ayn. Fortitudo ⁊ decor ĩdumẽtũ ei⁹: et ridebit ĩ die nouissimo. Phe. Os suũ aput sapiẽcie: ⁊ lex clemencie in lĩgua eius. Sade. Considerauit semitas domus sue: ⁊ panẽ ociosa nõ ꝓmedit. Coph. Surrexerũt filij eius et beatissimã ꝓdicauerũt: vir ei⁹ ⁊ laudauit eam. Res. Multe filie ꝓgregauerũt diuicias: tu supergressa es vniuersas. Syn. Fallax gracia ⁊ vana est pulcritudo: mulier timens dominum laudabitur. Thau. Date ei de fructu manuũ suarum: et laudent eam in portis opera eius.

Incipit prologus in ecclesiasten.

Emini me ãte hoc ferme ãn quennium. cum adhuc rome essem ⁊ ecclesiasten sãcte blesille legerem vt eam ad ꝓtem ptum mũdi hui⁹ ꝓuocarẽ et omẽ qđ in mundo cerneret putaret esse ꝓ nihilo. rogatũ ab ea: vt in morẽ ꝓmẽtarioli. obscura qucq̃ dissererem: vt absq̃ me posset intelligere que legebat. Itaq̃ qm̃ ĩ ꝑcinctu nostri opis subita morte subtracta est. et vbi non meruim⁹ o paula et eustochium talem vite nostre habere ꝓsortẽ: tãtoq̃ vulnere tũc ꝑcussus obmutui: nũc in bethleem posit⁹. ãgustiore videlicet ciuitate. ⁊ illi⁹ memorie ⁊ vob̃ reddo qđ debeo Hoc breuit ãmonẽs qđ nullius auctorita tẽ secut⁹ sũ: sz de hebreo trãsferẽs maxime septuaginta interꝑtuz ꝓsuetudini me cooptaui: in bijs dũtaxat q̃ nõ multũ ab hebraicis discrepabant. Interdum aq̃le q̃ ⁊ symachi ⁊ theodotionis recordatus sũ: vt nec nouitate nimia. lectoris studiũ deterrerem: nec rursum contra cõsciencią meam fonte veritatis omisso: opinionum riuulos consectarer

Explicit plogus. Incipit lib̃ Ecclesiastes

Erba Ecclesiastes. filij dd̃ regis hierusalẽ. Vanitas vanitatum dixit ecclesiastes: vanitas vanitatũ et omnia vanitas. Quid habet amplius homo de vniuerso labore suo quo laborat sub sole: Generacõ ꝓterit ⁊ generacõ aduenit. terra ũo in eternũ stat. Orit̃ sol ⁊ occidit. ⁊ ad locũ suũ reuertit̃: ibiq̃ renascẽs girat ꝑ meridiẽ: ⁊ flectit̃ ad aquilonẽ. Lustrans vniuersa in circuitu pgit spũs: ⁊ ĩ circlos suos reuertit̃

Oīa flumīa intrāt ī mare: ⁊ mare nō redū
b dat Ad locū vñ exeūt flumīa reuertūt: vt
itez fluāt. Cūcte res difficiles: non potest
eas hō explicare ſmōe. Nō ſaturat oculꝰ
viſu: nec auris auditu īplet. Quid ē quod
fuit: Ipſum qđ futurum eſt. Quid eſt qđ
factum eſt: Ipſum quod faciendum eſt
Nihil ſub ſole nouum: nec valet quiſq; di
cere: ecce hoc recēs eſt. Iā ei pceſſit ī ſecu
lis: q̄ fuerūt añ nos. Nō ē priox memoria
ſz nec eox q̄dē q̄ poſtea futura fūt erit re
cordacō apd eos q̄ futuri fūt ī nouiſſimo.
Ego eccleſiaſtes fui rex iſrl̄ ī hirl̄m: ⁊ ꝓpo
ſui ī aīo meo q̄rere ⁊ īueſtigare ſapienter
c de oīb q̄ fiūt ſb ſole. Hāc occupacōz peſſi
mā dedit deꝰ filijs hoīm: vt occuparēt ī ea
Vidi q̄ fiunt cūcta ſb ſole: ⁊ ecce vniuerſa
vanitas ⁊ afflictō ſpūs. Peruerſi difficile
corrigūt: ⁊ ſtultoz īfinitꝰē numerꝰ. Locu
tus ſū ī corde meo dicēs. Ecce magnꝰ effe
ctus ſū ⁊ pceſſi oēs ſapiēcia q̄ fuerūt ante
me ī hirl̄m ⁊ mēs mea ꝓplata ē ml̄ta ſa
pient ⁊ didici: dedi q̄z cor meū vt ſcirē pru
dēcia atq; doctrinā: erroreſq; ⁊ ſtulticiam
Et agnoui q̄ ī hijs q̄z eēt labor ⁊ afflictio
ſpūs: eoq; ī ml̄ta ſapiēcia ml̄ta ſit īdigna
cō: ⁊ q̄ addit ſcīēcia addit ⁊ laborem.

¶ Capitulū. .II.

Dixi ḡ ī corde meo. vadā et affluā
delicijs: et fruar bonis. Et vidi q̄
hoc q̄z eēt vaītas. Riſūq; reputaui
errorē: ⁊ gaudio dixi. Quid fruſtra decipis
Cogitaui ī corde meo. abſtrahē a vino car
nē meā. vt animū meū trāſferrē ad ſapien
cia deuitarēq; ſtulticiaz: donec viderē q̄d
eēt vtile filijs hoīm: q̄ facto opꝰ ē ſub ſole
numero diez vite ſue. Magnificaui opa
mea. Edificaui mihi domos ⁊ plātaui vi
neas: feci ortos ⁊ pomeria ⁊ cōſeui ea cū
cti generis arboribꝫ: ⁊ extruxi mihi piſci
nas aq̄z vt irrigarē ſiluā lignoz germinā
e tiū. Poſſedi ſuos ⁊ ācillas. ml̄tazq; fami
lia habui: armēta q̄z ⁊ magnos ouiū gre
ges: vlē oēs q̄ fuerūt añ me ī hirl̄m. Coa
ceruaui mihi argētū ⁊ auz: ⁊ ſubſtancias
regū ⁊ puinciaz. Feci mihi cātores ⁊ cā
tatrices ⁊ delicias filioz hoīm: ſciphos et
vrceolos ī miſterio ad vina funtēda: ⁊ ſu
pgreſſus ſū opib omēs qui ante me fuerī
in hirl̄m. Sapiencia q̄z pſeuerauit mecū:
et omīa que deſiderauerūt oculi mei nō ne
gaui eis: nec phibui cor meū quin oī vo
luptate frueret: ⁊ oblectaret ſe ī hijs q̄ ꝑ
f paraueram. Et hāc ratus ſum partē meā:
ſi vterer labore meo. Cūq; me conuertiſſem
ad vniuerſa opa que fecerāt manꝰ mee. et
ad labores in q̄b fruſtra ſudauerā: vidi ī
oīb vanitatē ⁊ afflictionē animi: et nihil
pmanere ſub ſole. Tranſiui ad cōplandā
ſapiencia: erroreſq; ⁊ ſtulticiā. Quid eſt i
quā hō: vt ſequi poſſit regē factorē ſuum:
Et vidi q̄ tantū precederet ſapiēcia ſtulti
ciā: quantū differt lux a tenebris. Sapiē
tis oculi ī capite eius: ſtultus in tenebris
ambulat. Et didici q̄ vnus vtriuſq; eſſet ī
teritus: ⁊ dixi ī corde meo. Si vnus ⁊ ſtul
ti ⁊ meꝰ occaſus erit: q̄d mihi pdeſt q̄ ma
g ioꝛem ſapiēcie dedi operā. Locutuſq; cum
mente mea: aīaduerti q̄ hoc q̄z eēt vaītas
Nō em̄ erit memoria ſapientis ſimiliter vt
ſtulti ī ppetuū: ⁊ futura tēpora obliuione
cūcta pariter operiēt. Moriē doctꝰ ſimili
ter indoctꝰ: ⁊ idcirco teduit me vite mee
videntē mala vniuerſa eſſe ſub ſole: et cū
cta vanitatem ⁊ afflictionē ſpūs. Rurſus
deteſtatus ſū omnē īduſtriaz meā qua ſub
ſole ſtudioſiſſime laboraui: habiturus he
redē poſt me. quem ignoro vtꝝ ſapiens an
ſtultꝰ futurꝰ ſit: ⁊ dñabit in laboribꝫ meis
q̄b deſudaui ⁊ ſolicitus fui. Et ē quicq; tā
vanū: Unde ceſſaui: renūciauitq; cor meū
vltra laborare ſub ſole. Nā cū aliꝰ laboret
ī ſapiēcia ⁊ doctrina ⁊ ſolicitudīe: hoī oci
oſo q̄ſita dimittit. Et hoc q̄z vaītas: ⁊ ma
h gnū malū. Quid ei pderit hoī de vniuerſo
labore ſuo ⁊ afflictōe ſpūs: q̄ ſub ſole cru
ciatꝰē: Cūcti dies eiꝰ doloribꝫ ⁊ erūnis ple
ni ſūt: nec p noctē mente requieſcit. Et hoc
nōne vaītas ē: Nōne meliꝰē pmedere ⁊ bi
bere: ⁊ oſtēdere aīe ſue bona d laboribꝫ ſu
is: Et hoc d manu dei ē. Quis ita deuora
bit ⁊ delicijs affluet vt ego: Domī bono in
ꝓſpectu ſuo dedit deꝰ ſapiēciā ⁊ ſciēciā. et
intelligēciā: peccatori aūt dedit afflictōez
⁊ curā ſupfluā: vt addat ⁊ congreget ⁊ dat
ei q̄ placuit deo. Sz ⁊ hoc vanitas eſt: et
caſſa ſolicitudo mētis.

¶ Capitulū. .III.

Omnia tempus habz: ⁊ ſuis ſpacijs
trāſeunt vniuerſa ſub ſole. Tēpus
naſcēdi: ⁊ tēpꝰ moriendi. Tempus
plātandi: ⁊ tempus euellēdi q̄d plātatū ē

Tempus occidendi : et tempus sanandi .
Tēp⁹ destruēdi:⁊ tēpus edificādi. Temp⁹
flēdi:⁊ tēp⁹ridendi. Tempus plangēdi:et
tēpus saltādi. Tēpus spargēdi lapides:et
tēpus colligēdi. Tēpus āplexādi :⁊ tēpus
lōge fieri ab amplexibꝰ. Tēpus acqrēdi:et
temp⁹ptendi. Tēpus custodiēdi:et tēpus
abiciēdi. Tēpus scindēdi :⁊ tēpus consuen
di. Tēpus tacēdi:⁊ tēpus loquēdi. Tēpus
dilectōnis:⁊ tēpus odij. Tēpus belli:⁊ tē=
b pus pacis. Quid habet ampli⁹hō de labo=
re suo Vidi afflictionē quā dedit de⁹ filijs
hominū:vt distēdank ī ea. Cūcta fecit bo=
na ī tpe suo:⁊ mundū tradidit disputacōi
eoꝝ:vt nō inueniat hō opus qō operatus
est deus ab inicio vsqꝫ ad finē. Et cogno=
ui q nō esset meli⁹nisi letari:et facere be=
ne in vita sua. Omnis em̄ homo qui come
dit⁊ bibit.⁊ videt bonū de labore suo:hoc
donū dei est. Didici:q oīa opera que fecit
deus.pseuerēt in ppetuū. Non possumus
eis q̄cq̄ adtere nec auferre:que fecit deus
vt timeatur. Qō factuꝫ est:ipm̄ pmanet.
Que futura sunt iam fuerūt:⁊ deus īstau
c rat quod abijt. Vidi sub sole in loco iudi=
cij impietatē⁊ in loco iusticie iniqtatē: et
dixi ī corde meo. Justū⁊ impiū iudicabit
S dns:⁊ tēpus omnis rei tūc erit. Dixi ī cor=
de meo de filijs hoim. vt pbaret eos deus:
⁊ ostēderet similes esse bestijs. Idcirco vn⁹
interi⁹est hois⁊ iumentoꝝ:⁊ eq̄ vtusqꝫ cō
dicō. Sicut morik hō:sic et illa moriunk.
Similiter spirāt oīa: ⁊ nihil habet hō iu=
mento ampli⁹. Cūcta subiacēt vanitati:et
d oīa pgūt ad vnū locū. De terra facta sunt
⁊ ī terrā parik reuertūtur. Quis nouit si
spūs filioꝝ adā ascendat sursū: ⁊si spirit⁹
iumentoꝝ descendat deorsū? Et tēpbēdi ni
hil esse meliusq̄ letari hoīem ī ope suo:et
hāc esse ptē illi⁹. Quis em̄ eum adducet:vt
post se futura cognoscat?

Capitulū. .IIII.

Certi me ad alia:⁊ vidi calūnias q̄
sub sole geruntur.⁊ lacrimas īno
centiuꝫ⁊ neminem ꝑsolatorē:nec
posse resistere eoꝝ violēcie.cunctoꝝ auxi
lio ꝺstitutos. Et laudaui magis mortuos
q̄ viuentes: et felitiorem vtroqꝫ iudicaui
e qui necdum natus est:nec vidit mala que
sub sole fiūt. Kursū contemplatus sū om
nes labores hoīm:⁊ īdustrias anīaduerti
patere inuidie ꝓximi. Et ī hoc q̄ vanitas:⁊
cura supflua ē. Stult⁹ꝑplicat man⁹suas:
dicit dñs q̄ factur⁹ ē ⁊ formatur⁹ illud ⁊ paratur⁹: dñs nomē ei⁹. Clama ad me ⁊ exaudiā te: ⁊ ānūciabo tibi grādia ⁊ firma q̄ nescis. Quia hec dicit dñs de⁹ isrl̄ ad domos vrb̄ hui⁹ ⁊ ad domos r̄gis iuda q̄ destructe sūt ⁊ ad munitōes ⁊ gladiū veniētiū vt dimicēt cū chaldeis et īpleāt eas cadaueribꝰ hoīm q̄s p̄cussi ī furore meo ⁊ in īdignatōe mea: abscōdēs faciē meā a ciuitate hac p̄pter oēz malicīā eoꝝ. Ecce ego obducam eis cicatricē ⁊ sanitatē: ⁊ curabo eos et reuelabo eis dēp̄catōez pacis ⁊ veritatis. Et p̄uertā p̄uersiōez iuda ⁊ p̄uersionē hierl̄m ⁊ edificabo eos sicut a p̄ncipio: et emūdabo eos ab oī iniq̄tate sua ī q̄ peccauer̄t mihi: ⁊ p̄pici⁹ero cūctis iniq̄tatibꝰ eoꝝ in q̄bꝰ deliq̄rūt mihi et sp̄reuer̄t me. Et er̄t mihi ī nomē ⁊ ī gaudiū ⁊ ī laudē ⁊ ī exultatōz cūctis gētibꝰ tērre q̄ audierīt oīa bona q̄ ego factur⁹ sū eis: ⁊ pauebūt ⁊ turbabūt ī vniuersis locis ⁊ in oī pace quā ego faciā eis. Hec dicit dñs. Adhuc audietur ī loco isto quez vos dicitis esse dep̄tū eo q̄ ñ sit hō nec iumentū ī ciuitatibꝰ iuda ⁊ foris hierl̄m q̄ desolate sūt absq̄ hoīe ⁊ absq̄ habitatore ⁊ absq̄ pecore. vox gaudij et vox leticie vox sp̄si ⁊ vox sp̄se: vox dicētiū p̄fitemī dño exēcituū q̄m bon⁹ dñs. q̄m ī etērnū miserīa ei⁹: ⁊ portātiū vota ī domo dñi. Reducā ei⁹ p̄uersionē tērre sicut a p̄ncipio dicit dñs. Hec dicit dñs exercituū. Adhuc erit ī loco isto dep̄to absq̄ hoīe ⁊ absq̄ iumēto. et ī cūctis ciuitatibꝰ ei⁹ hītaculo pastoꝝ accubātiū gregū ī ciuitatibꝰ mōtuoꝝ et ī ciuitatibꝰ cāpestribꝰ: ⁊ ī ciuitatibꝰ q̄ ad austꝝ sūt ⁊ ī tērra beniamī ⁊ ī circuitu hierl̄m ⁊ ī ciuitatibꝰ iuda: adhuc trāsibūt greges ad manū numerātis ait dñs. Ecce dies veniēt dicit dñs: ⁊ suscitabo vbū bonū qd̄ locut⁹ sū ad domū isrl̄ et ad domū iuda. In diebꝰ illꝭ ⁊ ī tpe illo germīare faciā dauid germē iusticie: ⁊ faciet iudiciū ⁊ iusticiā ī tērra. In diebꝰ illꝭ saluabit̄ iuda: ⁊ isrl̄ hītabit p̄fidēter. Et hoc ē nomē qd̄ vocabūt eū: dñs iustus nr̄. Quia hec dicit dñs. Nō īteribit de dauid vir q̄ sedeat sup̄ thronū dom⁹ isrl̄: et de sacerdotibꝰ ⁊ d̄ leuitis ñ īteribit vir a facie mea q̄ offerat olocaustomata et īcēdat sacrificium ⁊ cedat victimas oībꝰ diebꝰ. Et factū ē vbū dñi ad hieremiā dicēs. Hec dicit dñs. Si irritū p̄t fieri pactū meū cū die ⁊ pactū meū cū nocte vt nō sit dies ⁊ nox ī tpe suo: ⁊ pactū meū irritū esse poterit cū dauid famulo meo vt ñ sit ex eo filiꝰ q̄ regnet ī throno ei⁹: ⁊ leuite ⁊ sacerdotes ministri mei. Sicuti enumerari nō p̄nt stelle celi ⁊ metiri arene maris: sic mltiplicabo semen dauid serui mei: et leuitas mīstros meos. Et factū ē vbū dñi ad hieremiā dicēs. Nūq̄d ñ vidisti q̄d p̄plus h̄ locut⁹ sit dicēs. Due p̄gnatōes q̄s elegerat dñs abiecte sunt: Et p̄plm meū dispexer̄t: eo q̄ ñ sit vlt̄ gēs corā eis. Hec dicit dñs. Si pactū meū īter diez ⁊ noctē ⁊ leges celo ⁊ tērre ñ posui. eq̄dē et semē iacob et dauid serui mei p̄iciā: vt nō assumā de semīe ei⁹ p̄ncipes semīs abrahaz ⁊ ysaac ⁊ iacob. Reducā em̄ p̄uersionē eorū: et miserebor eis. Ca. .XXXIIII.

Verbū q̄d factū ē ad hieremiā a domino: q̄n nabuchodonosor rex babilōis ⁊ oīs exercit⁹ ei⁹ vniuersaq̄ regna tērre q̄ erāt sub ptāte man⁹ ei⁹ ⁊ oēs p̄plī bellabāt p̄ hierl̄m et oēs vrbes ei⁹ dicēs. Hec dicit dñs de⁹ isrl̄. Vade ⁊ loq̄re ad sedechiā regē iuda: ⁊ dices ad eū. Hec dicit dñs. Ecce ego trādā ciuitatē hāc ī man⁹ regis babilonis: ⁊ succēdet eā igni. Et tu nō effugies de manu ei⁹ sz̄ p̄hēsione capieris ⁊ in manu ei⁹ trader̄is: et oculi tui oculos r̄gis babilonis vidēbūt. et os ei⁹ cū ore tuo loquet̄: ⁊ babilonē introibis. Attn̄ audi verbū dñi sedechia rex iuda. Hec dicit dñs ad te. Nō morieris ī gladio sz̄ in pace morieris: ⁊ sc̄dm p̄bustiones patr̄ tuoꝝ regum p̄orū q̄ fuer̄t ātē te sic p̄burēt te. et plāgēt te ve dñe: q̄r vbū hoc ego locut⁹ sum dicit dñs. Et locut⁹ ē hieremias p̄pha ad sedechiam regē iuda vniuersa vba hec ī hierl̄m: et exercit⁹ regis babilonis pugnabat contra hierl̄m ⁊ p̄ oēs ciuitates iuda q̄ reliq̄ erāt p̄ lachis ⁊ p̄ azecha. Hee ei⁹ superāt d̄ ciuitatibꝰ iuda vrbes munite. Verbū q̄d factū ē ad hieremiā a dño: postq̄ p̄cussit rex sedechias fedus cū oī p̄plo ī hierl̄m p̄dicās vt dimitteret vnusq̄sq̄ famulū suū ⁊ vnusq̄sq̄ ancillā suā hebreū ⁊ hebreā liberos: ⁊ neq̄ q̄ dñarent̄ eis id ē in iudeo et ī fratre suo. Audierūt g̃ oēs p̄ncipes ⁊ vniersus p̄plus q̄ inierūt pactū vt dimitteret vnusq̄sq̄ seruū suū ⁊ vnusquisq̄ ancillā suā liberos: et vltra nō dñarent̄ eis. Audierūt igit̄: ⁊ dimiserūt. Et p̄uersi sūt deinceps et r̄traxer̄t

ſerũos ſuos ⁊ ãcillas ſuas q̃s dimiſerẽt libe
ros:⁊ ſubiugauerũt ĩ famulos ⁊ famulas.
Et factũ ẽ ūbũ ad hieremiam a dño dicẽs.
Hec dicit dñs de⁹ iſrl'. Ego pcuſſi fedus cũ
pribꝫ vr̃is:ĩ die q̃ eduxi eos de terra egipti
de domo ſeruitutis dicẽs. Cũ ꝓpleti fuerint
septẽ ãni dimittat vnuſq̃ſqꝫ fr̃ez ſuũ hebreũ
q̃ vẽdit⁹ ẽ ei:⁊ ſeruiet tibi ſex annis:⁊ dimit-
tes eũ a te liberꝫ. Et ñ audierũt pres vr̃i me:
nec inclinauerũt aurẽ ſuã. Et ꝓuerſi eſtis
vos hodie et feciſtis qđ rectũ ẽ ĩ oculis meis
vt p̃dicaretis libtatẽ vnuſq̃ſqꝫ ad amicũ ſu
um:⁊ iniſtis pactũ ĩ ſpectu meo ĩ domo ĩ
q̃ inuocatũ ẽ nomẽ meũ ſup eã. Et reuerſi
eſtis et ꝓmaculaſtis nomẽ meũ:⁊ reduxi-
ſtis vnuſq̃ſqꝫ famulũ ſuũ ⁊ vnuſq̃ſqꝫ ãcillã ſuã
q̃s dimiſeratis vt eſſẽt liberi ⁊ ſue pt̃atis:⁊
ſubiugaſtis eos vt ſint vobis famuli ⁊ ancille.
Propterea hec dicit dñs. Vos nõ audiſtis
me: vt p̃dicaretis libtatẽ vnuſq̃ſqꝫ fr̃i ſuo
⁊ vnuſq̃ſqꝫ amico ſuo. Ecce ego p̃dico libta
tẽ ait dñs ad gladiũ ad peſtẽ ⁊ ad famẽ:et
dabo vos ĩ ꝓmotõem cũctis regnis terre.
Et dabo viros q̃ p̃uaricanẽ fed⁹ meũ ⁊ nõ
obſeruauerũt ūba federis q̃ps aſſẽſi ſũt ĩ ſpe
ctu meo. vitulũ quẽ ꝓciderũt ĩ duas ptes ⁊
diuiſerũt ĩter diuiſiones ei⁹. pncipes iuda ⁊
pncipes hierlm. eunuchi ⁊ ſacerdotes ⁊ oĩs
pplus terre q̃ trãſierũt ĩter diuiſiões vituli:
⁊ dabo eos ĩ man⁹ inimicoꝝ ſuoꝝ ⁊ in ma-
n⁹ q̃rentiũ aĩaz eoꝝ:⁊ erit morticiniũ eoꝝ
ĩ eſcã volatilibꝫ celi ⁊ beſtijs terre. Et ſede-
chiã regẽ iuda ⁊ pncipes ei⁹ dabo in man⁹
inimicoꝝ ſuoꝝ ⁊ ĩ man⁹ q̃rentiũ aĩas eoꝝ:
⁊ ĩ man⁹ exercituũ r̃gis babilonis q̃ receſ-
ſerũt a vobis. Ecce ego p̃cipio dicit dñs:⁊
reducã eos ĩ ciuitatẽ hãc ⁊ p̃liabũt̃ aduer
ſũ eã:⁊ capiẽt eã ⁊ icendẽt igni. Et ciuita-
tes iuda dabo ĩ ſolitudinẽ: eo q̃ non ſit ha
bitator. Ca. .XXXV.

Verbũ quod factũ ẽ ad hieremiã a
dño in diebꝫ ioachĩ filij ioſie regis
iuda dicẽs. Vade ad domũ rechabi
taꝝ ⁊ loq̃re eis:⁊ introduces eos ĩ domũ dñi
ĩ vnã exedrã theſauroꝝ:⁊ dabis eis bibere
vinũ. Et aſſũpſi iechoniã filiũ hieremie fi
lij abſame ⁊ fres ei⁹ ⁊ oẽs filios ei⁹ ⁊ vniuer
ſã domũ rechabitaꝝ: ⁊ introduxi eos in do-
muz dñi ad gazophilaciũ filioꝝ anan filij
iezedelie hois dei qđ erat iuxta gazophila-
ciũ pncipũ ſup theſaurũ maaſie filij ſellũ:
q̃ erat cuſtos veſtibuli. Et poſui corã filijs
dom⁹ rechabitaꝝ ciphos plenos vino ⁊ ca-
lices:⁊ dixi ad eos. Bibite vinũ. Qui rñdẽ
rũt. Nõ bibem⁹ vinũ:q̃ ionadab filius re-
chab pr̃ nr̃ pcepit nob̃ dicẽs. Nõ bibetis vi
nũ vos ⁊ filij vr̃i vſqꝫ ĩ sẽpiternũ. Et domũ
nõ edificabitis ⁊ semẽtẽ ñ ſeretis ⁊ vineas
nõ plãtabitis nec habebitis: ſz ĩ tabnacul'
hĩtabitis cũctis diebꝫ vr̃is :vt viuatis die-
bus multis ſup faciẽ terre in q̃ vos pegri-
namĩ. Obediuimus g̃ voci ionadab filij re-
chab p̃ris nr̃i ĩ oĩbꝫ q̃ pcepit nob̃:ita vt nõ
biberem⁹ vinũ cũctis diebꝫ nr̃is nos ⁊ mu-
lieres nr̃e filij ⁊ filie nr̃e et nõ edificarem⁹
domos ad hĩtandũ:⁊ vineã ⁊ agꝝ ⁊ semẽtẽ
nõ habuim⁹:ſz hĩtauim⁹ ĩ tabnacul':⁊ obe
diẽtes fuim⁹ iuxta oĩa q̃ pcepat nob̃ iona-
dab p̃ nr̃. Cũ aũt aſcẽdiſſet nabuchodono
ſor rex babilonis ad terrã nr̃am dixim⁹.
Venite ⁊ ĩgrediamur ĩ hierlm a facie exer
cit⁹ chaldeoꝝ ⁊ a facie exercit⁹ ſyrie:⁊ mã-
ſim⁹ ĩ hierlm. Et factũ ẽ ūbũ dñi ad hiere-
miã dicẽs. Hec dicit dñs exercituũ de⁹ iſrl'.
Vade ⁊ dic viris iuda ⁊ hĩtatoribꝫ hierlm.
Nũqđ nõ r̃cipietis diſciplinã:vt obediatis
verbis meis dicit dñs : Prevaluerũt ſmões
ionadab filij rechab q̃s pcepit filijs ſuis vt
nõ biberẽt vinũ:⁊ nõ biberũt vſqꝫ ad diem
hãc:q̃ obedierũt pcepto p̃ris ſui:Ego aũt lo
cut⁹ ſũ ad vos de mane ꝓſurgẽs ⁊ loquẽs:⁊
nõ obediſtis mihi. Miſiqꝫ ad vos oẽs ſuos
meos pphas ꝓſurgẽs diluculo :mittẽſqꝫ et
dicẽs. Cõuertimĩ vnuſq̃ſqꝫ a via ſua peſſi-
ma ⁊ bona facite ſtudia vr̃a:⁊ nolite ſequi
deos alienos neqꝫ colatis eos:et hĩtabitis
in terra quã dedi vobis et patribꝫ vr̃is . Et
nõ inclinaſtis aurem veſtrã: neqꝫ audiſtis
me . Firmauerũt igit̃ filij ionadab filij re-
chab pceptũ p̃ris ſui qđ pcepat eis :pplus
aũt iſte nõ obediuit mihi . Idcirco hec di-
cit dñs exercituũ. de⁹ iſrl'. Ecce ego adducã
ſup iudã et ſup oẽs hĩtatores hierlm vni-
verſã afflictõez quã locut⁹ ſum aduerſũ il-
los:eoq̃ locutus ſũ ad illos ⁊ nõ audierũt:
vocaui illos ⁊ nõ reſponderunt mihi. Do-
mui autẽ rechabitaꝝ dixit hieremias. Hec
dicit dñs exercituũ. de⁹ iſrl'. Proeo q̃ obe-
diſtis pcepto ionadab p̃ris veſtri et cuſto-
diſtis oĩa mandata eius ⁊ feciſtis vniuer-
ſa q̃ pcepit vob̃: ꝓterea hec dicit dñs exer
cituum deus iſrl'. Non deficiet vir de ſtirpe

ionadab filij rechab stans in ꝓspectu meo cunctis diebus. ¶Ca. .XXXVI.

ET factū ē ī āno q̄rto ioachī filij io sie r̄gis iuda: factū ē v̄bum hoc ad hieremiā a dño dicēs. Tolle volumē libri et scribes in eo oīa v̄ba q̄ locut⁹ sū tibi aduersus isrl̄ et iudā et aduersū oēs gētes a die q̄ locut⁹ sū ad te ex diebꝫ iosie vsq; ad diē hāc: si forte audiēte domo iuda. vniuersa q̄ ego cogito facē eis. reuertat vnusquisq; a via sua pessima: et ꝓpici⁹ero iniquitati et pc̄to eor. ¶locauit g̃ hieremias baruch filium nerie: et scripsit baruch ex ore hieremie oēs ſmōes dñi q̄s locut⁹ ē ad eū in volumīe libri. Et p̄cepit hieremias baruch dicēs. Ego claus⁹ sū: nec valeo īgredi domū dñi. Ingredere g̃ tu et lege de volumine in q̄ scripsisti ex ore meo v̄ba dñi audiēte ꝓp̄lo. ī domo dñi ī die ieiunij: insup et audiente vniuerso iuda q̄ veniūt de ciuitatibꝫ suis. Leges eis: si forte cadat oratō eor in cōspectu dñi et reuertat vnusq̄sq; a via sua pessima: qm̄ magn⁹ furor et ībignatō ē quā locutus ē dñs aduersus ꝓp̄lm hūc. Et fecit baruch fili⁹ nerie iuxta oīa q̄ p̄cepat ei hieremias ꝓpha: legēs ex volumīe ſmōes dñi in domo dñi. Factuz ē aūt ī āno q̄nto ioachī filij iosie r̄gis iuda: ī mēse nono p̄dicauerūt ieiuniū ī ꝓspectu dñi oī ꝓp̄lo ī hierusalē et vniuerse multitudini q̄ ꝓfluxerat de ciuitatibꝫ iuda in hierlm. Legitq; baruch ex volumīe ſmones hieremie ī domo dñi ī gazophilatō gamarie filij saphan scribe. in vestibulo supior ī introitu portę noue domus dñi: audiente oī ꝓp̄lo. Cunq; audisset micheas fili⁹ gamarie filij saphan oēs sermōes dñi ex libro: descēdit ī domū regis ad gazophilaciū scribe. Et ecce ibi oēs p̄nci pes sedebāt: elisama scriba et dalaias fili⁹ semeie et helchana fili⁹ alchobor et gamarias fili⁹ saphan et sedechias fili⁹ ananie et vniuersi p̄ncipes. Et ānūciauit eis micheas oīa v̄ba: q̄ audiuit legēte baruch ex volumīe ī auribꝫ ꝓp̄li. Miserūt itaq; oēs principes baruch iudi filiū nathanie filij selemie filij chusi dicētes. Volumē ex q̄ legisti audiente ꝓp̄lo sume ī manu tua et veni. Tulit g̃ baruch fili⁹ nerie volumē ī manu sua: et venit ad eos. Et dixer̄t ad eū. Sede: et lege hec ī auribꝫ nr̄is. Et legit baruch ī auribꝫ eor. Igit̄ cū audisset oīa v̄ba. obstupuer̄t vnusq̄sq; ad p̄rimū suū: et dixer̄t ad baruch Nūciare debem⁹ regi oēs ſmones istos. Et interrogauer̄t eū dicētes. Indica nob: quō scripsisti oēs ſmōes istos ex ore ei⁹. Dixit a⁹ eis baruch. Ex ore suo loq̄bat⁹ q̄si legēs ad me oēs ſmones istos: et ego scribebā in volumīe atramēto. Et dixerūt p̄rincipes ad baruch. Vade et abscōdere tu et hieremias: et nemo sciat vbi sitis. Et īgressi sunt ad regē ī atriū. Porro volumē ꝓmendauer̄t in gazophilacio elisame scribe: et nūciauerūt audiēte rege oēs ſmones. Misitq; rex iudi vt sumeret volumē: q̄ tollēs illud de gazophilacio elisame scribe legit audiēte rege: et vniuers⁹ p̄rincipibꝫ q̄ stabāt circa regem. Rex aūt sedebat ī domo hiemali ī mēse nono: et posita erat arula coz̄ eo plena prunis. Cūq; legisset iudi tres pagellas vel q̄tuor scidit illud scalpello scribe et piecit in ignē q̄ erat sup arulā: donec ꝓsumeret⁹ oē volumē igni q̄ erat ī arula. Et nō timuer̄t neq; scidер̄t vestimēta sua rex et oēs pueri ei⁹: q̄ audierūt vniuersos ſmōes istos. Elerūtn elnathan et dalaias et gamarias ꝓtradiderūt regi ne ꝓbureret librū et nō audiuit eos. Et p̄cepit rex hieremiel filio amalech et sararie filio ezrihel et selemie filio abdehel: vt ꝓphenderēt baruch scribā et hieremiā ꝓphām. Abscōdit aūt eos dñs. Et factū ē v̄bū dñi ad hieremiaz ꝓphām: postq; ꝓbusserat rex volumē et ſmōes q̄s scripserat baruch ex ore hieremie dicens. Rursū tolle volumē aliud: et scribe ī eo oēs ſmones priores q̄ erāt ī primo volumīe q̄ cōbussit ioachim rex iuda. Et ad ioachim regez iuda dices. Hec dicit dñs. Tu ꝓbussisti volumē istud dicēs. Quare scripsisti in eo ānūciās. festin⁹ veniet rex babilonis: et vastabit terrā hāc et cessare faciet ex illa hominē et iumētum: Propterea hec dicit dñs de⁹ ꝓ̄ ioachī regē iuda. Nō erit ex eo q̄ sedeat sup solium dauid: et cadauer ei⁹ p̄icie⁹ ad estū p die et ad gelu p noctē. Et visitabo ꝓ̄ eū et ꝓ̄ semē ei⁹ et ꝓtra suos ei⁹ iniq̄tates suas: et adducā sup eos et sup habitatores hierlm et sup viros iuda oē malū q̄ locutus sū ad eos: et non audierūt. Jheremias aūt tulit volumē aliud et dedit illō baruch filio nerie scribe: q̄ scripsit ī eo ex ore hieremie oēs ſmōes libri quē ꝓbusserat ioachī rex iuda igni: et insup additi sunt ſmones

multoplesq̄ ātea fuert Ca.XXXVII.

Et regnauit rex ſedechias filiꝰ ioſie
p iechonia filio ioachī quē ꝓſtitu-
it regē nabuchodonoſoꝛ rex babi-
lonis ī tꝛra iuda:ꝙ nō obediuit ipe ꝙ ſerui
eiꝰꝙ pl'us tꝛre verbꝫ dñi q̄ locutꝰē ī manu
hieremie ꝓphetæ.Et miſit rex ſedechias io-
chal filiū ſilemie ꝙ ſophoniā filium maaſie
ſacerdotē ad hieremiā ꝓphām dicēs.Oꝛa p
nob dñm deū nr̄m. Hieremias autē libere
ābulabat ī medio pl'i.Nō eī miſerat euꝫ in
cuſtodiā carceris .Igit̄ exercitꝰ pharaōis
egreſſus ē de egipto:ꝙ audiētes chaldei qui
obſidebāt hierl'm huiuſcemodi nūciū receſ
ſerūt ab hierl'm.Et factū ē ꝟbū dñi ad hie-
remiā ꝓphām dicēs.Hec dicit dñs deꝰ iſrl'.
Hic dicetis regi iuda q̄ miſit vos ad me ī-
terꝛogādū.Ecce exercitꝰ pharaōis q̄ egreſ
ſus ē vob ī auxiliū fuertet̄ ī tꝛram ſuā in
egiptū:ꝙ rd̄iēt chaldei ꝙ bellabūt ꝑ ciuita
tē hāc:ꝙ capiēt eā ꝙ ſuccēdent igni.Hec di-
cit dñs.Nolite decipe aīas vr̄as dicētes eū
tes abibūt ꝙ r̄cedēt a nob chaldei: qꝛ ñ abi-
būt .Doꝫ etſi pcuſſeritis oēꝫ exercitū chal-
deoꝝ q̄ pliant̄ aduerſū vos et derelicti fue-
rīt ex eis aliq̄ vulnerati:ſigl'i ꝺ tētoꝛio ſuo
ꝓſurgēt.ꝙ īcendēt ciuitatē hāc igni. Ergo
cū receſſiſſet exercitꝰ chaldeoꝝ ab hieruſalē
ꝓpt̄ exercitū pharaōis.egreſſus ē hieremi-
as de hierl'm vt iret ī tꝛrā beniamī:et diui
deret ibi poſſeſſiōeꝫ ī ꝓſpectu ciuiū.Cunq;
queīſſet ad portā beniamin erat ibi cuſtos
portæ p vices noīe hierias filiꝰ ſelemie filij
ananie:ꝙ appēdit hieremiā ꝓphāꝫ dicēs.
Ad chaldeos ꝓfugis.Et rn̄dit hieremias.
Falſū ē.nō fugio ad chaldeos. Et ñ audi-
uit eū.ſꝫ ꝓpēdit hierias hieremiā:ꝙ addu
xit eū ad p̄ncipes .Quāobrē irati p̄ncipes
ꝑcuſſerūt hieremiā:ceſū eū miſerūt ī carcerē q̄ erat
ī domo ionathā ſcribe. Ipe eī p̄poſitꝰ erat
ſup carcerē . Itaq; īgreſſus ē hieremias in
domū laci ꝙ ī ergaſtulū:ꝙ ſedit ibi hieremi
as diebꝫ mltis .Mittēs aūt ſedechias rex tu
lit eū:et īterꝛogauit eū ī domo ſua abſcō-
dite:ꝙ dixit Putaſne ē ſmo a dño:Et dixit
hieremias.Eſt·Et ait. In manꝰ r̄gis babi-
lōis trderis. Et dixit hieremias ad r̄gē ſede
chiā.Quid peccaui tibi ꝙ ſuis tuis et pl'o
tuo:qꝛ miſiſti me ī domū carceris:Ubi ſūt
ꝓphe vr̄i q̄ ꝓphabāt vob ꝙ dicebāt:nō veīet
rex babilōis ſup vos ꝙ ſup tꝛrā hāc :Nūc
ḡ audi obſecꝛo dñe mi rex.Valeat dep̄catō
mea ī ꝓſpectu tuo:ꝙ ne me r̄mittas ī domū
ionathe ſcribe ne moriar ibi . Precepit ḡ
rex ſedechias vt r̄deret̄ in veſtibulū carce-
ris:ꝙ daretur ei tꝛta q̄tidie panis excepto
pulmēto:donec ꝓſumerent̄ oēs panes ꝺ ci
uitatē.Et mānſit hieremias ī veſtibulo car
ceris· Ca. .XXXVIII.

Audiuit aūt ſaphacias filiꝰ nathan
ꝙ ihedelias filiꝰ phaſſur ꝙ iochal fi-
liꝰ ſelemie ꝙ phaſſur filius melchie
ſmones q̄s hieremias loq̄batꝰ ad oēꝫ pl'm
dicēs.Hec dicit dñs. Quicūq; mānſerit ī ci-
uitatē hac moꝛietꝰ gladio ꝙ fame ꝙ peſte :q̄
aūt ꝓfugerit ad chaldeos viuet:et erit aīa
eiꝰ ſoſpes ꝙ viuēs.Hec dicit dñs. Tradendo
trdet̄ ciuitas hec ī manu exercitꝰ regis ba-
bilōis:ꝙ capiet eā.Et dixerūt p̄ncipes regi
Rogamꝰ vt occidatꝰ bō iſte .De ībuſtria eī
diſſoluit manꝰ vizoꝝ bellātiū q̄ remāſerūt
ī ciuitatē hac et manꝰ vniuerſi pl'i:loquēs
ad eos vniuerſa ꝟba hec .Iuſtꝫ bō iſte nō
q̄rit pacē ꝓpl'o huic:ſꝫ malū.Et dixit rex ſe
dechias.Ecce ipe ī manib vr̄is eſt.Nec em̄
fas ē vob quicq̄ negare .Tulerūt ḡ hiere-
miā ꝙ piecerūt eū in lacū elchie filij ama-
lech:q̄ erat ī veſtibulo carceris.Et ſubmi-
ſerūt hieremiā ī funib ī lacū:in q̄ nō erat
aq̄ ſꝫ lutū.Deſcēdit itaq; hieremias ī cenū
Audiuit autē abdemelech ethiops vir eu-
nuchus q̄ erat ī domo r̄gis :qꝛ miſiſſēt hie-
remiā ī lacū.Dꝛꝛorex ſedbat ī porta ben
iamin . Et egreſſus ē abdemelech de domo
regis:ꝙ locutꝰē ad regē dicēs.Dñe mi rex
male fecerūt viri iſti oīa q̄cunq; ꝓpetrarūt
ꝓtra hieremiā ꝓphām: mittētes eū in lacū
vt moꝛiatꝰ ibi fame. Nō ſunt em̄ panes vltꝰ
in ciuitatē.Precepit itaq; rex abdemelech
ethiopi dicēs.Tolle tecū hinc triginta vi-
ros:ꝙ leua hieremiā ꝓphām de lacu antq̄ꝫ
moꝛiatꝰ.Aſſūptis ḡ abdemelech ſecū viris
ingreſſus ē domū regis q̄ erat ſub cellario:
ꝙ tulit ide veteres pānos ꝙ antiq̄ veſtimēta
que ꝓputruerāt:ꝙ ſubmiſit ea ad hieremiā
in lacum p funiculos.Dixitq; abdemelech
ethiops ad hieremiā ꝓphāꝫ.Pone veteres
pānos ꝙ hec ſciſſa ꝙ putrida ſub cubitu ma
nuū tuaꝝ:et ſuper funes.Fecit ḡ hieremi
as ſic. Et extraxerunt hieremiam funib:
et eduxerunt de lacu .Manſit autem hie-
remias in veſtibulo carceris.Et miſit rex

sedechias: ⁊ tulit ad se hieremiã ꝓphãm ad ostiũ tertiũ ī domo dñi: ⁊ dixit rex ad hieremiã. Interrogo ego te ſmonẽ: ne abscõdas a me aliqd. Dixit aũt hieremias ad sedechiã. Si ānũciauero tibi: nũqd nõ īterficies me: Etsi ꝑsiliũ dedero tibi: nõ me audies. Jurauit ḡ rex sedechias hieremie clã dicẽs. Viuit dñs q̃ fecit nob aiaz hãc si occidero te: etsi tradidero ī manꝰ istoꝝ virozꝝ q̃ qrũt aiam tuã. Et dixit hieremias ad sedechiã. Hec dicit dñs exercituũ deꝰ isrl. Si ꝓfectꝰ exieris ad ꝓncipes regis babilonis viuet aia tua: et ciuitas hec nõ succẽdetur igni: ⁊ saluus eris tu ⁊ domꝰ tua. Si aũt ñ exieris ad ꝓncipes regis babilonis ꝯdet ciuitas hec ī manꝰ chaldeoꝝ ⁊ succendẽt eaz igni: ⁊ tu ñ effugies de manu eoꝝ. Et dixit rex sedechias ad hieremiã. Solicitꝰ sũ ꝓpt iudeos q̃ trãsfugerũt ad chaldeos: ne forte ꝯdar in manꝰ eoꝝ ⁊ illudãt mihi. Rñdit aũt hieremias. Nõ te ꝯdent. Audi q̃so vocẽ dñi quã ego loq̃r ad te: ⁊ bene erit tibi ⁊ viuet aia tua. Qd si nolueris egredi: iste ē ſmo quẽ ostẽdit mihi dñs. Ecce oẽs mulieres q̃ remãserũt ī domo regis iuda educenꝰ ad ꝓncipes regis babilonis: et ipe dicẽt. Seduxerũt te ⁊ ꝓualuerũt aduersũ te viri pacifici tui: dimerserũt te ī ceno et ī lubricũ pedes tuos: ⁊ recesserunt a te. Et oẽs vxores tue ⁊ filij tui educenꝰ ad chaldeos et nõ effugies manꝰ eoꝝ: sz in manu regis babilonis ꝯderis: ⁊ ciuitatẽ hãc ꝟburet igni. Dixit ḡ sedechias ad hieremiã. Nullꝰ sciat verba hec: ⁊ nõ morieris. Si aũt audierĩt ꝓncipes q̃ locutꝰ sũ tecũ. ⁊ venerĩt ad te et dixerĩt tibi indica nob qd locutꝰ sis cũ rege ne celes nos ⁊ nõ te interficiemꝰ. ⁊ qd locutus ē tecũ rex: dices ad eos. Prostraui ego pces meas corã rege: ⁊ me reduci iuberet ī domũ ionathan ⁊ ibi morerer. Venerũt ḡ oẽs ꝓncipes ad hieremiã: ⁊ interrogauerꝰ eũ. Et locutus ē eis iuxta oĩa ꝟba q̃ ꝓceperat ei rex. Et accesserũt ab eo. Nihil eī fuerat auditũ. Mãsit vero hieremias ī vestibulo carceris: vsq ad diẽ q̃ capta ē hierlm Et factũ est vt capereꝰ hierusalem.

Anno nono Ca. .xxxix. sedechie regis iuda mẽse decio veĩt nabuchodonosor rex babilonis et oĩs exercitꝰ eiꝰ ad hierlm: ⁊ obsidebãt eaz. Undecimo aũt ãno sedechie mẽse q̃rto q̃nta menſ apta ē ciuitas: ⁊ ingressi sunt oẽs ꝓncipes rḡis babilõis ⁊ sedẽrt in porta media neregel sereser semegar nabusasarthiz rabsares neregel sereser rebmag ⁊ oẽs reliqui principes regis babilonis. Cumq̃ vidisset eos sedechias rex iuda ⁊ oẽs viri bellatores fugerũt: ⁊ egressi sũt nocte de ciuitate ꝑ viã orti rḡis ⁊ ꝑ portã q̃ erat inꝰ duos muros: ⁊ egressi sũt ad viã deserti. Persecutus ē aũt eos exercitꝰ chaldeoꝝ. ⁊ ꝓpbenderũt sedechiã ī cãpo solitudis hierichontine: et captũ adduxerũt ad nabuchodonosor regẽ babilõis ī reblatha q̃ ē ī terra emath: et locutꝰ ē ad eũ iudicia. Et occidit rex babilonis filios sedechie in reblatha ī oculis eiꝰ: et oẽs nobiles iuda occidit rex babilonis. Oculos q̃q̃ sedechie eruit: ⁊ vinxit eum ꝓpedib vt ducereꝰ in babilonẽ. Domuz q̃q̃ rḡis et domũ vulgi succẽdẽrt chaldei igni: ⁊ murũ hierlm subuertẽrt. Et reliq̃as ꝓpli q̃ remãserãt in ciuitate ⁊ ꝓfugos q̃ trãsfugerãt ad eũ. et supfluos vulgi q̃ remãserãt transtulit nabuzardan magister militũ in babilonẽ: ⁊ de plebe paupez q̃ nihil penitꝰ habebãt dimisit nabuzardan magister militũ ī terra iuda: ⁊ dedit eis vineas ⁊ cisternas in die illa. Precepat autẽ nabuchodonosor rex babilonis de hieremia nabuzardan magistro militũ dicẽs. Tolle illum: et pone supꝑ eũ oculos tuos nihilq̃ ei mali facias: sz vt voluerit sic facies ei. Misit ḡ nabuzardan ꝓnceps milicie ⁊ nabu ⁊ sesban ⁊ rapsares et neregel et sereser et rebmag et oẽs optimates regis babilonis miserũt et tulerũt hieremiam de vestibulo carceris: ⁊ tradiderũt eũ godolie filio ayĥam filij saphan: vt intraret ī domũ ⁊ hĩtaret in ꝓplo. Ad hieremiã autẽ factꝰ fuerat ſmo dñi cũ clausus fuisset ī vestibulo carceris dicens. Vade et dic abdemelech ethiopi dicẽs. Hec dicit dñs exercituũ. deꝰ isrl. Ecce ego inducã ſmones meos supꝑ ciuitatẽ hãc in malũ ⁊ nõ ī bonũ: ⁊ erũt ī ꝓspectu tuo ī die illa: ⁊ liberabo te ī die illa ait dñs. Et ñ ꝯderis ī manꝰ virozꝝ q̃s tu formidas: sz eruẽs liberabo te ⁊ gladio ñ cades: sz erit tibi aia tua in salutẽ quia in me habuisti fiduciam ait dominus. Ca. .xl.

Sermo qui factus ē ad hieremiaz a domino: postq̃ dimissus ē a nabusardan magistro milicie de rama

qñ tulit eũ victũ cathenis in medio oim q̃
migbãt ꝺ birlim ꝛ iuda: ꝛ ducebãt ī babilo
nẽ. Tollẽs ǥ princeps milicie hieremiã di-
xit ad eũ. Dñs de⁹ tu⁹ locut⁹ ẽ malũ hoc su
per locũ istũ: ꝛ adduxit ꝛ fecit dñs sicut lo
cut⁹ est. qꝛ peccastis dño ꝛ non audistis vo
cẽ eius: ꝛ fact⁹ est vob̃ ꝼmo h̃. Nunc ǥ ecce
solui te hodie de cathenis q̃ sunt in manib
tuis. Si placet tibi vt venias mecũ ī babi-
lonẽ veni: ꝛ ponam oc'los meos sup̃ te. Si
aũ displicet tibi venire mecũ ī babilonẽ .re
side. Ecce ois t̃ra ī ꝓspectu tuo ẽ. Quꝺ elege
ris ꝛ q̃ placuerit tibi vt vadas: illuc pge: ꝛ
mecũ noli venire: ſz hĩta apꝺ godoliã filiũ
ayĉhã filij saphan quẽ p̃posuit rex babilo-
nis ciuitatibꝫ iude. Habita ǥ cũ eo ī medio
ꝑpli. vl' quocũq; placuerit tibi ut vadas va-
de. Dedit q̃ ei magister milicie cibaria et
munuscula: et dimisit eũ. Uenit aũt hiere-
mias ad godoliã filiũ ayĉhaz ī masphat: ꝛ
hĩtauit cũ eo ī medio ꝑpli q̃ relict⁹ fuerat in
terra. Cũq; audissẽt oẽs p̃ncipes exercit⁹ q̃
dispsi fuerãt p̃ regiões ipi ꝛ socij eoꝝ. qꝝ p̃-
fecisset rex babilõis godoliã filiuz ayĉhaz
tꝛre: ꝛ qꝝ ꝓmẽdasset ei vꝛos ꝛ mlieres ꝛ pꝛ-
uulos ꝛ de paupib terre q̃ ñ fuerãt ꝛnsiati
ī babilonẽ: venert ad godoliã ī masphat et
ysmahel fili⁹ nathanie ꝛ iohanã fili⁹ caree
ꝛ ionathan ꝛ sareas fili⁹ thenoemech ꝛ filij
offi q̃ erãt de nethophati et iheconias fili⁹
maachati ipi ꝛ viri eoꝝ. Et iurauit eis go-
dolias fili⁹ ayĉhaz filij saphan et comitib
eoꝝ dicẽs. Nolite timẽ ꝼuire chaldeis. Ha-
bitate ī tꝛra ꝛ ꝼuite rgi babilõis: ꝛ bñ erit
vob̃. Ecce ego hĩto ī masphat: vt rñdeã p̃-
cepto chaldeoꝝ q̃ mittunt̃ ad nos. Uos aũ
colligite vĩdemiã ꝛ messẽ ꝛ oleũ ꝛ ꝓmedite
inv aꝑ vr̃is: ꝛ manete ī vꝛbib vr̃is q̃s tene-
tis. Sꝫ et oẽs iudei q̃ erãt ī moab ꝛ ī finib
ãmõ ꝛ ī ydumea ꝛ ī vniuerꝑ rgiõibꝫ: audi-
to q̃ dedisset rex babilõis rliq̃as ī iudea et
q̃ p̃posuisset sup̃ eos godoliã filiũ ayĉhaz
filij saphã: ruẽsi sũt inq̃ oẽs iudei ꝺ vniuer
sis locis ad q̃ pfugerãt: ꝛ venerũt ad tꝛrã
iuda ad godoliã ī masphat: et collegert vi-
nũ ꝛ messẽ multã nimis. Johanã aũt fili⁹
caree ꝛ oẽs p̃ncipes exercit⁹ q̃ dispse fuerãt
ī regiõibꝫ venert ad godoliã ī masphat: et
dixert ei. Scito q̃ baal' rex filiorũ ãmon
misit ysmahel filiũ nathanie pcutẽ aĩaz tu
am. Et ñ credidit eis godolias fili⁹ ayĉhaz

Johanan aũ fili⁹ caree dixit ad godoliã se-
orsũ ī masphat loquẽs. Ubo ꝛ pcutiã ysma
hel filiũ nathanie nullo sciẽte: et ītrficiat
aĩaz tuã. et dissipent̃ oẽs iudei q̃ ꝯgregati
sũt ad te: ꝛ pibũt reliq̃e iuda. Et ait godo-
lias fili⁹ ayĉhan ad iohanam filiuz caree.
Noli facere ꝺbum hoc. Falsũ em̃ tu loque
ris de ysmahel. Ca. .XLI.

Et factũ ẽ ī mẽse septimo venit ys-
mahel fili⁹ nathanie filij elisama ꝺ
semie rgali ꝛ optimates rgis ꝛ de-
cẽ viri cũ eo ad godoliam filium ayĉhã in
masphat: ꝛ ꝓmedert ibi panes simul ī mas
phat. Surrexit aũt ysmahel fili⁹ nathanie
ꝛ decẽ viri q̃ cũ eo erãt ꝛ pcusserũt godoliaz
filiũ ayĉhã filij saphan gladio: ꝛ ītrfecert
eũ quez pfecerat rex babilõis tꝛre. Oẽs q̃z
iudeos q̃ erãt cũ godolia ī masphat: ꝛ chal
deos q̃ repti sũt ibi ꝛ vꝛos bellatores pcus
sit ysmahel. Secũdo aũt die postq̃ occide-
rat godoliaz nullo adhuc sciẽte venert viri
de sychem ꝛ de sylo ꝛ de samaria octoginta
viri rasi barba ꝛ scissis vestib ꝛ squalẽtes:
ꝛ munera ꝛ thus habebãt ī manu: vt offer
rẽt ī domo dñi. Egress⁹ ǥ ysmahel fili⁹ na-
thanie ī occursũ eoꝝ ꝺ masphat: ĩcedens ꝛ
plorãs ibat. Cũ aũ occurrissẽt eis: dixit ad
eos. Uenite ad godoliã filiũ ayĉham. Qui
cũ veissẽt ad mediũ ciuitatis: ītrfecit eos
ysmahel fili⁹ nathanie circa mediũ laci ipe
ꝛ viri q̃ erãt cũ eo. Decẽ aũ viri r̃pti sũt int̃
eos. q̃ dixert ad ysmahel. Noli occidẽ nos:
qꝝ habem⁹ thesauꝛos ī agꝛo frumti et hor-
dei ꝛ olei ꝛ mell'. Et cessauit: et nõ ītrfecit
eos cum frib suis. Lac⁹ aũt ī quẽ ꝓiecerat
ysmahel oĩa cadauera vꝛoꝝ q̃s pcussit ꝓt̃
godoliã: ipe ẽ quẽ fecit rex asa ꝓt̃ baasa re
gẽ isrl'. Ipm̃ rpleuit ysmahel fili⁹ nathanie
occisis. Et captiuas duxit ysmahel oẽs re-
liq̃as ꝑpli q̃ erãt in masphat filias regis et
vniuersũ ꝑplm̃ q̃ remanserãt ī masphat: q̃s
ꝓmdauẽat nabuzardã p̃nceps milicie fili⁹
godolie filio ayĉhã. Et cepit eos ysmahel
fili⁹ nathanie: ꝛ abijt vt transiret ad filios
ãmõ. Audiuit aũ iohanã fili⁹ caree. et oẽs
pꝛncipes bellatoꝝ q̃ erãt cũ eo oẽ maluz qꝺ
fecerat ysmahel filius nathanie: assũptis
vniuerꝑ viris pfecti sũt vt bellarẽt aduer-
sũ ysmahelẽ filiũ nathanie: et iuenerũt eũ
ad aq̃s mltas q̃ sũt ī gabaon. Cũq; vidissẽt
omnis ꝑplus qui erat cũ ysmahel iohanan

filiū caree ⁊ vniuersos p̄ncipes bellatoꝝ q̄ erāt cū eo letati sūt. Et reuers⁹ ē oīs ꝑplus quē cepat ÿsmahel in maspha: reuersusq; abijt ad iohanan filiū caree. Ysmahel aūt fili⁹ nathanie fugit cū octo viris a facie iohanan: ⁊ abijt ad filios āmon. Tulit g̃ iohanan fili⁹ caree ⁊ oēs p̄ncipes bellatoꝝ q̄ erāt cū eo vniuersas rēliq̄as vulgi quas reduxerant ab ÿsmahel filio nathanie ꝺ maspha: postq̄ ꝑcussit godoliaz filiū aÿcham fortes viros ad ꝑliū ⁊ mlieres ⁊ pueros et eunuchos q̄s reduxerat de gabaon: ⁊ abierūt et sederūt pegrinātes ī chanaan q̄ ē iuxta bethleē vt pergerēt ⁊ introierēt egiptū a facie chaldeoꝝ. Timebāt eī eos: q⁹ ꝑcusserat ÿsmahel fili⁹ nathanie godoliā filium aÿcham quē prepositerat rex babilonis in terra iuda. ¶ Ca. .XLII.

ET accesserūt oēs p̄ncipes bellatoꝝ ⁊ iohanan fili⁹ caree ⁊ iezonias filiꝰ ozie ⁊ rēliquū vulg⁹ a ꝓuo vsq; ad maznū: dixerūtq; ad hieremiā ꝓphām. Cadat oratō nr̄a ī ꝓspectu tuo et ora ꝓ nobis ad dn̄m deū tuū ꝓ vniuers rēliquijs istis: q⁹ derelicti sum⁹ pauci de pluribꝰ sicut oculi tui nos intuent̄: ⁊ ānūciet nob dn̄s deus tu⁹ viā ꝓ quā pgam⁹: et ꝰbn̄ qꝺ faciamus. Dixit aūt ad eos hieremias ꝓpha. Audiui. Ecce ego oro ad dn̄m deū vr̄m scꝺm verba vr̄a: oē ꝰbū qꝺcūq; respōderit mihi indicabo vob nec celabo vos quicq̄. Et illi dixerūt ad hieremiā. Sit dn̄s inter nos testis veritatis ⁊ fideī: si non iuxta oē verbū in q̄ miserit te dn̄s deus tu⁹ ad nos sic faciem⁹ siue bonū ē siue malū. Vloci dn̄i dei nr̄i ad quē mittim⁹ te obediem⁹: vt bn̄ sit nob cū audierim⁹ vocē dn̄i dei nr̄i. Cū autē ꝓpleti essēt decē dies: factū ē verbū dn̄i ad hieremiā. Vocauitq; iohanan filiū caree et oēs p̄ncipes bellatoꝝ q̄ erant cū eo ⁊ vniuersū ꝑplm a minimo vsq; ad magnuz: ⁊ dixit ad eos. Hec dicit dn̄s deus isrl̃ ad quē misistis me: vt ꝑsternerē ꝑces vr̄as in ꝓspectu ei⁹. Si q̄escētes mānseritis in terra hac edificabo vos ⁊ nō destruā: plātabo et nō euellā. Jam eī placat⁹ sū sup malo qꝺ feci vobis. Nolite timere a facie regis babilonis: quē vos pauidi formidatis. Nolite metuere eū dicit dn̄s: q⁹ vobiscuz sū ego vt saluos vos faciā ⁊ eruā de manu ei⁹: ⁊ dabo vob miserīcordias. ⁊ miserebor vr̄i. ⁊ hītare vos faciā ī terra vr̄a. Si aūt dixeritis vos nō habitabim⁹ ī terra ista nec audiemus vocem dn̄i dei nr̄i dicētes nequaq̄: sz ad terrā egipti ꝑgem⁹ vbi nō videbim⁹ bellū. ⁊ clāgorez tube nō audiem⁹. et famē nō sustinebim⁹. ⁊ ibi hītabim⁹: ꝑ hoc nūc audite ꝰbū dn̄i reliq̄e iuda. Hec dicit dn̄s de⁹ exercituū. de⁹ isrl̃. Si posueritis faciē vr̄az vt īgrediamī egiptū ⁊ intueritis vt ibi hītetis: gladius quē vos formidatis ibi ꝓphendet vos ī terra egipti: ⁊ fames ꝑ q̄ estis soliciti adherebit vob ī egipto ⁊ ibi moriemī. Oēsq; viri q̄ posuerūt faciē suā vt īgrediant egiptuz vt hītent ibi: morient gladio ⁊ fame ⁊ peste. Null⁹ de eis remanēbit: nec effugiet a facie mali qꝺ ego afferā sup eos: q⁹ hec dicit dn̄s exercituū. de⁹ isrl̃. Sicut ꝓflat⁹ ē furor meus ⁊ indignatō mea sup hītatores hierl̃m: sic ꝓflabit̄ īdignatō mea sup vos cū īgressi fueritis egiptū: ⁊ eritis ī iusiurādū ⁊ ī stupore ⁊ ī maledictū ⁊ ī obprobriū: ⁊ nequaq̄ vlt̄ videbitis locū istū. Verbū dn̄i super vos reliq̄e iuda. Nolite ītrare egiptū. Scientes scietis q⁹ obtestat⁹ sū vob hodie: q̄a ꝺcepistis aīas vr̄as. Vos eī misistis me ad dn̄m deū nr̄m dicētes. Ora ꝓ nob ad dn̄m deū nr̄m: et iuxta oīa q̄cūq; dixerit tibi de⁹ nr̄ sic ānūcia nob et faciem⁹. Et ānūciaui vob hodie: ⁊ ñ audistis vocē dn̄i dei vr̄i super vniuers ꝓ q̄bꝰ misit me ad vos. Nūc g̃ sciētes scietis: q⁹ gladio ⁊ fame ⁊ peste moriemī ī loco ad quē voluistis intrare vt habitaretis ibi. ¶ Ca. .XLIII.

FActū ē aūt cū cōplesset hieremias loquēs ad ꝑplm vniuersos ſmones dn̄i dei eoꝝ ꝓ q̄bꝰ miserat euz dn̄s de⁹ eoꝝ ad illos oīa ꝰba hec: dixit azarias fili⁹ ozie ⁊ iohanan fili⁹ caree ⁊ oēs viri superbi dicētes ad hieremiā. Mēdaciū tu loq̄ris. Nō misit te dn̄s de⁹ nr̄ dicēs ne ingrediamī egiptū vt hītetis illic: sz baruch filius nerie īcitat te aduersū nos vt ꝺat nos in man⁹ chaldeoꝝ ⁊ īterficiat nos ⁊ ꝺucī faciat ī babilonē. Et ñ audiuit iohanan fili⁹ caree. ⁊ oēs p̄ncipes bellatoꝝ et vniuersus ꝑplus vocez dn̄i vt manerēt ī terra iuda: sz tollēs iohanan fili⁹ caree et vniuersi p̄rīcipes bellatoꝝ vniuersos rēliq̄as iuda q̄ fuerāt ꝺ cūctis gētibꝰ ad q̄s fuerāt aū dispersi vt hītarēt ī terra iuda. viros ⁊ mulieres ⁊ ꝑuulos ⁊ filias regis ⁊ oēz aīam quā

relīq̄rat nabuzardā ꝓnceps milicie cū go-
dolia filio ayčhaz filio saphan et hieremiā
ꝓphāz ⁊ baruch filiū nerie: et īgressī sūt in
tērrā egipti. qz ñ obedierūt voci dñi: ⁊ vene
rūt vsq; ad tafnis. Et factꝰ est ſmo dñi ad
hieremiā ī tafnis dicens. Sume tibi lapi-
des grādes ī manu tua ⁊ abscōdes eos ī cri
pta q̄ ē sub muro latericio ī porta domus
pharaōis ī tafnis cernentibꝫ viris iudeis:
⁊ dices ad eos. Hec dicit dñs exercituū. deꝰ
isrl. Ecce ego mittā ⁊ assumā nabuchodo-
nosor regē babilōis ſuū meū ⁊ ponā thro-
nuz eiꝰ sup lapides istos qs abscōdi: et sta-
tuet soliū suū sup eos. Eleniēsq; ꝓcuciet ter
rā egipti qs ī morte ī mortē: ⁊ qs ī captiui
tatē ī captiuitatē: ⁊ qs ī gladio in gladiū.
Et succēdet ignē in delubris deoꝝ egipti et
ꝑburet ea: ⁊ captiuos ꝺducet illos. Et ami
ciet terra egipti sicut amicit pastor pallio
suo: ⁊ egredietur inde ī pace. Et ꝑteret statuas
domꝰ solis q̄ sūt ī tra egipti: ⁊ delubra deo-
rū egipti ꝑburet igni. Ca. .XLIIII.

Erbū qꝺ factū ē ad hieremiā: ⁊ ad
oēs uideos q̄ hītabant ī tra egipti
hītātes ī magdalo ⁊ ī tafnis ⁊ ī mē
phis et ī tra phatures dicēs. Hec dicit dñs
exercituuz. deꝰ isrl. Vos vidistis oē malum
istud qꝺ adduxi sup hirlm ⁊ sup oēs vrbes
iuda: ⁊ ecce deserte sūt hodie ⁊ ñ ē ī eis hīta-
tor ꝓpter malicīā quā fecerūt vt me ad iracū-
diā ꝓuocarēt: ⁊ irēt ⁊ sacrificarent ⁊ cole-
rēt deos alienos qs nesciebāt ⁊ illi ⁊ vos et
patres vri. Et misi ad vos oēs ſuos meos
ꝓphas ꝺ nocte ꝓsurgēs. mittēsq; ⁊ dicēs. No
lite facere ꝺbū abomīatōis huiuscemodi. Et
nō audierūt: nec īclinauerūt aurē suā vt ñ
ꝓuertterent a malis suis: ⁊ ñ sacrificarēt dijs
alienis. Et cōflata ē īdignatō mea ⁊ furor
meꝰ: ⁊ succēsa ē ī ciuitatibꝫ iuda ⁊ ī plateis
hirlm: ⁊ verse sūt ī solitudinē ⁊ vastitatem
secūdū diē hāc. Et nūc hec dicit dñs exerci
tuū. deꝰ isrl. Quare vos facitis malū grā-
de ꝑ aīas vras vt ītereat ex vob vir ⁊ mu
lier puul ⁊ lactēs de medio iude nec relin-
q̄tur vob q̄cq̄ rsiduū: ꝓuocātes me ī opib
manuū vraꝝ sacrificādo dijs alieis ī tra
egipti ī quā īgressī estis vt hītetis ibi. ⁊ di-
spereatis ⁊ sitis ī maledictōz ⁊ ī obprobriū
cūctis gētibꝫ terre: Nūqꝺ obliti estis mala
patꝝ vroꝝ ⁊ mala regū iuda ⁊ mala vroꝝ
eiꝰ ⁊ mala vra ⁊ mala vroꝝ vraꝝ q̄ fecerūt
ī tra iuda ⁊ ī regiōibꝫ hirlm: Nō sūt mū
dati vsq; ad diē hāc: ⁊ ñ timuerūt ⁊ nō ābu-
lauerūt ī lege dñi ⁊ ī ꝓceptis meis: q̄ ꝺedi co
rā vob ⁊ corā ꝑib vris. Ideo hec dicit dñs
exercituū: deꝰ isrl. Ecce ego ponā faciē me
am ī vob ī malū: ⁊ dispdā oēz iudā. Et as-
sumā rliq̄as iude q̄ posuerūt facies suas vt
ingrederent ī tra egipti et hītarēt ibi: et
ꝑsument oēs ī tra egipti: et cadēt ī gladio
⁊ ī fame. Cōsument a mīmo vsq; ad maxi-
mū: ī gladio ⁊ ī fame morient: ⁊ erūt ī ius-
iurādū ⁊ ī miraculū ⁊ ī maledictōez ⁊ ī ob-
probriū. Et visitabo hītatores tre egipti si
cut visitaui sup hirlm ī gladio ⁊ ī fame et ī
peste: et ñ erit q̄ effugiat ⁊ sit rsidu deꝰ reli-
quijs iudeoꝝ q̄ vadūt vt pegrinent ī tra
egipti ⁊ reuertant ī tra iuda: ad quā ipi ele
uāt aīas suas vt reuertant ⁊ hītent ibi. Nō
reuertent nisi q̄ fugerit. Rēderūt aūt hiere
mie oēs viri sciētes qꝺ sacrificarent vxores
eoꝝ dijs alieis ⁊ vniuerse mlieres quaꝝ sta
bat mltitudo grādis: et oīs plus hītantiū
ī tra egipti ī phatures dicētes. Sermonez
quē locutꝰ es ad nos ī noīe dñi ñ audiemꝰ
ex te: sz faciētes faciemꝰ oē ꝺbū qꝺ egredi-
tur de ore nro: vt sacrificemꝰ regine celi. et
libemꝰ ei libamina. sicut fecimꝰ nos ⁊ pres
nri rges nri ⁊ pncipes nri. ī vrbib iuda ⁊ ī
platēis hirlm: ⁊ saturati sumꝰ panib. ⁊ bñ
nob erat. malūqz nō vidimꝰ. Ex eo aūt tpe
q̄ cessauimꝰ sacrificare regine celi ⁊ libare
ei libamīa īdigemꝰ oīb: ⁊ gladio ⁊ fame cō
sūpti sumꝰ. Qꝺ si ñ sacrificamꝰ rgine celi:
⁊ libamꝰ ei libamīa. Nunqꝺ sine viris nris
fecimꝰ ei placētas ad colendā eā: ⁊ liba ad
libādū: Et dixit hieremias ad omnē plm
aduersū viros ⁊ aduersū mlieres ⁊ aduersū
vniuersā plebē q̄ rndērāt ei ꝺbū dicēs. Nū-
qꝺ ñ sacrificiū qꝺ sacrificastis ī ciuitatibꝫ
iuda ⁊ ī plateis hirlm vos ⁊ pres vri rges
vri ⁊ pncipes vri ⁊ plus tre: hoꝝ rcordatꝰ
ē dñs ⁊ ascēdit sup cor eiꝰ: Et non poterat
dñs vlt portare ꝓpter malicīā studioꝝ vroꝝ
⁊ ꝓpter abomīatōes qs fecistis: et facta ē tra
vra ī desolatōez ⁊ ī stupore ⁊ ī maledictum
eo q̄ non sit hītator: sicut ē dies hec. Pro-
ptrea qꝺ sacrificaueritis ydol ⁊ peccaueri
tis dño: ⁊ nō audieritis vocē dñi ⁊ in lege
⁊ in ꝓceptis ⁊ in testimonijs eius non am-
bulaueritis: idcirco euenerūt vob mala hec
sicut ē dies hec. Dixit aūt hieremias ad oēz

ꝑphm:ꝙ ad vniuersas mlieres. Audite ⁊bũ
dñi oĩs iuda q̃ estis ĩ tꝛra egipti. Dec in-
qt dñs exercituũ. dꝛ ĩsrl dicẽs. Clos ꝙ vꝛo
res vr̃e locuti estis oꝛe vr̃o :ꝙ manib⁊ vr̃is
ꝑplestis dicẽtes. Faciam⁹ vota nr̃a q̃ vouim⁹:ꝙ sacrificem⁹ regine celi ꝙ libem⁹ ei li-
bamĩa. Implestis opa vr̃a:et opꝛ ꝓpetra-
stis ea. Jdeo audite ⁊bũ dñi oĩs iuda q̃ hĩ
tatis ĩ tꝛra egipti. Ecce ego iuraui ĩ noĩe
meo magno ait dñs :qꝛ nequaq̃ vlr̃ voca-
bit nomẽ meũ ex oꝛe oĩs viri iudei dicẽtis:
viuit dñs ⁊eus in oĩ tꝛra egipti. Ecce ego
vigilabo sup eos ĩ malũ ꝙ nõ ĩ bonũ :ꝙ ꝓsu
menr̃ oẽs viri iuda q̃ sũt ĩ tꝛra egipti gla
dio ꝙ fame donec penit⁹ ꝓsumanr̃. Et q̃ fu-
gerit gladiũ reuertẽr̃ de tꝛra egipti ĩ tꝛ
rã iuda viri pauci :ꝙ sciẽt oẽs rliq̃e iuda ĩ-
grediẽtiũ tꝛrã egipti vt hĩtent ibi. cui⁹ ser
mo ꝓpleat:me⁹. an illoꝛ. Et hoc vobis si-
gnũ ait dñs qꝛ visitꝛem ego sup vos in loco
isto: vt sciatis qꝛ vere ꝓplebũr̃ ⁊mões mei
ꝓr̃ vos ĩ malũ. Dec dicit dñs Ecce ego tra-
dã pharaonẽ efree regẽ egipti ĩ manu ini-
micoꝛ ei⁹ ꝙ in manu q̃rentiũ aĩam illi⁹:si-
cut r̃didi sedechiã regẽ iuda ĩ manu nabu-
chodonosor regis babilonis inimici sui et
queretis aĩam eius. Ca. .XLV.

Erbũ qd̃ locut⁹ ẽ hieremias ꝑphã
ad baruch filiũ nerie cũ scripsisset
⁊ba hec ĩ libꝛo ex oꝛe hieremie:ãno
q̃rto ioachĩ filij iosie regis iuda dicẽs. Dec
dicit dñs de⁹ ĩsrl ad te baruch. Dixisti. Ve
misero mihi:qm̃ addidit dñs dolorẽ dolori
meo. Laboraui cũ gemitu meo:ꝙ requiẽ ñ
ĩueni. Dec dicit dñs. Sic dices ad eũ. Ecce
qs edificaui ego destruo:ꝙ qs plãtaui ego
euello:ꝙ vniuersã tꝛrã hãc. Et tu q̃ris ti-
bi grãdia:Noli q̃rere. qꝛ ecce ego adducam
malũ sup omnẽ carnẽ ait dñs :ꝙ dabo tibi
aĩam tuaz in salutẽ in oĩbus locis ad que-
cunq; perrexeris. Ca. .XLVI.

Clod factũ ẽ ⁊bũ dñi ad hieremiã
ꝓphãm ꝓtra gentes. ad egiptũ ad-
uersũ exercituz pharaõis nechao
regis egipti: q̃ erat iuxta fluuiũ eufratẽ in
charchamis quẽ ꝑcussit nabuchodonosor
rex babilonis ĩ q̃rto ãno ioachim filij iosie
regis iuda. Preparate scutũ ꝙ clipeũ:ꝙ p-
cedite ad bellũ. Jũgite eqs ꝙ ascẽdite equi-
tes: state ĩ galeis polite lãceas :ĩduite vos
loricis. Quid igitur? Vidi ipos pauidos et
tꝛga vertẽtes: fortes eoꝛ cesos. Fugerũt
cõciti: nec respexerunt. Terꝛor vndiq; ait
dñs. Nõ fugiet velox: nec saluari se putet
fortis. Ad aq̃lonẽ iuxta flumẽ eufratẽn vi
cti sũt:ꝙ ruerr̃. Quis ẽ iste q̃ q̃si flumẽ ascẽ
dit:et veluti fluuioꝛ intumescũt gurgites
ei⁹? Egiptus flumis ĩstar ascẽdit: et velut
flumĩa mouebũr̃ fluct⁹ ei⁹:ꝙ dicet. Ascẽdi
te operiã tꝛrã:ꝑdaz ciuitatẽ ꝙ hĩtatores
ei⁹. Ascẽdite eqs ꝙ exultate ĩ curribꝫ:et ꝑ-
cedãt fortes. Ethiopie et libiee tenẽtes scu
tum:ꝙ lidij arripiẽtes et iaciẽtes sagittas.
Dies aũ ille dñi dei exercituũ dies vlcõis:
vt sumat vĩbictã de inimicis suis. Deuora-
bit gladi⁹ ꝙ saturabir̃:et iebriabir̃ sãguine
eoꝛ. Victima ei dñi exercituũ ĩ tꝛra aq̃lo
nis: iuxta flumẽ eufratẽn. Ascẽde ĩ galaad
ꝙ tolle resinã ⁊go filia egipti. Frustra mul
tiplicas medicamĩa :sanitas non erit tibi.
Audierũt gẽtes ignominiã tuã :ꝙ vlulat⁹
tu⁹ repleuit tꝛrã. Quia fortis impegit in-
fortẽ:ꝙ ãbo parir̃ cõciderũt. Verbũ qd̃ lo-
cut⁹ ẽ dñs ad hieremiã ꝓphãm sup eo qꝛ vẽ
tur⁹ esset nabuchodonosor rex babilonis ꝙ
ꝑcussurus tꝛrã egipti. Annũciate egipto:
ꝙ auditũ facite ĩ magdalo ꝙ resonet in mẽ-
phis:ꝙ in tafnis dicite. Sta ꝙ ꝑpara te:qꝛ
devorabit gladi⁹ ea q̃ ꝑ circuitũ tuum sũt:
Quare ꝓputruit fortis tu⁹? Nõ stetit:qm̃
dñs subuertit eũ Mltiplicauit ruẽtes:ceci
ditq; vir ad ꝓximũ suũ. Et dicẽt. Surgite
ꝙ ruertamur ad ꝑplm nr̃m ꝙ ad tꝛrã nati
uitatis nr̃e a facie gladij columbe. Vocate
nomẽ pharaõis rgis egipti: tumultũ addu
xit tps. Vivo ego inqt rex. dñs exercituuz
nomẽ ei⁹:qm̃ sicut thabor ĩ mõtib⁊ ꝙ sicut
carmel⁹ ĩ mari veiet. Vasa tnsmigtionis fac
tibi hĩtatrix filia egipti: mẽphis ĩ solitudi
ne erit:ꝙ ⁊sered ꝙ ihĩtabil⁹ erit. Vitula ele-
gãs atq; formosa egipt⁹: stimulator ab aq̃
lone veiet ei. Mercẽnarij q̃z ei⁹ q̃ ⁊sabanr̃ ĩ
medio ei⁹ q̃si vituli saginati. versi sũt ꝙ fu-
gerr̃ simul. nec stare potuerr̃: qꝛ dies ĩter-
fectionis eoꝛ veit sup eos: tps visitationis eoꝛ
Vox ei⁹ q̃si eris sonabit:qm̃ cũ exercitu ꝑ-
perabũt ꝙ cũ securib⁊ venient ei. Quasi ced̃
tes ligna succidert saltũ ei⁹ ait dñs:q̃ sup-
putari nõ ꝑt. Mltiplicati sũt sup locustas
ꝙ nõ ẽ eis numer⁹. Cõfusa ẽ filia egipti. et
tradita ĩ manus ꝑpli aq̃lonis dicit dñs ex-
ercituuz ⁊eus ĩsrl. Ecce ego visitabo super

tumultū allexādrie ⁊ sup pharaonē et sup egiptū ⁊ sup deos eiꝰ ⁊ sup reges eiꝰ. et sup oēs q̄ cōfidūt in eo: ⁊ dabo eos in manꝰ q̄rētiū aīaz eoꝝ: ⁊ in manꝰ nabuchodonosoꝛ regis babilōis ⁊ in manꝰ ꝓuoꝝ eiꝰ. Et post hec bi= tabit sicut diebꝫ pristinis ait dñs. Et tu ne timeas ꝓue meꝰ iacob: ne paueas israhel. Quia ecce ego saluū te faciā ꝺ lōginq̄: ⁊ se mē tuū de t̄ra captiuitatis tue· Et reuerte tur iacob ⁊ requescet ⁊ ꝑsperabit̄ : ⁊ nō erit q̄ exterreat eū. Et tu noli timere serue meꝰ iacob ait dñs q̄ tecū ego sū: q̄ ego cōsumā cūctas gētes ad q̄s eieci te. Te vero nō cō= sumā: sꝫ castigabo te in iuditō: nec q̄si īno= centi parcam tibi. ¶ Ca. .XLVII.

Quod factū est ꝺbū dñi ad hieremiā ꝓphām cōt palestinos : anteqū ꝓcu= teret pharao gazaz. Hec dicit dñs Ecce aque ascēdent ab aq̄lone ⁊ erūt q̄si tor= rens īundās: ⁊ operiēt terrā ⁊ plenitudinē eiꝰ: vrbē ⁊ hītatores eiꝰ. Clamabūt hoīes ⁊ vlulabūt oēs hītatores t̄re a strepitu pom pe armoꝝ ⁊ bellatoꝝ eiꝰ: a cōmotōne q̄drigaꝝ eiꝰ: ⁊ multitudīe rotaꝝ illiꝰ. Nō respe xerūt pēs filios manibꝫ dissolutis . p aduētu diei in q̄ vastabunt̄ oēs philistiim: et dissipabit̄ tyrꝰ sydon cū oīb reliq̄s auxi= liis suis . Depopulatꝰ ē eī dñs palestinos: reliq̄as īsule capadocie. Venit caluiciū su= per gazam: cticuit ascalon: ⁊ reliq̄e vallis eaꝝ . Usqueqū cōcides o mucro dñi: usqueqū nō q̄esces ? Ingredere in vaginā tuā: ⁊ ffri= gerare ⁊ sile. Quō q̄escet cū dñs p̄cepit ei. Aduersꝰ ascalonē ⁊ aduersū maritimas eiꝰ ſgiōes: ibiq̄ ꝓdixerit illi? ¶ Ca. XLVIII.

Ad moab. Hec dicit dñs exercituuꝫ deꝰ israꝫ. Ve sup nabo: qm̄ vastata ē ⁊ cōfusa. Capta ē cariathiazim: cōfu sa ē fortis ⁊ tremuit. Nō est vlt̄ exultatio in moab: cōtra esebon cogitauerūt malū . Ve nite ⁊ disperdam eā de gēte. Ergo sile's cō= ticesces: sequtuq̄ te gladi?. Vox clamoris de oronaim: vastitas ⁊ cōtritō magna. Con trita ē moab: ānūciate clamorē puul' eiꝰ. Per ascensū em̄ leuith plorās ascēdet in fle tū: qm̄ in descensu oronaim hostes vlulatuꝫ cōtritōis audierūt. Fugite: saluate aīas ve stras: ⁊ eritis q̄si mirice in deserto . Proeo eī q̄ habuisti fiduciā in munitōnibꝫ tuis ⁊ in thesauris tuis: tu q̄q̄ capieris. Et ibit cha= mos in trāsmigratōez: sacerdotes eiꝰ ⁊ p̄nci= pes eiꝰ simul. Et veniet cōtra ad omnē vrbē: ⁊ vrbs nulla saluabit̄. Et peribūt valles: ⁊ dissipabunt̄ cāpestria: qm̄ dixit dñs. Date florē moab: q̄ florēs egredient̄ : ⁊ ciuitates eiꝰ deserte erūt et inhītabiles . Maledictꝰ q̄ facit opus dñi fraudulent̄: et maledictꝰ q̄ prohibet gladiū suū a sanguine. Fertilis fuit moab ab adolescētia sua : ⁊ requeuit in fecib suis. Nec trāsfusus ē de vase in vas: ⁊ in trās migratōem nō abijt. Idcirco pmānsit gustꝰ eiꝰ in eo: ⁊ odoꝝ eiꝰ nō ē imutatꝰ. Propterea ecce dies veninut dicit dñs: et mittam eis ordiatores ⁊ stratores lagūculaꝝ ⁊ sternēt eū: ⁊ vasa eiꝰ exhauriēt ⁊ lagūculas eoꝝum collidēt. Et cōfundet̄ moab a chamos: sicut cōfusa ē domus israꝫ a bethel in q̄ hēbat fidu= ciā. Quō dicitis fortes sumꝰ: ⁊ viri robusti ad p̄liandū? Vastata ē moab: ⁊ ciuitates il lius succenderūt. ⁊ electi iuuenes eiꝰ descē= derūt in occisionē ait rex: dñs exercituū no mē eius. Prope ē interitꝰ moab vt veniat: ⁊ malū eiꝰ velociter accurret nimis . Cōso= lamini eū oēs qui estis in circuitu eiꝰ. ⁊ uni uersi q̄ scitis nomē eiꝰ dicite. Quō cōfracta ē vga fortis: baculus gloriosus? Descēde de gloria. ⁊ sede in siti hītatio filie dybon : qm̄ vastatoꝝ moab ascēdet ad te. dissipabit mu nitōes tuas. In via sta: ⁊ cōspice habitatio aroer. Interroga fugientē: ⁊ euꝫ q̄ euasit. Dic. Quid accidit? Cōfusus est moab: qm̄ victꝰ ē. Ululate et clamate. ānunciate in ar= non. qm̄ vastata ē moab: ⁊ iudicium venit ad terrā cāpestrē sup elon ⁊ sup iessa ⁊ sup mesphat ⁊ sup dibō ⁊ sup nabo ⁊ sup domū deblathaim ⁊ sup cariathiariz et sup beth= gamul ⁊ sup bethmaō ⁊ sup carioth ⁊ sup bosra ⁊ sup oēs ciuitates t̄re moab q̄ lon= ge ⁊ ꝑpe sūt. Absciss est cornu moab: ⁊ bra chiū eiꝰ cōtritum est ait dñs. Inebriate euꝫ quoniā cōtra dñm erectus ē. Et allidet ma= num moab in vomitu suo: ⁊ erit in derisuꝫ etiā ipse. Fuit em̄ in derisū tibi israꝫ: q̄si in= ter fures reperisses euꝫ . Propter verba ḡ tua q̄ aduersū illū locutus es captiuus du ceris . Relinq̄te ciuitates ⁊ hītate in petra hītatores moab : ⁊ estote q̄si colūba nidifi= cās in sūmo ore foramis . Audiuimꝰ sup= biā moab . superbꝰ ē valde. Sublimitatē eiꝰ ⁊ arrogātiā ⁊ supbiā ⁊ altitudinē cordis eiꝰ ego scio ait dñs. Jactātiā eiꝰ ⁊ arrogāti am ⁊ q̄ n̄ sit iusta ea virt eiꝰ: nec iusta qō

poterat conata sic facere . Ideo sup moab
eiulabo: et ad moab vniuersã clamabo et ad
viros muri fictil' lamẽtãtes. De plãctu ia-
zer plorabo tibi vinea sabama . Propagi-
nes tue trãsierũt mare : vsq; ad mare iazer
puenerũt. Sup messẽ tuã et vindemiã tuaz
pdo irruit . Ablata ẽ letícia et exultatõ de
carmelo et de terra moab: et vinũ de torcula
ribo sustuli. Nequaq; calcator vue solitũ ce
leuma cãtabit. De clamore esebon vsq; ele-
ale et iessa dederũt vocẽ suã: a segor vsq; ad
oronaim vitulã cõsternãtẽ aq; vero nẽrim
pessime erũt. Et auferã de moab ait dñs of-
ferentẽ i excelsis: et sacrificãtẽ dijs eius. Pro-
pterea cor meũ ad moab: qsi tibia eris rso
nabit: et cor meũ ad viros muri fictil' dabit
sonitũ tibiarũ. qz plus fecit q; potuit. idcirco
perierũt. Omne ei caput caluicium: et ois bar-
ba rasa erit. In cũctis manibo colligatõ: et
sup oẽ dorsũ cilicium . Et sup oia tecta mo-
ab et i plateis eius ois plãctus: qm̃ contriui mo-
ab sicut vas inutile ait dñs. Quo victa est et
ululauerũt: Quo dereiecit ceruicẽ moab et cfu
sus ẽ: Eritq; moab i derisũ: et i exẽplũ oibo
i circuitu suo. Hec dicit dñs. Ecce q̃si aq̃la
volabit: et extẽdet alas suas ad moab . Ca-
pta ẽ carioth: et munitões cõprehense sũt. Et
erit cor fortiũ moab: i die illa sicut cor mu
lieris pturientis. Et cessabit moab esse po-
pul': qm̃ cõtra dñm gl'iat'ẽ. Pauor et fouea et
laqueus sup te o hĩtator moab ait dñs. Qui
fugerit a facie pauoris cadet i foueã: et qui
cscẽderit de fouea capient laqo . Adducaz
ei sup moab ãnũ visitatõis eorũ dicit dñs.
In vmbra esebon stetерũt de laqo fugiẽtes.
qz ignis egress' ẽ d esebon et flãma d medio
seon: et deuorauit ptez moab et verticẽ filio-
rũ tumult'. Ve tibi moab. Periisti populе
chamos. qz cõprehensi sũt filij tui et filie tue i
captiuitatẽ. Et conuertã captiuitatẽ moab i
nouissimis diebo ait dñs . Hucusq; iudicia
moab. Capitulum .XLIX.

Ad filios ãmon. Hec dicit dñs. Nũ-
quid filij nõ sũt isr'l an heres nõ ẽ
ei : Cur g̃ hereditatẽ possedit mel-
chon gad. et popul' ei i vrbib ei hĩtauit:
Ideo ecce dies veniẽt in te dicit dñs: et au-
ditũ faciã sup rabbath filiorũ ãmon fremi
tũ pelij. Et erit in tumultũ dissipata: filieq;
ei igni succẽdentẽ: et possidebit isr'l possesso
res suos ait dñs. Ulula esebon: qm̃ vastata
ẽ hai. Clamate filie rabbath: accingite vos
cilicijs. Plãgite et circuite p sepes: qm̃ mel-
chon in trãsmigratiõem ducẽ: sacerdotes
ei et pncipes ei simul. Quid gl'iaris in val
libo: Defluxit vallis tua filia delicata: q cõ
fidebas in thesauris tuis. et dicebas. Quis
veniet ad me: Ecce ego inducã sup te terro
rẽ ait dñs de' exercituũ ab oĩbo q̃ sũt i cir-
cuitu tuo: et dispgemi singli a cspectu võ:
nec erit q̃ congreget fugiẽtes. Et post hec re
uerti faciã fugiẽtes et captiuos filiorũ am-
mon ait dñs. Ad ydumeaz. Hec dicit dñs
exercituũ. Nunq̃d nõ vlt ẽ sapiẽtia in the-
man: Periit csiliũ a filijs. Inutil' facta est
sapia eorũ. Fugite et terga vtite: discẽdite in
voraginẽ hĩtatores dedan: qm̃ pditõz esau
adduxi sup eũ: tps visitatõis eius . Si vin-
demiatores ei' venissent sup te et nõ rliq̃ssent
racemũ: si fures i nocte : rapuisset q; suffi-
ceret sibi. Ego vero discoopui esau: reuela-
ui abscõdita eius et celari nõ poterit. Vasta
tũ ẽ semẽ eius. et fres eius. et vicini eius: et ñ erit
Relique pupillos tuos. et ego faciam illos
viuere: et vidue tue i me sperabũt: qz hec di
cit dñs . Ecce quib nõ erat iudiciũ vt bibe
rẽt calicẽ bibẽtes bibẽt: et tu q̃si inocẽs re-
linq̃ris : Non eris inocẽs : sz bibens bibes.
Quia p memetipm iurauí dicit dñs : q in
solitudinẽ et in obprobriũ et in dectũ et i ma
ledictõez erit bosra: et oes ciuitates ei' erũt
in solitudines sẽpiternas. Auditũ audiui a
dño: et legat' ad gẽtes missus sũ. Cõgrega-
mi et venite cr̃ eã: et csurgam' i pliũ. Ecce
em̃ paruulũ dedi te i gẽtib : ptẽptibilẽ inter
hoĩes. Arrogantia tua decepit te et supbia
cordis tui q̃ hĩtas i cauernis petre: et app̃-
hẽdere niteris altitudinẽ collis. Cũ exalta
ueris q̃si aq̃la nidũ tuũ: inde dectã te dicit
dñs. Et erit ydumea deserta. Omis q̃ trnsibit
per eã stupebit : et sibilabit sup oes plagas
ei: sicut subuersa ẽ sodoma et gomorra et
vicine eius ait dñs. Nõ hĩtabit ibi vir: et ñ
icolet eã filius hois. Ecce q̃si leo ascendet de
supbia iordanis ad pulcritudinẽ robustã:
qz subito currere faciã eũ ad illaz. Et quis
erit electus quẽ pponã ei: Quis ẽ simil' mei.
Et quis sustinebit me: Et qs ẽ iste pastor q̃
resistat vultui meo: Propterea audite cõ-
silium dñi quod inijt de edom: et cogitatõ-
nes ei quas cogitauit de habitatoribo the-
man. Si non deiecerint eos puuli gregis:

ET fact⁹ est ṡmo dñi ad me dicens. Quid ē q⁹ inter vos pabolā vtitis in puerbiū istud in tra isrl dicentes: Patres comederūt vuaz acerbā: et dentes filioꝝ obstupescūt? Viuo ego dicit dñs de⁹: si erit vlt̄ vob pabola hec in puerbiū in isrl. ecce oēs aie mee sūt. Vt aīa patris: ita⁊ aīa filij mea ē. Aīa q̄ peccauerit: ipa morietur. Et vir si fuerit iust⁹ et fecerit iudiciū et iustitiaz: ī mōtib⁹ ñ comederit et oculos suos ñ leuauerit ad ydola dom⁹ isrl ⁊ uxorē pximi sui ñ violauerit ⁊ ad mlierē mēstruatam ñ accesserit ⁊ hoīem ñ ꝓstauerit: pign⁹ debitori reddiderit p vī nihil rapuerit: panē suum esurienti dederit ⁊ nudū opuerit vestīmēto: ad vsurā ñ comodauerit: ⁊ āpli⁹ ñ accepit. ab iniqtate auerterit manū suā⁊ iudiciū vez fecerit inter virū ⁊ virū pceptis meis ābulauerit ⁊ iudicia mea custodierit vt faciet veritatez: hic iust⁹ ē. Vita viuet: ait dñs de⁹. Qui si genuerit filiū latronē effundētemq; sāguinē ⁊ fecerit vnū de istis: ⁊ hec q̄dē oīa ñ faciēt̄: sz ī mōtib⁹ comedēt̄ ⁊ uxorē pximi sui polluēt̄: egenū ⁊ pauperē ꝓstantē. rapientē rapias. pign⁹ ñ reddēt̄ ⁊ ad ydola leuā t̄ oculos suos aboīatione faciēt̄: ad vsurā dantē: ⁊ āpli⁹ accipientē: nunq̄d viuet? Nō viuet. Cū vniersa hec detestanda fecerit: morte morietur. Sāguis ei⁹ ī ipso erit. Qui si genuerit filiū q̄ videns oīa pcta pris sui q̄ fecit timuerit et ñ fecerit sile eis: sup mōtes

nō ꝓmederit:ꝛ oc̄los suos ñ leuauerit ad ydola dom⁹ isrl̄:ꝛ uxorē pximi sui ñ violauerit.ꝛ uiꝝ ñ ꝓstauerit.pign⁹ nō retinuerit.ꝛ rapinā ñ rapuerit.panē suū esurietī dederit.ꝛ nudū opuerit uestimēto:a paupis iniuria auēterit manū suā:usurā ꝛ supabūdāciā ñ accepit et iudicia mea fecerit. ꝛ ī pc̄eptis meis ābulauerit.hic ñ moriet̄ ī iniq̄tate pr̄is sui:ꝑ uita uiuet. Pater ei⁹ qꝝ calūniat⁹ ē ꝛ uim fecit fr̄i ꝛ malū opat⁹ ē ī medio ꝑpl̄i sui :ecce mortu⁹ ē ī iniq̄tate sua.Et dicitis.Quare ñ portabit fili⁹ iniq̄tatē pr̄is:Videlicꝫ qꝝ fili⁹ iudiciū ꝛ iusticiā opat⁹ ē:oia pc̄epta mea custodiuit et fecit illa:uita uiuet.Ala q̄ peccauerit ipa morietur. Fili⁹ ñ portabit iniq̄tatē pr̄is ꝛ pr̄ ñ portabit iniq̄tatē filij. Justicia iusti sup eū erit ꝛ ipietas ipij erit sup eū.Si aūt ipi⁹ egerit penitēciā ab oib⁹ peccatis suis q̄ opatus ē ꝛ custodierit oia pc̄epta mea:et fecerit iudiciū et iusticiā:uita uiuet et nō moriet̄. Omniū iniq̄tatū ei⁹ q̄s opat⁹ est ñ recordabor. In iusticia sua quā opat⁹ ē.uiuet.Nūq̄d uolūtatis mee ē mors ipij dic̄ dns de⁹:ꝛ nō ut ꝙuertat̄ a uijs suis et uiuat! Si aūt auerterit se iust⁹ a iusticia sua ꝛ fecerit iniq̄tatē sc̄m oēs abominatiōes q̄s opari solet ipi⁹ nūq̄d uiuet! Oēs iusticie ei⁹ q̄s fecerat nō recordabunt̄ In ꝓuaricacōe q̄ ꝓuaricat⁹ ē ꝛ ī pc̄to suo qd̄ peccauit:ī ipis morient̄ Et dixistis Nō ē eq̄ uia dn̄i. Audite g̈ dom⁹ isrl̄ Nūq̄d uia mea nō ē eq̄:ꝛ nō magis uie uē ꝓue sūt! Cū em̄ auerterit se iust⁹ a iusticia sua ꝛ fecerit iniq̄tatez:morient̄ ī eis. In iusticia quā opat⁹ ē morient̄.Et cū auerterit se ipi⁹ ab ipietate sua quā opat⁹ ē ꝛ fecerit iudiciū ꝛ iusticiā:ipe aiaz suā uiuificabit.Cōsiderās em̄ et auertēs se ab oīb⁹ iniq̄tatib⁹ suis q̄s opat⁹ē uita uiuet ꝛ ñ morient̄.Et dicūt filij isrl̄.Nō ē eq̄ uia dn̄i.Nūq̄d uie mee ñ eq̄ sūt dom⁹ isrl̄:ꝛ ñ magis uie uē ꝓue ! Idcirco unūquēq̄ iuxta uias suas iudicabo dom⁹ isrl̄ :ait dns de⁹ Cōuertimī ꝛ agite penitēciā ab oīb⁹ iniq̄tatib⁹ uestris ꝛ nō erit uobis ī ruinā iniq̄tas.Proicite a uobis omnes preuaricatōes uestras in quibus preuaricati estis:ꝛ facite uobis cor nouum et spiritum nouum. Et quare moriemini domus israhel! Quia nolo mortem morientis dicit dominus deus.Reuertimini et uenite

Capitulum.XIX.

Et tu fili hoīs assume plāctū sup̄ pr̄icipes isrl̄:et dices .Quare mat̄er tua leena ītꝛ leones cubauit! In medio leunculoꝝ enutriuit catulos suos.Et eduxit unuz de leūcul̄ suis:leo factus ē:ꝛ didicit capē ꝑdaz hoīezq̄ ꝓmedere.Et audierūt de eo gētes:ꝛ nō absq̄ uulneribꝫ suis ceperūt euz:et adduxerūt eū in cathenis ī t̄rā egipti.Que cū uidisset quoniā īfirmata ē ꝛ perijt expectatō eius: tulit unū de leūcul̄ suis:leonē ꝓstituit eum . Qui īcedebat int̄ leones ꝛ fact⁹ē leo:et didicit p̄daz capē ꝛ hoīnes douorare:didicit uiduas facere ꝛ ciuitates eaꝝ ī deserтū adducē:et desolata ē terra et plenitudo eius. A uoce rugit⁹ illi⁹.Et ꝙuenerūt aduersus eū gētes undiq̄ ꝛ de ꝙuincijs:et expāderūt sup eum rethe suuz . In uulneribꝫ eaꝝ captus est et miserūt euz ī caueā in cathenis adduxerūt eū ad regē babilonis miserūtq̄ eū in carcerē:ne audiret̄ uox ei⁹ ultra sup montes israhel Mater tua quasi uinea ī sāguine tuo.sup aquā plātata ē:fructus ei⁹ et frondes eius creuerūt ex aquis multis: et facte sūt ei ūge solide in sceptra dominātiū ꝛ exaltata est statura ei⁹ inter frōdes. Et uidit altitudinē suā in multitudīe palmitū suoꝝ:et euulsa ē ī ira ī t̄rāq̄ ꝓiecta.ꝛ uētus urens siccauit fructū ei⁹ emarcuerūt ꝛ arefacte sūt uirge roboris ei⁹. Ignis cōmedit eā.Et nūc trāsplātata ē in deserтū in terra iuia ꝛ sicienti:et egressus est ignis de ūga ramoꝝ eius q̄ fructū ei⁹ ꝓmedit:ꝛ nō fuit in ea uirga fortis sceptrū dominātiuz Planct⁹ ē:ꝛ erit ī plāctuz.

Ca .XX.

Et factū ē anno septimo ī q̄nto mēse in decima mēꝑ uenerūt uiri ō seniorib⁹ isrl̄ ut īterrogarēt dn̄m: et sederēt corā me.Et fact⁹est ꝛmo dn̄i ad me dicēs. Fili hoīs loq̄re senioribꝫ isrl̄:ꝛ dices ad eos. Hec dicit dns de⁹. Num ad interrogādū me uos uenistis! Uiuo ego:q̄ nō respōdebo uob⁹ ait dns de⁹.Si iudicas eos:si iudicas fili hoīs.Aboīatōes pr̄m eoꝝ oñde eis:ꝛ dices ad eos. Hec dicit dns deus . In die q̄ elegi isrl̄ ꝛ eleuaui manū meā ꝑ stirpe dom⁹ iacob ꝛ apparui eis ī t̄ra egipti et eleuaui manū meā ꝑ eis dicēs ego dns de⁹ uē:in die illa leuaui manū meā ꝑ eis ut educerē eos ō t̄ra egipti ī t̄raz quā ꝓuiderā eis fluētē lactē ꝛ melle q̄ ē egregia ītꝛ oēs

terras. Et dixi ad eos. Unusquisq; offensiones oculoꝝ suoꝝ abiciat: et ī ydolis egipti nolite pollui. Ego dñs deus vr̄. Et irritauerūt me: noluerūtq; me audire. Unusquisq; abominationes oculoꝝ suoꝝ nō proiecit: nec ydola egipti reliquerūt. Et dixi vt effūderē indignationē meam sup eos. et implerē iram meā in eis ī medio tre egipti. Et feci pp̄t nomē meū: vt nō violaret coram gentibus ī quaꝝ medio erāt et inq̄ quis apparui eis vt educerē eos de tra egipti. Eieci g̈ eos de tra egipti et duxi eos in desertum: et dedi eis p̄cepta mea et iudicia mea ostendi eis: q̄ faciet hō et viuet ī eis. Insup et sabbata mea dedi eis vt esset signum inter me et eos: et scirent q̄ ego dñs sanctificās eos. Et irritauerūt me dom⁹ isrl̄ in deserto: ī p̄ceptis meis nō ambulauerūt et iudicia mea spreuerūt q̄ faciens hō viuet ī eis: et sabbata mea violauerūt vehemēter. Dixi g̈ vt effunderē furorē meū sup eos ī deserto: et cōsumerē eos. Et feci pp̄t nomē meū. ne violaret coram gentibus: de quibus eieci eos ī cōspectu eaꝝ. Ego igr̄ leuaui manū meaꝝ sup eos ī deserto ne īducerē eos ī terrā quā dedi eis fluentē lacte et melle p̄cipuā terraꝝ omniū: q̄ iudicia mea spreuerāt et in p̄ceptis meis nō ambulauerūt: et sabbata mea violauerūt. Post ydola enī cor eoꝝ gradiebat. Et pepercit oculus meus sup eos vt nō interficerē eos: nec cōsumpsi eos ī deserto. Dixi aūt ad filios eoꝝ in solitudine. In p̄ceptis patrum vestroꝝ nolite incedere: nec iudicia eoꝝ custodiatis: nec ī ydolis eoꝝ polluamini Ego dñs deus vr̄. In p̄ceptis meis ambulate et iudicia mea custodite et facite eaꝝ sabbata mea sanctificate vt sit signū inter me et vos. et sciat q̄ ego dñs deus vr̄. Et exacerbauerunt me filij: et in p̄ceptis meis nō ambulauerunt et iudicia mea nō custodierūt vt facerent ea q̄ cū fecerit hō viuet in eis: et sabbata mea violauerūt. Et cōminatus sum vt effunderē furorē meum sup eos: et implerē iram meam ī eis in deserto. Auerti aūt manū meam: et feci pp̄t nomen meū. vt nō violaret coraꝝ gentibus: de quibus eieci eos ī oculis eaꝝ. Insuper leuaui manū meaꝝ ī eos ī solitudine vt dispergerem illos in nationes et ventilarem in terras: eoq; iudicia mea nō fecissent et p̄cepta mea reprobassent et sabbata mea violassent: et post ydola patrum suoꝝ fuissent oculi eoꝝ. Ergo et ego dedi eis p̄cepta nō bona et iudicia in quibus nō viuent: et pollui eos ī muneribus suis cum offerrent omne quod aperit vuluam pter delicta sua: et scient q̄ ego dñs. Quamobrē loquere ad domū isrl̄ fili hominis et dices ad eos. Hec dicit dñs deus. Adhuc et in hoc blasphemauerūt me patres vestri cū spreuissent me p̄temnentes: et induxissem eos ī terrā. sup quaꝝ leuaui manū meaꝝ vt darē eis. Viderunt omnem collem excelsum. et omne lignū nemorosum et īmolauerūt ibi victimas suas: et dederūt ibi irritationem oblationis sue et posuerūt ibi odorē suauitatis sue et libauerūt libationes suas. Et dixi ad eos. Quid est excelsum: ad quod vos ingredimini? Et vocatum est nomē eius excelsum vsq; ad hanc diē. Propterea dic ad domū isrl̄ hec dicit dñs deus. Certe in via patrum vestroꝝ vos polluimini: et post offendicula eoꝝ vos fornicamini. Et in oblationibus donoꝝ vestroꝝ cū traducitis filios vestros p ignē vos polluimini in omnibus ydolis vestris vsq; hodie: et ego rñdebo vob̄ dom⁹ isrl̄: Viuo ego dicit dñs deus: q̄ non rñdebo vob̄: neq; cogitatio mentis vestre fiet dicentium. Erimus sicut gentes et sicut cognationes tre: vt colamus lignum et lapides. Viuo ego dicit dñs deus: quōm in manu forti et in brachio extento et in furore effuso regnabo sup vos. Et educam vos de pplis: et congregabo vos de terris in quibus dispersi estis. In manu valida et ī brachio extento et ī furore effuso regnabo sup vos et educam vos in desertum pplorum: et iudicabor vobiscū ibi facie ad faciem. Sicut iudicio contendi aduersum patres vestros in deserto tre egipti: sic iudicabo vos dicit dñs. Et subiciam vos sceptro meo: et inducam vos ī vinculis federis. Et eligam de vob̄ trāsgressores et impios: et de tra incolatus eoꝝ educam eos et tram israel non ingredientur: et scietis q̄ ego dñs. Et vos dom⁹ israel: hec dicit dñs deus Singuli post ydola vestra ambulate: et seruite eis. Postea et in hoc non audieritis me: et nomen meum sanctum polluere vltra in muneribus vestris et in ydolis vestris: in monte sancto meo in monte excelso isrl̄ ait dñs deus ibi seruiet mihi omnis dom⁹ israel: omnes inquam in tra in qua placebunt mihi. Et ibi quam primicias vestras: et initium decimaꝝ vestraꝝ in omnibus sanctificationibus vestris. In odorem suauitatis suscipiam vos. cum eduxero vos de pplis et congregauero vos de terris in quas dispersi estis et sanctificabor in vob̄ ī oculis nationum. Et scietis q̄ ego dñs cū introduxero vos ad tram

israel: in terrā p qua leuaui manum meaz vt darem eam pribꝫ vris. Et recordabimī ibi viap vrāp et oīm scelep vīoz qbꝫ polluti estis ī eis:et displicebitis vobis in cōspectu vīo in oībꝫ malicijs vris quas fecistis:ꝛ scietis qꝛ ego dñs cū benefecero vob ꝓpter nomen meū:ꝛ nō ꝓm vias vrās malas neqꝫ ꝓm scelera vrā pessima dom⁹ isrl: ait dñs deus.Et factus est ꝓmo dñi ad me dicens . Fili hoīs:pone faciem tuam conr viaz austri ꝛ stilla ad affricū.Et ꝓpheta ad saltum agri meridiani:ꝛ dices saltui meridiano.Audi verbū dñi.Hec dicit dñs de⁹. Ecce ego succendaz in te ignē:ꝛ ꝑburam ī te omne lignū viride et omne lignū aridū . Non extinguer flamma succēsionis.Et cōburer in ea oīs facies ab austro vsqꝫ ad aq̄lonez:ꝛ videbit vniuersa caro qꝛ ego dñs succendi eā:nec extīguer.Et dixi. A.a.a. dñe deus. Ipsi dicunt de me.Nunq̄d non p pabolas loquit iste? Ca. XXI.

Et fact⁹est ꝓmo dñi ad me dicens. Fili hoīs pone faciē tuaz ad ihrlm et stilla ad sctuaria. et ꝓpheta ꝑtra humum israel:et dices terre isrl.Hec dicit dñs deus. Ecce ego ad te:et eiciam gladiū meum de vagina sua ꝛ occidam in te iustū et impium.Pro eo aī qꝛ occidi in te iustū ꝛ impiū:idcirco egredier gladi⁹ meus de vagina sua ad oēm carnem ab austro vsqꝫ ad aq̄lonem: vt sciat omnis caro qꝛ ego dñs eduxi gladium meū de vagina sua irreuocabilem.Et tu fili hoīs ingemisce in ꝓtritōne lumboꝝ:ꝛ in amaritudinibꝫ ingemisce coram eis.Cunqꝫ dixerint ad te.q̄re tu gemis:dices.Pro auditu qꝛ venit:ꝛ tabescet omne cor:ꝛ dissoluenr vniuerse manus:ꝛ infirmabir omnis spūs:ꝛ p cuncta genua fluent aq̄. Ecce venit:et fiet ait dñs deus. Et factus est ꝓmo dñi ad me dicens . Fili hoīs. ꝓpha ꝛ dices.Hec dicit dñs deus. Loq̄re.Gladius gladius exacut⁹est ꝛ limatus Ut cedat victimas exacut⁹est:vt splendeat limat⁹est.Qui mouens sceptꝝ filij mei succidisti omne lignū.Et dedi eum ad leuigādum: vt teneat manu. Iste exacut⁹est gladius:iste limat⁹ē vt sit ꝛ in manu interficientis.Clama et vlula fili hoīs:qꝛ hic fact⁹ est in ꝓplo meo.hic in cunctis ducibꝫ isrl q̄ fugerant.gladio traditi sunt cuz ꝓplo meo. Idcirco plaude sup femur quia ꝓbat⁹est:ꝛ hoc cum sceptꝝ subuerterit:ꝛ non erit dicit dñs deus. Tu ḡ fili hominis ꝓpheta: et pcute manu ad manum:ꝛ duplicer gladi⁹ ac triplicer gladi⁹ interfectoꝝ.Hic est gladius occisionis magne:q̄ obstupescere eos facit ꝛ corde tabescē:ꝛ multiplicat ruinas. In omnibꝫ portis eoꝝ dedi conturbatōem gladij acuti et limati ad fulgendum: amicti ad cedem.Eracuere:vade ad dextram siue ad sinistram:quocūqꝫ faciei tue ē appetitus.Quinꝛ ego plaudam manu ad manū: et implebo indigtionē meam.Ego dñs locut⁹sum. Et fact⁹ē ꝓmo dñi ad me dicēs. Et tu fili hoīs.pone tibi duas vias:vt veniat gladi⁹regis babilonis. De terra vna egredier ambo.Et manu capiet cōiecturam:in capite vie ciuitatis coniciet.Eliaz pones: vt veniat gladi⁹ ad rabbath filioꝝ amon:ꝛ ad iudaz in ihrlm munitissimaz. Stetit em̄ rex babilonis in biuio in capite duaꝝ viaꝝ diuinatōez q̄rens:cōmiscens sagittas. Interrogauit ydola:exta ꝑsuluit Ad dextraz ei⁹facta ē diuinatō sup ihrlm. vt ponat arietes:vt apiat os in cede vt eleuet vocem in vlulatu:vt ponat arietes ꝑr portas. vt comportet aggerem vt edificet munitōnes.Eritqꝫ q̄si consulens frustra oraculum in oculis eoꝝ:et sabbatoꝝ ocium imitans. Ipse aī recordabir iniq̄tatis ad capiēdum. Idcirco hec dicit dñs de⁹.Pro eo qꝛ recordati estis iniq̄tatis vre et reuelastis puaricatōnes vrās:ꝛ apparuer pecata vrā in omnibꝫ cogitatōnibꝫ vris .Pro eo īquaz qꝛ recordati estis:manu capiemī. Tu aī ꝓphane impie dux israel cuius venit dies in tpe iniq̄tatis pfinita:hec dicit dñs deus.Aufer cydarim:tolle coronaz. Nōne hec est q̄ humilem subleuauit:et sublimen humiliauit! Iniq̄tatez.iniq̄tatē.iniq̄tatē. ponam eam.Et hoc non factū est donec veniret cui⁹est iudiciū:et trdam ei.Et tu filij hoīs ꝓphetaꝛ dic.Hec dicit dñs deus ad filios amon:ꝛ ad obprobrium eoꝝ.Et dices. Mucro.mucro. euagina te ad occidendū: lima te.vt inflicias et fulgeas cū tibi viderent vana ꝛ diuinarent mendacia:vt dare ris sup colla vulneratoꝝ impioꝝ q̄ꝝ venit dies ī tpe iniq̄tatis pfinita. Reuertē ad vaginaz tuam ī locū in q̄ creat⁹es. In tra natiuitatis tue iudicabo te ꝛ effūdaz sup te

indignatōnem meam. In igne furoris mei sufflabo in te: daboq; te in manꝰ hoīm insipientiū ⁊ fabricantiū interitū. Igni eris cibꝫ. Sāguis tuꝰ erit ī medio ēre: obliuioni ēteris: qꝛ ego dñs locutꝰ sū. Ca. XXII.

ET factū est verbū dñi ad me dicēs. Et tu fili hoīs nonne iudicas ciuitatē sanguinū: et oñdas ei omnes abomiatōnes suas: Et dices. Hec dicit dñs deꝰ. Ciuitas effundens sanguinē in medio sui vt veniat tempꝰ eiꝰ: et q̄ fecit ydola contra semetipsam vt polluereť. In sanguine tuo q̄ a te effusus ē deliqsti ⁊ ī ydolis tuis q̄ fecisti polluta es. Et appropiquare fecisti dies tuos ⁊ adduxisti tēpꝰ annoꝝ tuoꝝ. Propterea dedi te opbrobriū gentibꝫ: ⁊ irrisionē vniuersꝛ ēris q̄ iuxta sunt ⁊ q̄ procul a te. Triumphabūt de te: sordida. nobilis gndis interitu. Ecce principes isrl̄ singuli in brachio suo fuerūt in te ad effundendū sanguinē: pcem et mrēm ptumelijs affecerūt in te. Aduenam calūniati sunt in medio tui: pupillū ⁊ viduam pcōstauerūt apud te: sctuaria mea spreuistis ⁊ sabbata mea polluistis Viri detcōres fuerūt in te ad effundendum sanguinē: et sup mōtes comederūt in te: scelus opati sunt in medio tui. Verecūdiora pris discoopuerūt in te: īmundiciaz mēstruate humiliauerūt in te. Et vnusq̄sq; in proximi sui opatꝰ est abominatōnem: et socer muꝝ suam polluit nepharie: frater sororē suam filiam pris sui oppressit in te. Munera acceperūt apud te ad effundendū sanguinē: vsurā ⁊ supabūdantiam accepisti ⁊ auare proximos tuos calūniaberis: meiq; oblita es dicit dñs deꝰ. Ecce pplosi manꝰ meas sup auariciaz tuā quaz fecisti: ⁊ sup sanguinē q̄ effusus ē ī medio tui. Nūquid sustiebit cor tuū: aut pualebūt manꝰtue ī diebꝫ qs ego faciaz tibi: Ego dñs locutꝰ sū et faciam. Et dispgam te in natōnes: ⁊ vētilabo te in terras. Et defice faciam īmūdiciam tuam a te: et possidebo te in pspectu gentiū: et scies qꝛ ego dñs. Et factū est verbum dñi ad me dicens. Fili hoīs: versa est mihi domꝰ isrl̄ in scoriam. Oēs isti es ⁊ stānum ⁊ ferꝝ et plumbū in medio fornacis. Scoria argenti facti sunt. Propterea hec dicit dñs deꝰ. Eo q̄ versi estis oēs in scoriam: pterea ecce ego pgregabo vos in medio ibrl̄m congregatōne argenti et eris et stanni ⁊ ferri ⁊ plumbi in medio fornacis: vt succēdam in ea ignē ad conflandū. Sic congregabo in furore meo et in ira mea: et requescam. Et conflabo vos ⁊ congregabo vos: et succendam vos in igne furoris mei: et pflabimini in medio eius vt pflať argentū in medio fornacis: sic eritis ī medio eius. Et scietis qꝛ ego dñs: cū effuderī indigtionē meam sup vos. Et factū est verbum dñi ad me dicēs. Fili hoīs: dic ei. Tu es terra īmunda et ñ compluta ī die furoris. Cōiuratō pphetaꝝ in medio eiꝰ. Sicut leo rugiens rapiensq; pdaz aīas deuorauerunt: opes ⁊ pciū acceperūt: viduas eiꝰ multiplicauerūt in medio illius. Sacerdotes eius contempserūt legem meam: et polluerunt sanctuaria mea. Inter sanctum ⁊ pphanū non habuere distantiam: inť pollutum et mundū non intellexerūt ⁊ a sabbatis meis auerterunt oculos suos: ⁊ coinq̄nabar in medio eoꝝ. Principes eius ī medio illius q̄si lupi rapientes pdam: ad effundendū sanguinem et ad pdendas animas ⁊ auare sectanda lucra. Prophete aī eius liniebant eos absq; tempamēto videntes vana ⁊ diuinantes ei mendatiū: dicentes hec dicit dñs deꝰ: cum dñs ñ sit locutꝰ. Populi terre calumniabanť calumniaz et rapiebant violenť egenū ⁊ paupem affligebant: et aduenam oppimebant calumnia absq; iudicio. Et quesiui de eis virꝝ q̄ inťponeret sepem: et staret oppositus contra me pro ēra ne dissiparem eam: ⁊ non inueni. Et effudi sup eos indignatōnem meam: et in igne ire mee consumpsi eos. Viaz eorum in caput eoꝝ reddidi ait dominus deus.

Capitulum XXIII.

ET factꝰ est ꝑmo dñi ad me dicens. Fili hoīs: due mulieres filie mris vniꝰ fuerūt ⁊ fornicate sunt ī egipto. In adolescentia sua fornicate sunt. Ibi subacta sunt vbera eaꝝ ⁊ fracte sūt māme pubertatis eaꝝ. Noīa aī eaꝝ oolla maior: et ooliba soror eiꝰ minor. Et habui eas: et peperūt filios ⁊ filias. Porro eaꝝ noīa. samaria oolla: et ibrl̄m ooliba. Fornicata ē igr sup me oolla: ⁊ insaniuit ī amatores suos in assirios pximquantes. vestito iacīctos. pncipes ⁊ mgrātꝰ. iuuenes cupidīs. vniuersos eqtes ⁊ ascēsores equoꝝ ⁊ dedit fornicatōes

suas sup eos electos filios assirioꝝ vniuer
sos:⁊ ī oībo ī ꝗs īsaniuit in īmūdicijs eoꝝ
polluta ē. Insup ⁊ fornicatões suas ꝗs ha
buerat ī egipto nō reliqt. Nā ⁊ illi dormie-
rūt cū ea ī adolescēcia sua:⁊ illi ꝑfregerūt
vbera pubertatis eiꝰ:⁊ effuderūt fornica-
tōz suā sup eā. Propt̄ea t̄didi eā in manꝰ
amatoꝝ suoꝝ:et in manꝰ filioꝝ assur sup
ꝗꝝ īsaniuit libidine. Ipi discooperuerūt ig-
miniā eiꝰ:filios ⁊ filias eiꝰ tulerūt:⁊ ipaz
occiderūt gladio. Et factæ sūt famose mu-
lieres:⁊ iudicia ꝓpetrarūt ī ea. Qz cū vi-
dísset sororꝰ eiꝰ oolíba.plusq̄ illa insaniuit
libidíe:⁊ fornicatōz suā sup fornicatōz so-
roris sue ad filios assirioꝝ p̄buit īpudent̄:
ducibꝰ ⁊ magístratibꝰ ad se veniētibꝰ īdutis
veste varia:equitibꝰ q̄ vectabant̄ equis:⁊
adolescētibꝰ forma cūctis egregia. Et vidi
q̄ polluta esset via vna ābaꝝ:⁊ auxit for-
nicatões suas. Cūq; vidísset viros t̄pictos
in pietæ ymagines chaldeoꝝ exp̄ssas colo-
ribꝰ.et accinctos baltheis renes.et tijaras
tictas ī capitibꝰ eoꝝ formā ducum oīm. si-
militudinē filioꝝ babilonis t̄req; chaldæ-
oꝝ in ꝗ orti sūt:insaniuit sup eos ꝓcupís-
cēcia oculoꝝ suoꝝ:et misit nūcios ad eos
in chaldeam. Cunq; venissent ad eam filij
babilonis.ad cubile māmarū.polluerunt
eam in stupris suis:et polluta est ab eis.⁊
saturata est anima eius ab illis. Denuda-
uit q̄q; fornicatões suas:⁊ discooperuit igno-
miniā suā. Et recessit aīma mea ab ea:sí-
cut recesserat aīa mea a sorore eius. Mul-
tiplicauit eñ fornicatões suas recordans
díes adolescencie sue quibꝰ fornicata est in
t̄ra egipti:et insaniuit libidine sup ꝓcu-
bitu eoꝝ quoꝝ carnes sunt vt carnes azí-
noꝝ:et sicut fluxus equoꝝ fluxus eoꝝ. Et
visitasti scelus adolescēcie tue:qñ subacta
sunt in egipto vbera tua:⁊ confractæ sunt
mamme pubertatis tue. Propt̄ea oolíba
hec dicit dñs deus. Ecce ego suscitabo oēs
amatores tuos cont̄ te de quibꝰ saturata ē
anima tua:⁊ ꝗgregabo eos aduersum te ī
circuitu:filios babilōis⁊ vniuersos chal-
deos.nobiles tijrannosq; ⁊ p̄ncipes. oīes
filios assirioꝝ:iuuenes forma egregia.du
ces ⁊ magistratus. vniuersos p̄ncipes p̄n-
cipuz:⁊ noīatos ascensores equoꝝ. Et ve-
nient sup te īstructi curru ⁊ rota:et mul-
titudo populoꝝ. Lorica et clipeo et galea
armabunt̄ ꝓtra te vndiq;. Et dabo coram
eis iudiciuz:et iudicabūt te iudicijs suis.
Et ponā zelū meū in te:quē tecum exercēt
ī furore. Nasuz tuū ⁊ aures tuas p̄cident:
⁊ q̄ remanserīt gladio ꝓcident. Ipsi filios
tuos ⁊ filias tuas capient:⁊ nouissimū tu-
um deuorabit ignis. Et denudabunt te ve-
stimentis tuis:⁊ tollent vasa glorie tue. Et
requiescē faciā scelus tuū de te:⁊ fornica-
tōez tuā de t̄ra egipti. Nec leuabis oculos
tuos ad eos:et egipti ñ recordaberis am-
plius:qz hec dicit dñs deus. Ecce ego tra-
dam te in manꝰ eoꝝ quos odisti:in manꝰ
de ꝗbꝰ faciata est aīa tua:et agent tecū in
odio. Et tollēt oīes labores tuos:⁊ dimit-
tent te nudā ⁊ ignominia plenā:⁊ reuela-
bit̄ ignominia fornicatōnū tuaꝝ. Scelus
tuū ⁊ fornicatões tue fecer̄t hec tibi:quia
fornicata es post gētes int̄ ꝗs polluta es ī
ydolis eoꝝ. In via sororis tue ābulasti:et
dabo calicē eius ī māu tua. Dec dicit dñs
deus. Calicez sororis tue bibes. pfundū et
latū. Eris in derisū ⁊ in subsānatōz que es
capacissima:ebrietate ⁊ dolore repleberis:
calice merorís ⁊ trísticie.calice sororis tue
samarie. Et bibes illū et epotabis vsq; ad
feces:⁊ fragmēta eius deuorabis et vbera
tua lacerabis:qz ego locutus sum ait dñs
deus. Propt̄ea hec dicit dñs deꝰ. Quia ob-
lita es mei ⁊ piecisti me post corpus tuū:
tu q̄q; porta scelus tuū ⁊ fornicatões tuas.
Et ait dñs ad me dicēs. Fili hominis:nū-
quid iudicas oollam ⁊ oolíbaz ⁊ ānuncias
eis scelera eaꝝ.qz adultæratæ sūt.⁊ sanguis
in manibꝰ eaꝝ.⁊ cum ydolís suis fornicatæ
sunt: Insup ⁊ filios suos ꝗs genuerūt mí-
bi obtulerūt eis ad deuorandū. Sed ⁊ hoc
fecerūt mihi. Polluerūt sanctuariū meuz
in die illa:⁊ sabbata mea ꝓphanauerunt.
Cunq; īmolauer̄t filios suos ydolis suis.
et ingrederent̄ sanctuariū meū in die illa
vt polluerēt illud:eciā hec fecerūt in me-
dio domus mee. Miserūt ad viros venien-
tes delōge:ad ꝗs nūcios miserāt. Qtaq; ec-
ce ener̄t quibꝰ te lauisti et circūliuisti sti-
bio oculos tuos:et ornata es mundo mu-
liebri. Sedisti in lecto pulcerrimo:⁊ men-
sa ornata est añ te. Thimiama meū et un-
gentum meū posuisti sup eam:⁊ voꝝ mul-
titudinis exultantis erat in ea. Et in viris
qui de multitudine hominū adducebant̄:

et veniebāt de deserto. posuerūt armillas i manibꝫ eaꝝ: et coronas speciosas in capitibꝫ eaꝝ. Et dixi ei q̄ attrita est in adulteriis. Nunc fornicabit in fornicatiōne sua. ecia hec. Et ingressi sunt ad eam: quasi ad mulierē meretricē. sic ingrediebant ad oollam et ad oolibam mulieres nepharias. Viri ergo iusti sunt. Dij iudicabūt eas iudicio adulterarū et iudicio effundentium sanguinē: quia adultere sunt: et sanguis i manibꝫ eaꝝ. Hec eī dicit dñs de⁹. Adduc ad eas mlt̄itudines ⁊ trade eas i tumultū et in rapinam: et lapidēt lapidibꝫ populꝫ: et pfodiant gladijs eoꝝ. Filios et filias earū interficient: et domos earū igne succendent. Et auferam scelus de terra: et discent omēs mulieres ne faciāt scōm scelus eaꝝ. Et dabunt scelus vestꝝ sup vos: et peccata ydoloꝝ vestrorū portabitis: et scietis quia ego dñs deus.

Capitulum .XXIIII.

Et factū est verbum dñi ad me in anno nono: in mense decimo decima die mensis dicēs. Fili homis: scribe tibi nomen diei huius in qua pfirmatus est rex babilonis aduersum hirl'm hodie: et dices p prouerbiū ad domū irritatricē parabolaz: et loquens ad eos. Hec dicit dñs deus. Pone ollam eneam: pone inquaz: et mitte in eam aquam. Congere frusta eius in eaz: oēm ptem bonam. et femur. ⁊ armū. elcam: ⁊ ossibꝫ plena. Pinguissimuz pecus assume: cōpone q̄z strues ossiuz sub ea. Efferbuit coctio eius: ⁊ discocta sunt ossa illius in medio eius. Propterea hec dicit dñs deus. Ve ciuitati sanguinū oolle cui⁹ rubigo in ea est: et rubigo eius nō exiuit de ea. Per ptes ⁊ p ptes suas eice eā. Nō cecidit sup eā sors. Sanguis eī eius in medio eius est: sup limpidissimā petraz effudit illū. Non effudit illum sup terraz vt possit opiri puluere: vt supinducerē indignationē meaz et vindicta vlciscerer. Dedi sanguinē eius sup petram limpidissimā: ne operiret. Propterea hec dicit dñs de⁹. Ve ciuitati sanguinum: cuius ego grandez faciā piram. Cōgerere ossa: que igne succendā. Consumētur carnes: et coquet vniuersa cōpositio: et ossa tabescent. Pone q̄z eaz sup prunas vacuam vt incalescat et liquefiat es eius: et pflet̄ur in medio eius inq̄namentū ei⁹: et cōsumat rubigo eius. Multo labore sudatum est: et nō exiuit de ea nimia rubigo eius. neq̄ p ignez. Immūdicia tua execrabilis: q̄ mundare te volui: et nō es mundata a sordibus tuis. Sed nec mūdaberis prius: donec quiscere faciā indignationez meā in te. Ego dñs locutus sum. Veniet ⁊ faciā: non trāseam neq̄ pcam: nec placabor. Juxta vias tuas et iuxta adinuētiones tuas iudicabo te dicit dñs. Et factuz est verbū domini ad me dicēs. Fili hoīs: ecce ego tollo a te desiderabile oculoꝝ tuorū in plaga: et nō planges neq̄ ploxabis neq̄ fluent lacrime tue. Ingemisce tacēs: mortuoꝝ luctū nō facies. Corona tua circūligata sit tibi: ⁊ calciamēta tua erunt in pedibus tuis: nec amictu ora velabis. nec cibos lugentiū pmedes. Locut⁹ sum ḡ ad plm mane: et mortua ē vxor mea vesperi. Feciq̄ mane sicut precepat mihi. Et dixit ad me plus. Quare nō indicas nob quid ista significent q̄ tu facis? Et dixi ad eos. Sermo dñi factus ē ad me dicēs. Loque domui israbel. Hec dicit dñs de⁹. Ecce ego polluam sanctuariuz meū. supbiam impij vestri. et desiderabile oculorum vestroꝝ. ⁊ sup quo pauet aīa vestra: ⁊ filij vestri ⁊ filie vestre quas reliq̄stis gladio cadent: et facietis sicut feci. Ora amictu non velabitis: et cibos lugentiū nō pmedetis. Coronas habebitis i capitibꝫ vr̄is: et calciamēta i pedibꝫ. Nō plangetis neq̄ flebitis: sed tabescetis in iniq̄tatibꝫ vestris: ⁊ vnusq̄sq̄ gemet ad fratrem suū. Eritq̄ ezechiel vob in portentuz. Juxta oīa que fecit faciētis cum venerit istud: et scietis q̄ ego dñs deus. Et tu fili hominis ecce i die qua tollam ab eis fortitudinē eoꝝ. et gaudiū dignitatis. et desideriū oculoꝝ eoꝝ. sup quo requiescūt anime eoꝝ. filios et filias eoꝝ: in die illa cū venerit fugiens ad te vt annunciet tibi: i die inquā illa apiet os tuū cū eo qui fugit: et loq̄ris et nō silebis vlt. eriq̄z eis in portentum: et scietis quia ego dominus.

Capitulum. XXV.

Et factus est sermo dñi ad me dicens. Fili hominis: pone faciē tuam contra filios ammon: ⁊ pbabis de eis: et dices filijs ammon. Audite verbū domini dei. Hec dicit dominus de⁹.

Proeo q̄ dixistis euge euge sup sāctuariū meū qr polutū ē. ⁊ sup terrā isrl'qm̄ desolata ē. et sup domū iuda qm̄ ducti sunt ī captiuitatē: idcirco ego tradaz te filijs oriē talibꝫ ī hēditatē: ⁊ collocabūt caulas suas in te: et ponēt ī te tentoria sua. Ipsi comedēt fruges tuas: ⁊ ipsi bibent lac tuū. Daboq̄ rabba ī habitaculū camelorūz: ⁊ filios ammon ī cubile pecoꝝ: ⁊ scietis qr ego dñs: ꝙa hec dicit dñs de⁹. Proeo q̄ plausisti manu et percussisti pede et gauisa es ex toto affectu sup terrā isrl': idcirco ecce ego extēdā manū meā sup te: ⁊ ēdā te ī direptiōnē gētiū: ⁊ interficiā te de pplis. ⁊ pdā ō terris ⁊ ꝓterā: et scietis qr ego dñs. Hec dicit dñs de⁹. Proeo q̄ dixerūt moab ⁊ seir ecce sicut oēs gentes dom⁹ iuda: idcirco ecce ego aperiā humerū moab de ciuitatibꝫ: de ciuitatibꝫ inq̄ ei⁹: et ō finibꝫ eius inclitas terre. bethiesimoth et beelmeon et chariathaim filioꝝ oriētis cū filijs ām̄on. Et dabo eaz ī hēditatē: vt ñ sit vltr̄ memoria filioꝝ ām̄on ī gētibꝫ. Et ī moab faciam iudicia: et scietr̄ qr ego dñs. Hec dicit dñs deus. Proeo q̄ fecit ÿdumea vltiōz vt se vindicaret de filijs iuda. peccauitq̄ delinq̄ns et vindictā expetiuit de eis: idcirco hec dicit dominus de⁹. Extēdam manū meā sup ÿdumeaz: et auferā de ea hoīez ⁊ iumētū: ⁊ faciam eaz desertā ab austro. Qui sūt ī dedan gladio cadēt: ⁊ dabo vltiōz meā sup ÿdumeam p manū pplī mei isrl'. Et faciēt ī edom iuxta irā meā ⁊ furorē meū: ⁊ scietr̄ vindictā meā dicit dñs de⁹. Hec dicit dñs de⁹. Proeo q̄ feceꝝt palestini vindictā: ⁊ vlti se sunt toto aīo. interficiētes ⁊ īplentes inimicicias vetes: pptēa hec dicit dñs de⁹. Ecce ego extēdā manū meā sup palestinos: ⁊ interficiaz interfectores. Et pdā reliq̄as maritime regionis: faciāq̄ ī eis vltiones magnas arguēs ī furore: ⁊ scietr̄ qr ego dñs cū dedero vindictā meā sup eos. Capi. XXVI.

Et factū ē ī undecīo āno prima mēsis: factū ē ſmo dñi ad me dicēs. Fili hoīs: peo q̄ dixit tirus ō ihrlm: euge euge ꝓfracte sūt portē pploꝝ: ꝓuersa ē ad me: īplebor deſta eius: pptēa hec dicit dñs de⁹. Ecce ego sup te tire: ⁊ ascēdē faciam ad te gētes multas. sicut ascēdit mare fluctuans. Et dissipabūt muros tiri: ⁊ destruēt turres ei⁹. Et radā puluerē ei⁹ ō ea: et dabo eā in limpidissimā petrā. Siccatiō sagenarū erit in medio maris: qr ego locut⁹ sū ait dñs de⁹: ⁊ erit in direptiōz gentibꝫ. Filie q̄ꝫ ei⁹ q̄ sūt ī agro gladio interficiēt̄: et scietr̄ qr ego dñs: qm̄ hec dicit dñs deus. Ecce ego adducam ad tirū nabuchodonosor regē babilonis ab aq̄lone: regē regum. cū eq̄s ⁊ curribꝫ ⁊ eq̄tibꝫ ⁊ cetu pploꝝ magno. Filias tuas q̄ sūt ī agro gladio interficiet: ⁊ circūdabit te munitiōnibꝫ ⁊ ꝓportabit aggerē ī giro. Et eleuabit ꝓt̄ te clipeū: et vineas ⁊ arietes tēpabit ī muros tuos: et turres tuas destruet in armatura sua. Inundatiōe eq̄rū ei⁹ operiet te puluis eorū: a sonitu eq̄tū ⁊ rotarū ⁊ curruū moue būt̄ muri tui. Cuz ingressus fuerit portas tuas q̄sī p ītroitū urb̄ dissipate. vngul'eq̄ꝫ suoꝝ ꝓculcabit oēs plateas tuas: populū tuum gladio cedet: ⁊ statue tue nobiles in terrā corruēt. Dilapidabūt opes tuas. diripiēt negociatiōes tuas: ⁊ destruēt muros tuos. ⁊ domos tuas p̄claras subuertēt: et lapides tuos ⁊ ligna tua ⁊ puluerē tuū ī medio ponēt. Et q̄escē faciā multitudinē cantoꝝ tuoꝝ: et sonit⁹ citharar̄ tuar̄ ñ audiet̄ āplius. Et dabo te ī limpidissimā petrā: siccatiō sagenarū eris nec edificaberis vltr̄: qr ego dñs locut⁹ sū dicit dñs de⁹. Hec dicit dñs de⁹ de tiro. Nūq̄d ñ a sonitu ruine tue. ⁊ gemitu interfectoꝝ tuoꝝ cū occisi fuerīt ī medio tui. cōmouebūt̄ insule: et descēdēt de sedibꝫ suis oēs principes maris. et auferēt expuuias suas: ⁊ vestimenta sua varia abiciēt et induēt̄ stupore: In terra sedebūt: ⁊ attoniti sup repentino casu tuo āmirabūt̄. ⁊ assumētes sup te lamētū dicēt tibi. Quō pisti q̄ habitas ī mari urbs inclita: q̄ fuisti fortis in mari cuz habitatoribꝫ tuis q̄s formidabant vniuersi: Nūc stupebūt naues ī die pauoris tui: ⁊ turbabūt̄ īsule ī mari eoq̄ null⁹ egrediat̄ ex te: qr hec dicit dñs de⁹. Cū dedero te urbē desolatam sicut ciuitates q̄ nō habitant̄: ⁊ adduxero sup te abissū. ⁊ operuerīt te aq̄ multe ⁊ detraxero te cū bijs q̄ descēdūt ī lacū ad pplm sēpiternū: ⁊ collocauero te in tra nouissima sicut solitudīes vetes cū bijs q̄ deducūtur ī lacū vt ñ habiteris: porro cū dedero gl'am ī tra viuētiū. ī nibilū redigā te: ⁊ nō eris. ⁊ req̄sita nō īueneris vltr̄ ī sempiternuz dicit dominus deus. Capitulū. XXVII.

Et factū est ūbuz dñi ad me dicēs. Tu ergo fili hoīs assume sup tyrū lamentū: et dices tyro. q̄ habitat ī introitu maris: negociatōni ꝑplōz ad insulas mltas. Hec dicit dñs de⁹. O tyre tu dixisti. Perfecti decoris ego sū: et ī corde maris sita. Finitimi tui qui te edificauerūt impleuerūt decorem tuū: abietibꝫ de sanir extruxerūt te cū oībꝫ tabulatis maris. Cedrū de libano tulerūt vt facerēt tibi malū: quercus ō basan dolauerūt ī remos tuos: trāstra tua fecerūt tibi ex ebore indico: et ptoziola ō insulis ytalie. Bissus varia ō egipto texta ē tibi ī velū vt poneret ī malo: iacinct⁹ et purpura ō insulis elisa facta sūt opimētū tuū. Habitatores sydonis et aradij fuerūt remiges tui: sapientes tui tyre facti sūt gubernatores tui: senes biblij et prudentes ei⁹ ꝑbuerūt nautas. ad ministeriū varie suppellectilis tue. Oēs naues maris et nautē earū fuerūt ī ꝑplo negociatōis tue: pse et libij et libies erant ī exercitu tuo viri bellatores tui: clipeū et galeā suspēderūt ī te ꝑ ornatu tuo. Filij aradij cū exercitu suo sup muros tuos ī circuitu tuo. sꝛ et pigmei q̄ erāt in turribꝫ tuis pharetras suas suspenderūt in muris tuis p gyrū. Ipsi ꝓpleuerūt pulcritudinē tuā. Carthaginenses negociatores tui. A multitudine cūctarū diuiciarū argēto ferro stanno plūboq̄ repleuerūt nūdinas tuas. Grecia et thubal et mosoch ipi institores tui. Mancipia et vasa erea adduxerūt ꝑplo tuo ō domo thogorma: equos et equites et mulos adduxerūt ad foꝛ tuuz. Filij dedan negociatores tui. Insule multe negociatō man⁹ tue. Dentes eburneos et hebeninos ꝓmutauerūt ī ꝑcio tuo. Syrus negociator tu⁹. Propter multitudinē opm tuoꝛ gēmaz purpurā et scutulata et byssum et sericū et coccū posuerūt ī mercato tuo. Juda et terra isrl ipsi institores tui ī frumento primo. balsamū et mel et oleū et resmā ꝑposuerūt in nūdinis tuis. Damascen⁹ negociator tuus ī multitudine opm tuoꝛ: in multitudine diuersarū opū ī vino pingui: ī lanis colozis optimi. Dan et grecia et mozel ī nūdinis tuis ꝑposuerūt ferrū fabrefactū: stacte et calam⁹ ī negociatōne tua. Dedan institores tui ī tapetibꝫ ad sedendū. Arabia et vniuersi principes cedar ipsi negociatores man⁹ tue: cū agnis et arietibꝫ et hedis venerūt ad te negociatores tui. Elenditores saba et rema ipsi negociatores tui: cū vniuersis primis aromatibꝫ et lapide ꝑcioso et auro qd̄ ꝑposuerūt ī mercatu tuo. Haraz et chenne et eden negociatores tui. Saba et assur et chelmach vēditores tui: ipi negociatores tui mltipharias inuolucris iacincti et polimitoꝛ gazarūq̄ ꝑciosaꝛ q̄ obuolute et astricte erāt funibꝫ: cedros q̄ habebāt ī negociatōnibꝫ tuis. Naues maris principes tui ī negociatōne tua: et repleta es: et glorificata nimis in corde maris. In aquis maris adduxerūt te remiges tui. Elent⁹ auster ꝓtriuit te. In corde maris diuicie tue: et thesauri tui et multiplex instrumētū tuū. Nautē tui et gubernatores tui q̄ tenebāt suppellectilē tuā. et ꝑplo tuo ꝑerant: viri q̄ bellatores tui q̄ erāt in te cū vniuersa multitudine tua q̄ ē ī medio tui: cadēt in corde maris ī die ruine tue. A sonitu clamoris gubernatoꝛ tu oꝛ ꝓturbabūt classes: et descēdent de nauibus suis oēs q̄ tenebāt remū. Nautē et vniuersi gubernatores maris in terra stabūt: et eiulabunt sup te voce magna: et clamabūt amare. Et supiacient puluerē capitib⁹ suis. et cinere ꝓspergent: et radēt sup te caluiciū: et accingent cilicijs. Et plorabūt te in amaritudine aie ploratu amarissimo: et assumēt sup te carmē lugubre et plangēt te. Que ē vt tyr⁹ q̄ obmutuit ī medio maris: Que ī exitu negociatōnū tuaꝛ ō mari ipplesti ꝑplos mltos: ī mltitudīe diuitiarū tuaꝛ et ꝑploꝛ tuoꝛ ditasti rges terre. Nūc ꝓtrita es a mari: ī pfūdis aqrū opes tue: et oīs mltitudo tua q̄ erat ī medio tui ceciderūt. Vniuersi habitatores insularū obstupuerūt sup te: et reges eaꝛ oīs tēpestate pculsi mutauerūt vult⁹. Negociatores ꝑplorū sibilauerūt sup te. Ad nihilū deducta es et nō eris vsq; ī ꝑpetuū. ¶ Ca. XXVIII.

Et factus est sermo dñi ad me dicens. Fili hoīs: dic principi tyri. Hec dicit dñs deus. Eo⁹ eleuatus est coꝛ tuū et dixisti. de⁹ ego sū et ī cathedra dei sedi ī corde maris: cū sis hō et nō de⁹: et dedisti coꝛ tuū quasi coꝛ dei. Ecce sapientioꝛ es tu daniele: omne secretuz nō est absc̄ditū a te. In sapiētia et prudentia tua fecisti tibi foꝛtitudīez: et acqsisti aurū et argentū in thesauris tuis ī multitudīe sapīe

tue: ⁊ ĩ negociatõne tua multiplicasti tibi
fortitudinẽ ⁊ eleuatũ ẽ cor tuum in robo-
re tuo. Propt̃ea hec dicit dñs de⁹. Eo⁹ ele
uatum ẽ cor tuũ quasi cor dei: idcirco ecce
ego adducã sup te alienos robustissimos
gẽtiuz. Et nudabũt gladios suos sup pul-
critudinẽ sapiẽtie tue: ⁊ polluẽt decorẽ tu-
um. Interficiẽt ⁊ detrahent te: ⁊ morieris
ĩ interitu occisoꝝ ĩ corde maris. Nũq̃d di-
cẽs loq̃ris de⁹ ego sũ coraz interficiẽtibꝰ te
cũ sis hõ ⁊ ñ de⁹? In mãu occidẽtiũ te mor
te ĩcircũcisoꝝ morieris: ĩ manu alienoꝝ:
q⁹ ego locut⁹ sũ ait dñs de⁹. Et fact⁹ ẽ sermo
dñi ad me dicẽs. Fili hoĩs: leua planctuz
sup regẽ tyri ⁊ dices ei. Hec dicit dñs de⁹.
Tu signaculum similitudinis plen⁹ sapien
tia pfectus decore: ĩ delicijs padisi dei fui-
sti. Omnis lapis preciosus operimẽtũ tuũ:
sardius thopasius ⁊ iaspis. crisolit⁹ ⁊ onix
ec berillus. saphirus et carbũculus ⁊ sma-
ragdus. Aurũ q̃z op⁹ decoris tui ⁊ foramĩ-
na tua ĩ die qua ꝑditus es p̃pata sũt. Tu
cherub extentus ⁊ ptegẽs: ⁊ posui te ĩ mõ
te scõ dei. In medio lapidũ ignitoꝝ am-
bulasti: pfect⁹ ĩ vijs tuis a die ꝑditõis tue:
donec iuẽta ẽ iniq̃tas ĩ te. In multitudine
negociatõis tue repleta sũt interiora tua
iniq̃tate. et peccasti: ⁊ eieci te de mõte dei:
⁊ pdidi te o cherub ptegens de medio lapi-
dũ ignitoꝝ. Et eleuatũ ẽ cor tuũ in decore
tuo. Perdidi sapienciã tuaz ĩ decore tuo:
ĩ trã pieci te: añ faciẽ regũ dedi te vt cer-
nerẽt te. In multitudine iniq̃tatũ tuaꝝ et
iniq̃tate negociatõis tue polluisti sctificа
tõz tuaz. Producã ergo ignẽ de medio tui
q̃ comedat te: ⁊ dabo te ĩ cinerẽ sup trã in
ꝑspectu oĩm vidẽtiũ te. Omnes q̃ viderĩt te
ĩ gẽtibꝰ obstupescẽt sup te. Nihil fct⁹ es: et
nõ eris ĩ ꝑpetuũ. Et fct⁹ ẽ sermo dñi ad me
dicẽs. Fili hõis: pone faciẽ tuã ꝑtra sidon
nẽ ⁊ ꝓphetab̃ ꝺ ea: ⁊ dices. Hec dicit dñs de-
us. Ecce ego ad te sidon ⁊ gloriabor ĩ me-
dio tui: et sciẽt q⁹ ego dñs cũ fecero ĩ ea iu
dicia: ⁊ sctificat⁹ fuero ĩ ea. Et immittã ei
pestilẽciã ⁊ sãguẽz ĩ platẽis ei⁹: et corru-
ent ĩterfecti ĩ medio ei⁹ gladio p circuitũ:
⁊ sciẽt q⁹ ego dñs. Et ñ erit vltr̃ domui isra
el. offẽdiculũ amaritudĩs ⁊ spina dolorẽ ĩ-
ferẽs vndiq̃ p circuitũ eoꝝ q̃ aduersãtur
eis: ⁊ sciẽt q⁹ ego dñs de⁹. Hec dicit dñs de-
us. Cũ ꝓgregauero domũ isrl ꝺ ꝑplis ĩ q̃bꝰ
dispsi sũt. sctificabor ĩ eis corã gẽtibꝰ: ⁊ ha
bitabũt ĩ tra sua quã dedi puo meo iacob:
⁊ habitabunt ĩ ea securi. Et edificabũt do-
mos ⁊ plantabũt vineas: ⁊ habitabũt ꝓfi-
dẽter cũ fecero iudicia ĩ oĩbꝰ q̃ aduersãtur
eis p circuitũ: ⁊ sciẽt q⁹ ego dñs de⁹ eorũ.

Capitulum XXIX.

In anno decimo et duodecimo mẽ-
se vna die mẽsis fctm ẽ verbũ dñi
ad me dicẽs. Fili hoĩs pone faciez
tuã ꝓ̃ pharaonẽ regez egipti: ⁊ ꝓphetabis
de eo: et de egipto vniuersa loq̃re ⁊ dices.
Hec dicit dñs deus. Ecce ego ad te pharao
rex egipti draco magne q̃ cubas in medio
fluminũ tuoꝝ ⁊ dicis. me⁹ ẽ fluui⁹: ⁊ ego fe
ci memetipsũ. Et ponã frenũ ĩ maxill' tu-
is: ⁊ ꝙglutiabo pisces fluminũ tuoꝝ squa-
mis tuis. Et extrabam te de medio flumi-
nũ tuoꝝ: ⁊ vniuersi pisces tui squamis tu-
is adherebũt. Et piciã te ĩ deserтũ: ⁊ oẽs pi-
sces fluminis tui. Super faciez terre cades.
Nõ colligeris: neq̃ congregaberis. Bestijs
terre ⁊ volatilibus celi dedi te ad devoran
dũ: ⁊ sciẽt oẽs habitatores egipti quia ego
domin⁹. Propeo q⁹ fuisti bacul⁹ arũdine⁹ do
mui isrl' qñ apprehẽdert te manu. ⁊ ꝙfract⁹
es ⁊ lacerasti oẽz humerũ eoꝝ: et initẽtib⁹
eis sup te ꝙminut⁹ es et dissoluisti oẽs re-
nes eoꝝ: ꝓptẽa hec dicit dñs de⁹. Ecce ego
adducã sup te gladiũ: ⁊ interficiã de te ho
minẽ ⁊ iumẽtũ. Et erit trа egipti ĩ deserтũ ⁊
in solitudinẽ: ⁊ sciẽt q⁹ ego dñs. Propeo q⁹
dixeris fluuius me⁹ ẽ et ego feci eum: idcir-
co ecce ego ad te et ad flumĩa tua. Dabo-
q̃z trã egipti ĩ solitudinẽ gladio dissipatã:
a turre syenes vsq̃ ad tmios ethiopie. Nõ
ptrãsibit eã pes hoĩs: neq̃ pes iumẽti gdi
eꝫ ĩ ea: et ñ habitabit̃ q̃dragĩta ãnis. Da-
boq̃z trã egipti deserтaz ĩ medio terrarũ de-
sertarũ: et ciuitates ei⁹ ĩ medio vrbiũ sub-
uersaꝝ: ⁊ erũt desolatæ q̃dragĩta annis. Et
dispgam egiptios ĩ nacões: ⁊ vẽtilabo eos
ĩ terras: q⁹ hec dicit dñs de⁹. Post finez q̃-
draginta annoꝝ cõgregabo egiptuz de po-
pulis in quibus dispersi fuerant: ⁊ reducã
captiuitatem egipti ⁊ collocabo eos ĩ ter-
ra phatures in terram natiuitatis sue: in
terra ꝺ qua sũpti sunt. Et erũt ibi ĩ regnũ
hũile: ⁊ ĩter cetera regna erit hũilima. Et
nõ eleuabit̃ vltr̃ sup natõnes: ⁊ imminuaz

eos ne imperēt gentibꝫ:neqꝫ erūt vltra do-
mui iſrł i ꝓfidentia docētes iniqtatē vt fu-
giāt et ſequātur eos:et ſciēt qꝛ ego ſū dñs
deus. Et factū ē ī vigeſimo et ſeptimo an-
no ī primo ī vna mēſis:factū ē verbuz dñi
ad me dicens. Fili hoīs:nabuchodonoſoꝛ
rex babilonis ſuire fecit exercituz ſuū ſer
uitutē magna aduerſus tijrū. Oīe caput
decaluatuz:ꝛ oīs humerꝰ depilatꝰ ē. Et mer
ces nō ē reddita ei neqꝫ exercitui eiꝰ de tij-
ro:ꝓ ſuitute q̄ ſeruiuit mihi aduerſus eā.
Propterea hec dicit dñs deꝰ. Ecce ego da-
bo nabuchodonoſoꝛ regē babilonis ī terra
egipti: et accipiet multitudinē eius et dēp
dabit manubias eiꝰ ꝛ diripiet ſpolia eiꝰ:ꝛ
erit merces exercitui illiꝰ ꝛ opiꝓ quo ſerui
uit aduerſus eā. Dedi ei terraz egipti: peo
q̄ laborauerit mihi ait dñs deꝰ. In die il-
la pullulabit coꝛnu domui iſrł: et tibi da-
bo aptū os ī medio eoꝝ:et ſciēt qꝛ ego do-
minus. Capitulum .XXX.

Et factū ē verbuz dñi ad me dicēs.
Fili hoīs ꝓpha et dic. Hec dicit do
minꝰ deꝰ. Ululate ve ve diei:qꝛ iu-
xta ē dies ꝛ appꝛopinq̄bit dies dñi:dies nu
bis.tēpus gētiū erit. Et veniet gladiꝰ ī egi
ptū:ꝛ erit pauoꝛ in ethiopia cū ceciderint
vulnerati ī egipto:ꝛ ablata fuerit multitu
do illiꝰ ꝛ deſtructa fundamenta eiꝰ. Ethio-
pia ꝛ libia ꝛ lidij et oīe reliquum vulgus
ꝛ chub et filij terre federis cū eis gladio ca
dent. Hec dicit dñs deꝰ. Et coꝛruēt fulcien-
tes egiptuz: ꝛ deſtruet ſuperbia imperij eiꝰ.
A turre ſijenes gladio cadēt in ea:ait dñs
exercituū. Et diſſipabunt ī medio terrarū
deſolatarū:ꝛ vrbes eius in medio ciuitatū
deſertarū erūt:ꝛ ſciēt qꝛ ego dñs deus. cuz
dedero ignem ī egipto.ꝛ attriti fuerit oēs
auxiliatoꝛes eiꝰ. In die illa egredient nū-
cij a facie mea ī trieribꝫ ad ꝓterēdā ethio-
pie ꝓfidētiā.ꝛ erit pauoꝛ ī eis ī die egipti:
qꝛ abſq̄ dubio veniet. Hec dicit dñs deꝰ.
Et ceſſare faciā multitudinē egipti in ma-
nu nabuchodonoſoꝛ regis babilonis. Ipſe
ꝛ ꝓpꝛius eiꝰ cū eo:foꝛtiſſimi gētiū adducen-
tur ad diſpergēdam terrā. Et euaginabūt
gladios ſuos ſup egiptū: ꝛ implebūt terrā
interfectis:ꝛ faciā alueos fluminū aridos
ꝛ tradā terrā ī manꝰ peſſimoꝝ:ꝛ diſſipabo
terrā et plenitudinē eiꝰ ī manus alienoꝝ.
Ego dñs locutꝰ ſū. Hec dicit dñs deꝰ. et diſ
perdaz ſimulacra: ꝛ ceſſare faciā ydola de
mēphis:et dux de terra egipti nō erit āpli
us. Et dabo ꝓꝛe ī terrā egipti ꝛ diſperdā
terrā phatures ꝛ dabo ignē ī taphnis:ꝛ fa
ciā iudicia mea ī alexādria. Et effūdā indi
gnatiōz meā ſup peluſiū robur egipti:ꝛ in-
terficiā multitudinem alexandrie: ꝛ dabo
ignē ī egipto. Quaſi ꝓturiēs dolebit peluſi
um:ꝛ alexādria erit diſſipata:et ī mēphis
āguſtie quottidiane. Juuenes eliopoleos
et bubaſti gladio cadēt:et ipe captiue du-
cētur. Et ī taphnis nigreſcet dies:cū ꝓtri-
uero ibi ſceptra egipti:ꝛ defecerit ī ea ſup-
bia potentie eius. Ipam nubes opiet:filie
aūt eiꝰ in captiuitatē ducētur. Et iudicia
faciā ī egipto:ꝛ ſciēt qꝛ ego dñs. Et factuz
eſt ī vndecimo āno ī primo mēſe ī ſeptimo
menſis:factū ē verbū dñi ad me dicēs. Fi
li hoīs. brachiū pharaonis regis egipti cō
fregi:ꝛ ecce nō ē obuolutuz vt reſtitueret
ei ſanitas vt ligaret pannis ꝛ faſciret lin-
theolis: ꝛ recepto robore poſſit tenere gla
diū. Propterea hec dicit dñs deꝰ. Ecce ego
ad pharaonē regē egipti:ꝛ ꝓminuā eiꝰ bra
chiū fortē ſz ꝓfractū:ꝛ deiciā gladiū de ma
nu eiꝰ. Et diſpgam egiptū ī gētibꝫ:ꝛ venti-
labo eos ī terris. Et ꝓfortabo brachia re-
gis babilonis:daboqꝫ gladiū meū ī manu
eiꝰ. Et ꝓfrīgā brachiū pharaonis:ꝛ gemēt
gemitibꝫ interfecti coraz facie eiꝰ. Et ꝓfor
tabo brachia rḡis babilōis:ꝛ brachia pha
raonis ꝓcidēt. Et ſciēt qꝛ ego dñs cū dede-
ro gladiū meuz ī manū regis babilonis:ꝛ
extendēt eū ſup terrā egipti. Et diſpgā egi
ptū in natiōnes:ꝛ ventilabo eos ī terras:ꝛ
ſcient qꝛ ego dñs. Capitulū.XXXI.

Factū ē ī āno vndecio tercio men
ſe vna mēſis:factū ē verbuz dñi ad
me dicēs. Fili hoīs:dic pharaoni
regi egipti ꝛ ꝓpło eiꝰ. Cui ſimilis factus es
ī magnitudine tua:Ecce aſſur q̄ſi cedrus ī
libano pulcer ramis ꝛ frōdibꝫ nemoroſus.
excelſuſq̄ altitudine: ꝛ inter ꝓcenſas fron
des eleuatum eſt cacumen eius. Aque nu-
trierunt illū:abiſſus exaltauit illum. Flu
mina eius manabant in circuitu radicum
eius: et riuos ſuos emiſit ad vniuerſa li-
gna regiōis. Ꝓterea eleuata ē altitudo eiꝰ
ſup oīa ligna regionis: ꝛ multiplicata ſūt
arbuſta eiꝰ: ꝛ eleuati ſūt rami eiꝰ ꝑ aquis

multis. Cūq; extēdisset vmbrā suā. ī ramis eī⁹ fecerūt nidos oīa volatilia celi: ⁊ sub frondibꝫ eī⁹ genuerūt oēs bestie saltuū: et sub vmbraculo illī⁹ habitabat cetus gentium plurimaꝝ. Eratq; pulcerrim⁹ ī magnitudine sua: ⁊ in dilatōne arbustoꝝ suorū. Erat eī radix illī⁹ iuxta aquas multas. Cedri nō fuerūt altiores illo ī ꝑadiso dei. Abietes nō adequauerūt sūmitatē eī⁹: ⁊ platani nō fuerūt eque frōdibꝫ illī⁹. Oīe lignū ꝑadisi dei nō ē assimilatū illi ⁊ pulcritudini eī⁹: qm̄ speciosū feci eū: ⁊ multis ꝯdēsiq; frondibꝫ. Et emulata sūt eū oīa ligna voluptatis: q̄ erāt ī ꝑadiso dei. Propterea hec dicit dñs de⁹. Proceo q; sublimatus est in altitudine ⁊ dedit sūmitatē suam virētē atq; ꝯdēsam et eleuatū ē cor eī⁹ ī altitudine sua: tradidi eā ī man⁹ fortissimi gentiuz. Faciēs faciet ei: iuxta impietatē eius. Et eieci eā: ⁊ succidēt eā alieni ⁊ crudelissimi nacionū. Et piciēt eū sup mōtes: ⁊ ī cūctis ꝙuallibꝫ corruēt rami eī⁹. Et ꝑfringētur arbusta eī⁹ ī vniuersis rupibꝫ terre: et recedent de vmbraculo eī⁹ oēs ꝑpli terre: et relinquent eū. In ruina eī⁹ habitauerunt oīa volatilia celi: ⁊ ī ramis eī⁹ fuerūt vniuerse bestie regionis. Quāobrem nō eleuabunt in altitudine sua oīa ligna aq̄rū: nec ponēt sublimitatē suā inter nemorosa atz frondosa. nec stabūt ī sublimitate sua oīa q̄ irrigāt aq̄s: qr oēs ꝺditi sūt ī mortez ad terrā vltimā ī medio filioꝝ hoīm ad eos q̄ descendūt ad lacum. Hec dicit dñs de⁹. In die qñ descendit ad inferos indixi luctuz. operui eū abisso: et phibui flumina eius: ⁊ coercui aquas multas. Contristat⁹ ē super eum liban⁹: ⁊ oīa ligna agri ꝙbussa sūt. A sonitu ruine eī⁹ cōmouit gētes. cū deducerem eū ad infernū cū bijs q̄ descēdebāt ī lacū. Et ꝙsolata sūt ī terra infima oīa ligna voluptatis egregia atq; ꝑclara in libano: vniuersa que irrigabāt aq̄s. Nā ⁊ ipsi cuz eo descendūt ad infernū ad ītērfectos gladio: ⁊ brachiū vniuscuiusq; sedebit sub vmbraculo eī⁹ ī medio natōnū eī⁹. Cui assimilatus es o inclite atq; sublimis inter ligna voluptatis: Ecce deduct⁹ es cū lignis voluptatis ad terrā vltimā. In medio incircūcisoꝝ dormies: cuz eis q̄ ītērfecti sūt gladio. Ipse ē pharao ⁊ omnis multitudo eius dicit dñs deus. ¶ Capitulum. XXXII

Et fctm̄ ē duodecimo anno ī mense duodecio in vna mēsis: fctm̄ ē verbū dñi ad me dicens. Fili hois. assume lamētū sup pharaonē regē egipti: et dices ei eū. Leoni gentiū assimilatus es: ⁊ draconi q̄ ē in mari. Et vētilabas cornu in fluminibꝫ tuis: ⁊ ꝙturbabas aquas pedibꝫ tuis: ⁊ ꝙculcabas flumia eaꝝ. Propterea hec dicit dñs de⁹. Expādā sup te rethe meum ī mltitudie ꝑploꝝ mltoꝝ: ⁊ extrhā te ī sagena mea ⁊ piciā te in terraz. Sup faciem agri abiciā te: et habitare faciā sup te oīa volatilia celi: ⁊ saturabo de te bestias vniuerse terre. Et dabo carnes tuas sup montes: et īplebo colles tuos sanie tua. Et irrigabo terrā fetore sāguis tui sup mōtes: ⁊ valles īplebūt ex te. Et opiaz cū excict⁹ fueris celos: ⁊ nigrescē faciam stellas eī⁹. Solē nube tegā: ⁊ luna nō dabit lumē suum. Oīa lumīaria celi merere faciā sup te: ⁊ dabo tenebras sup terrā tuaz dicit dominꝰ de⁹. Cū ceciderīt vulnerati tui in medio terre ait dñs de⁹. Et irritabo cor ꝑplorū multoꝝ cū induxero ꝙtritōz tuaz ī gentibꝫ sup terras q̄s nescis: ⁊ stupescē faciam sup te ꝑplos multos. Et reges eoꝝ horrore nimio formidabūt sup te cuz volare cepit gladius me⁹ sup facies eoꝝ: et obstupescēt repēte singuli p aīa sua ī die ruine sue: q̄a hec dicit dñs de⁹. Gladi⁹ regis babilōis veniet tibi: in gladijs fortiū deiciam multitudiez tuaz. Inexpugnabiles oēs gētes hee. Et vastabūt supbiā egipti: et dissipabitur mltitudo eī⁹. Et ꝑdā oīa iumēta eī⁹ q̄ erāt sup aq̄s plurimas: ⁊ nō ꝙturbabit eas pes hoīs vlt: neq; vngula iumentoꝝ turbabit eas. Tūc purissimas reddā aq̄s eoꝝ: ⁊ flumīa earū quasi oleū adducā ait dñs deus: cū dedero terrā egipti desolatā. Deseret aī terra a plenitudie sua qñ ꝑcussero oēs habitatores eī⁹: ⁊ sciēt qr ego dñs. Planctus ē: ⁊ plāgent eū filie gentium plāgēt eū sup egiptū ⁊ sup multitudinē eī⁹ plāgēt eū: ait dñs de⁹. Et fctm̄ ē ī duodecio āno. ī q̄ntadecia mēs: fctm̄ ē verbū dñi ad me dicēs. Fili hois. cane carmē lugubre sup mltitudinem egipti. Et detrahe eā: ipam ⁊ filias gentiū robustarū ad terrā vltimā: cū bijs qui descendūt in lacum. Quo pulcrior es descende: ⁊ dormi cum incircūcisis. In medio interfectorū gladio cadēt. Gladi⁹ dat⁹

plurimas. Post hec aſpiciebaz: ⁊ ecce alia q̃ſi pard⁹: ⁊ alas habebat .q̃ſi auis q̃tuor ſup ſe. Et q̃tuor capita erãt ĩ beſtia: ⁊ po-teſtas data ẽ ei. Post hec aſpiciebã ĩ viſi-one noctis: ⁊ ecce beſtia q̃rta tẽribil' at-q; mirabilis ⁊ fortis nimis. Dẽtes ferreos habebat magnos: cometẽs atq; ꝓminuẽs ⁊ reliq̃ pedib⁹ ſuis cõculcãs. Diſſimilis aũ erat ceteris beſtijs q̃s videra añ eã: ⁊ habe bat cornua decẽ. Cõſiderabaz cornua: ⁊ ec-ce cornu aliud puulũ ortũ ẽ de medio eoꝝ ⁊ tria de cornib⁹ primis euulſa ſũt a facie eius. Et ecce oculi eius q̃ſi oculi hominis in cornu iſto: ⁊ os loq̃ns ingẽtia. Aſpici-ebã donec throni poſiti ſũt: ⁊ ãtiquus di-erũ ſedit. Veſtimẽtũ eius cãdidũ q̃ſi nix: capilli capitis eius q̃ſi lana mũda. Thro-nus ei⁹ flãme ignis: rote ei⁹ ignis accen ſus: fluui⁹ igneus rapiduſq; egrediebaũ a facie ei⁹. Milia miliũ miniſtrabãt ei: ⁊ de-cies milies cẽtena milia aſſiſtebãt ei. Ju-diciũ ſedit: ⁊ libri aperti ſũt. Aſpiciebam ꝑpter vocẽ ſermonũ grãdiũ q̃s cornu illõ loq̃baũ. Et vidi q̃m interfecta eſſet beſtia ⁊ periſſet corpus ei⁹ ⁊ ẽditũ eſſet ad cõbu renduz igni: aliaꝝ q̃z beſtiaꝝ ablata eſſet poteſtas: ⁊ tpa vite cõſtituta eſſẽt eis vſq; ad tẽpus ⁊ tẽpus. Aſpiciebaz g̃ in viſione noctis: ⁊ ecce cuz nubib⁹ celi q̃ſi fili⁹ hois veniebat. ⁊ vſq; ad antiquũ diez puenit: ⁊ in conſpectu ei⁹ obtuleũt eũ. Et dedit ei poteſtatẽ ⁊ honorẽ ⁊ regnum: ⁊ omes ꝑpli tribꝰ ⁊ lingue ipi ſeruiẽt. Poteſtas ei⁹ po teſtas eterna q̃ nõ auferetur: ⁊ regnũ ei⁹ q̃ nõ corrumpetur. Horuit ſpũs meus. Ego daniel territus ſũ in bijs: ⁊ viſiones capitis mei conturbaueũt me. Acceſſi ad vnũ de aſſiſtẽtib⁹: ⁊ veritatẽ q̃rebam ab eo de oĩb⁹ bijs. Qui dixit mihi ĩterp̃tacõnem ſmonũ: ⁊ docuit me. Dee q̃tuor beſtie ma-gne: q̃tuor reg̃ ꝓſurgẽt de terra. Suſcipi-ent aũ regnũ ſancti dei altiſſimi: ⁊ obtine-bũt regnũ vſq; in ſeculũ ⁊ ſeculũ ſeculoꝝ. Post hoc volui diligẽter diſcere de beſtia q̃rta: q̃ erat diſſimilis valde ab oĩb⁹ ⁊ ter-ribilis nimis. Dẽtes ⁊ vngues eius ferrei comedebat ⁊ comminuebat: ⁊ reliq̃ pedib⁹ ſuis conculcabat. Et de cornib⁹ decem que habebat in capite. ⁊ de alio quod ortũ fue-rat. ante quod ceciderãt tria cornua: et de cornu illo q̃ habebat oculos ⁊ os loquẽs grãdia: ⁊ maius erat ceteris. Aſpiciebaz: ⁊ ecce cornu illud faciebat bellũ aduerſus ſanctos ⁊ ꝓualebat eis: donec venit anti-quus diez ⁊ iudiciũ dedit ſanctis excelſi: ⁊ tẽp⁹ aduenit ⁊ regnũ obtinuerũt ſancti. Et ſic ait. Beſtia q̃rta. regnũ q̃rtũ erit in terra q̃ maius erit omĩb⁹ regnis: ⁊ deuo rabit vniuerſã terrã: ⁊ cõculcabit et ꝓmi-nuet eã. Horro decez cornua. ipſius regni decem reges erunt ⁊ alí⁹ ꝓſurget poſt eos ⁊ ipſe potẽtior erit priorib⁹: ⁊ tres reges humiliabit. Et ſermones contra excelſum loq̃tur: ⁊ ſanctos altiſſimi cõteret. Et pu-tabit q̃ poſſit mutare tẽpora ⁊ leges: ⁊ tra dẽtur in manu eius vſq; ad tẽpus ⁊ tẽpo-ra ⁊ dimidiũ tẽporis. Et iudiciũ ſedebit vt auferaũ potẽcia ⁊ cõteraũ ⁊ diſperiat vſq; in finem. regnũ aũt ⁊ poteſtas ⁊ magnitu do regni q̃ eſt ſubter omẽ celuz detur ꝑ̃lo ſanctoꝝ altiſſimi cuius regnũ. regnũ ſem-piternũ eſt. ⁊ omes reges ſeruiẽt ei ⁊ obe-dient. Hucuſq; finis ẽbi. Ego daniel mẽtũ cogitacõib⁹ meis ꝓturbabar: ⁊ facies mea mutata eſt in me: verba aũt in corde meo conſeruaui.

Capitulum. VIII.

Anno tercõ regni balthaſar regis viſio apparuit mihi. Ego daniel poſt id q̃ videra in ꝓncipio vidi ĩ viſione mea cũ eſſẽ in ſuſis caſtro q̃ ẽ in helam ciuitate: vidi aũt in viſione eſſe me ſup portam vlai: ⁊ leuaui oculos meos ⁊ vidi. Et ecce aries vnus ſtabat añ paludẽ habens cornua excelſa: ⁊ vnum excelſius altero atq; ſuccreſcens. Poſtea vidi arie-tem cornibus ventilantem contra occidẽ-tem ⁊ contra aquilonem ⁊ contra meridiẽ ⁊ omnes beſtie nõ poterãt reſiſtere ei neq; liberari de manu eius: fecitq; ſecundũ vo-luntatem ſuaz ⁊ magnificatus eſt. Et ego intelligebam. Ecce autem hircus caprarũ veniebat ab occidente ſuper faciem toci⁹ terre: ⁊ nõ tangebat terrã. Horro hircus habebat cornu inſigne inter oculos ſuos. ⁊ venit vſq; ad arietem illum cornutum quem videram ſtantem ante portam: ⁊ cu currit ad eum impetu fortitudinis ſue. Cunq; appropinquaſſet ꝑpe arietem effera tus eſt in eum: ⁊ percuſſit arietem ⁊ com-minuit duo cornua ei⁹ ⁊ nõ poterat ari-es reſiſtere ei. Cunq; eum miſiſſet in terrã cõculcauit ⁊ nemo quibat liberare arietẽ

de manu eius. Hircus aũt capraꝝ magn⁹ factus ẽ nimis. Cũqꝫ creuisset fractum est cornu magnũ: ⁊ orta sũt ꝗtuor cornua sub ter illud ꝑ ꝗtuor vẽtos celi. De vno aũt ex eis egressũ est cornu vnũ modicũ: ⁊ factũ ẽ grãde conꝫ meridiem ⁊ conꝫ orientẽ ⁊ cõꝫ fortitudinem. Et magnificatum ẽ vsqꝫ ad fortitudinẽ celi: ⁊ deiecit de fortitudine et de stellis ⁊ cõculcauit eas: ⁊ vsqꝫ ad princi pem fortitudinis magnificat⁹ẽ. Et ab eo tulit iuge sacrificiũ: ⁊ deiecit locũ sanctifi cacõnis ei⁹. Robur autẽ datũ ẽ conꝫ iuge sacrificiuꝫ ꝓter peccata: ⁊ ꝑsternetur ve ritas in terra: ⁊ ꝑsperabiꝫ ⁊ faciet. Et au diui vnũ de sanctis loquẽtez: ⁊ dixit vnus sanctus alteri nescio cui loquẽti. Vsqueq̃ visio ⁊ iuge sacrificiũ ⁊ peccatũ desolacio nis q̃ facta ẽ ⁊ sanctuariũ ⁊ fortitudo ꝑculcabiꝫ: Et dixit ei. Vsqꝫ ad vesperaꝫ ⁊ ma ne dies duo milia trecẽti: ⁊ mũdabiꝫ san ctuariũ. Factũ ẽ autẽ cũ viderẽ ego daniel visionem ⁊ quererem intelligenciam: ecce stetit in conspectu meo quasi species viri. Et audiui vocẽ viri inter vlai: ⁊ clamauit ⁊ ait. Gabriel fac intelligere istã visionez. Et venit: ⁊ stetit iuxta vbi ego stabã. Cũ qꝫ veniisset: pauens corrui in faciem meã. Et ait ad me. Intellige fili hominis: quo niam in tempore finis complebitur visio. Cũqꝫ loquereꝫ ad me: collapsus sum pro nus in terrã. Et tetigit me ⁊ statuit me in gradu meo: dixitqꝫ mihi. Ego ostendã tibi q̃ factura sint ĩ nouissimo maledictionis: quoniam habet tempus finem suũ. Aries quem vidisti habere cornua: rex medorum est atqꝫ persarum. Porro hircus capraꝝ rex grecoꝝ est: ⁊ cornu grãde qđ erat inter oculos eius ipse est rex primus. Quod aũt fracto illo surrexerũt ꝗtuor pro eo: ꝗtuor reges de gente eius consurgent: sed nõ in fortitudine eius. Et post regnum eoꝝ cuꝫ creuerint iniquitates. cõsurget rex impu dens facie ⁊ intelligẽs ꝓpositiones: ⁊ robo rabiꝫ fortitudo ei⁹ sed nõ in viribꝫ suis. et supꝫ quã credi potest vniuersa vastabit: et ꝑsperabiꝫ ⁊ faciet. Et interficiet robustos ⁊ ꝓpium sanctoruꝫ secundũ volũtatẽ suã: ⁊ diriget dolus in manu ei⁹ ⁊ cor suũ magni ficabit: ⁊ in copia rex omniũ occidit plu rimos. Et conꝫ principem principũ cõsur get: ⁊ sine manu conteret. Et visio vespere ⁊ mane q̃ dicta est vera est. Tu g̃ visionem signa: quia post multos dies erit. Et ego daniel langui ⁊ egrotaui per dies. Cunqꝫ surrexissem faciebaꝝ opa regis: ⁊ stupebã ad visionem: ⁊ non erat q̃ interpretaret.

Capitulum. IX.

In anno primo darij filij assueri de semine medorũ qui imperauit sup regnum chaldeorum anno vni re gni eius ego daniel intellexi in libris nu merum annorum de quo factus est sermo domini ad hieremiam prophetam: vt com plerentur desolacionis hierusalez septua ginta anni. Et posui faciem meam ad do minum deum meum rogare ⁊ deprecari in ieiunijs sacco ⁊ cinere. ⁊ oraui dominum deum: ⁊ confessus sum ⁊ dixi. Obsecro do mine deus magne ⁊ terribilis custodiens pactum ⁊ misericordiam diligentibꝫ te et custodientibus mãdata tua: peccauimus iniquitatem fecimus impie egimus: ⁊ re cessimus ⁊ declinauimus a mandatis tuis ac iudicijs. Non obediuimus seruis tuis prophetis q̃ locuti sunt in nomine tuo re gibus nostris principibus nostris patribꝫ nostris oñiqꝫ populo terre. Tibi domine iustícia: nobis autem confusio faciei sicut est hodie viro iuda ⁊ habitatoribꝫ hieruſa lem ⁊ omni israhel: hijs qui ꝓpe sunt ⁊ hijs qui ꝓcul in vniuersis terris ad quas eie cisti eos ꝓpter iniquitates eoꝝ in qbꝫ pec cauerunt in te domine. Nobis confusio fa ciei: regibꝫ nostris principibꝫ nostris ⁊ pa tribꝫ nr̃is q̃ peccauerũt. Tibi aũt dño deo nr̃o misericordia ⁊ ꝓpiciacõ qz recessimus a te: ⁊ nõ audiuim⁹ vocẽ dñi dei nr̃i vt am bularem⁹ in lege ei⁹ quã posuit nobꝫ ꝑ ser uos suos ꝓphetas: ⁊ oĩs isrl̃ ꝓuaricati sũt legẽ tuã ⁊ declinauerũt ne audirẽt vocem tuaz: ⁊ stillauit sup nos maledictõ ⁊ detestatõ q̃ scripta ẽ in libro moysi serui dei qz peccauim⁹ ei. Et statuit sermones suos q̃s locutus ẽ sup nos ⁊ sup principes nr̃os q̃ iudicaueŕt nos: ⁊ vt supinduceret in nos malũ magnũ q̃le nũq̃ fuit sub oñi celo. se cundũ q̃ factũ est in ibrl̃m: sicut scriptũ ẽ in lege moysi. Oñe malum hoc venit sup nos. Et nõ rogauim⁹ faciẽ tuã dñe de⁹ nr̃: vt reuerteremur ab iniq̃tatibꝫ nr̃is: ⁊ co gitarem⁹ veritatem tuã. Et vigilauit dñs sup malicia: ⁊ adduxit eã sup nos. Justus

dñs deus nr: in omnib⁹ opib⁹ suis q̄ fecit. Nō em̄ audiuim⁹ voc̄ ei⁹. Et nūc dñe de⁹ nr qui eduxisti pp̄lum tuū de terra egipti: in manu forti ꝙ fecisti tibi nom̄ secundū diem hanc: peccauim⁹ iniq̄tat̄ fecim⁹ dñe in om̄em iusticiā tuam. Auertat̄ obsecro ira tua ꝙ furor tuus a ciuitat̄ tua ihr̄lm: ꝙ a monte tuo. Propter peccata em̄ nr̄a ꝙ iniq̄tates p̄m nr̄orū ihr̄lm ꝙ pp̄lus tu⁹ in obprobriū sunt om̄ib⁹ per circuitum nr̄m. Nūc g̈ exaudi deus nr̄ oracōnem serui tui ꝙ p̄ces eius: ꝙ ost̄de faciē tuā sup sanctua riū tuū qđ desertū est. Propter t̄metip̄m inclina deus meus aurē tuā ꝙ audi: aperi oculos tuos ꝙ vide desolationem nr̄am: et ciuitat̄ sup quā inuocatū est nomen tuū. Neq; em̄ in iustificacōnib⁹ nr̄is pstern̄im⁹ p̄ces ant̄ faciem tuā: sed in miseracōnib⁹ tuis multis. Exaudi dñe: placare dñe: attende ꝙ fac. Ne moreris pp̄t̄ t̄metip̄m de⁹ meus: quia nom̄ tuū inuocatus ē sup ciuitat̄ ꝙ sup pp̄lum tuū. Cunq; adhuc loq̄rer ꝙ orar̄ ꝙ cōfit̄rer peccata mea ꝙ peccata pp̄li mei israhel vt pstern̄erem preces meas in conspectu dei mei pro mont̄ sancto dei mei: adhuc loquēte me in oracione mea. ecce vir gabriel quē vidēra in visione a principio cito volans t̄tigit me in t̄pore sacrificij vespertini: ꝙ docuit me ꝙ locutus ē mihi. Dixitq;. Daniel: nunc egressus sum vt docerem te ꝙ intelligeres. Ab exordio precum tuarū egressus est sermo. Ego aut̄ veni vt indicarem tibi: quia vir d̄siderios es. Tu aūt animaduert̄ sermonē: ꝙ intellige visionē. Septuaginta ebdomades abbreuiat̄ sunt sup pp̄lum tuū. ꝙ super vrb̄ sanctā tuā vt cōsumet̄ p̄uaricacō. et finem accipiat peccatū. ꝙ deleat̄ iniq̄tas: ꝙ adducat̄ iusticia sempit̄na et impleat̄ visio ꝙ prophetia: ꝙ vngat̄ sanct⁹ sanctor̄. Scito g̈ et animaduert̄ : ab exitu sermonis vt it̄rū edificetur hierusalem vsq; ad x̄pm ducem ebdomades sept̄ ꝙ ebdomades sexagintadue erūt. ꝙ rursum edificabitur platea et muri in angustia t̄por̄. Et post ebdomades sexagintaduas occidet̄ x̄pc: et nō erit ei⁹ pp̄lus q̄ eū negatur⁹ ē. Et ciuitat̄m ꝙ sanctuariū dissipabit pp̄lus cū duce vēturo: ꝙ finis eius vastitas: ꝙ post finem belli statuta desolacō. Cōfirmabit aūt pactū mltis ebdomada vna: ꝙ in dimidio ebdomadis deficiet hostia ꝙ sacrificium. Et erit in templo abominacō desolacōnis: et vsq; ad consumacōnem ꝙ finem perseverabit desolatio.

Capitulum .X.

Anno t̄cō regni cyri regis psaruz verbū reuelatū est danieli cognomēto balthazar: ꝙ verbū ver̄ ꝙ fortitudo magna: intellexitq; sermonē. Intelligencia enim est opus in visione. In diebus illis ego daniel lugebā triū ebdomadaruz dieb⁹: panē desiderabilem nō comedi: ꝙ caro ꝙ vinum non introierunt in os meum. Sed neq; vngēto vnctus sum: donec complerentur triuz ebdomadar̄ dies. Die aūt vicesima ꝙ quarta mēsis primi eram iuxta fluuiū magnū qui est tigris: ꝙ leuaui oculos meos ꝙ vidi. Et ecce vir vnus vestitus lineis ꝙ renes eius accincti auro obrizo: ꝙ corp⁹ ei⁹ q̄si crisolit⁹ ꝙ facies ei⁹ velut species fulguris: ꝙ oculi ei⁹ vt lampas ardēs: et brachia ei⁹ ꝙ q̄ deorsū vsq; ad pedes q̄si species eris cādētis: ꝙ vox sermonum eius vt vox multitudinis. Vidi aūt ego daniel solus visionē: porro viri q̄ erāt mecū nō viderūt: sed t̄ror min⁹ irruit sup eos ꝙ fugerūt in abscōditum. Ego aūt relict⁹ solus vidi visionē grād̄ hāc: ꝙ nō remānsit in me fortitudo: seb ꝙ spēs mea imutata ē ī me: ꝙ emarcui ꝙ habui q̄cq̄ virium. Et audiui vocē sermonū ei⁹: ꝙ audiēs iacebā cōsternat⁹ sup faciē meam: ꝙ vult⁹ me⁹ herebat t̄re. Et ecce man⁹ t̄tigit me: ꝙ erexit me super genua mea ꝙ sup articulos manuum meaq;. Et dixit ad me. Daniel vir desideriorum intellige ūba q̄ ego loq̄r ad te: ꝙ sta in gd̄u tuo. Nunc em̄ sū missus ad te. Cunq; dixisset mihi sermonē istū steti tremens: ꝙ ait ad me. Noli metuere daniel: q̄r ex die p̄mo q̄ posuisti cor tuū ad intelligēduz vt te affligeres in cōspectu dei tui. exaudita sūt ūba tua: ꝙ ego veni propt̄ ꝓmones tuos. Princeps aūt regni psaq; restitit mihi viginti ꝙ vno diebus: ꝙ ecce michahel un⁹ de p̄ncipib⁹ p̄mis venit in adiutoriū meū: et ego remānsi ibi iuxta regē psaq;. Veni aūt vt docerem te q̄ vētura sūt pp̄lo tuo in nouissimis diebus: qm̄ adhuc visio ī dies p̄t̄lat̄. Cūq; loq̄ret̄ mihi huiuscemodi ūbis: deieci vult̄ meū ad t̄rā. ꝙ tacui. Et ecce q̄si similitudo filij hom̄is t̄tigit labia mea: et aperiēs os meū locut⁹ sum: ꝙ dixi ad eū q̄

stabat contra me .Dñe mi in visione tua dissolute sunt cõpages mee:⁊ nihil in me remãsit viriũ .Et quomodo poterit seruꝰ dñi mei loqui cuꝫ dño meo:Nihil enim in me remãsit viriũ:sed ⁊ halitus meꝰ intercludit .Rursuꝫ ꝺ̃ tetigit me quasi visio hominis:⁊ confortauit me ⁊ dixit.Noli timere vir desideriorꝫ:pax tibi:cõfortare et esto robustus.Cũqꝫ loq̃retur mecũ cõualui ⁊ dixi.Loq̃re dñe mi:qꝛ cõfortasti me. Et ait .Nunqꝺ scis quare venerim ad te: Et nũc reuertar vt p̃lier aduersum p̃ncipem pſaꝫ.Cuꝫ em̃ egrederer apparuit p̃nceps grecorꝫ veniẽs.Verũtamen annũciabo tibi qꝺ exp̃ssum ẽ in scriptura veritatis:⁊ nemo est adiutor meus ĩ om̃ib⁹ hijs: nisi michahel princeps vester

Ca. XI.

Ego autẽ a primo anno darij medi stabã :vt cõfortaretur ⁊ roborare tur.Et nũc veritatẽ annũciabo tibi.Ecce adhuc tres reges stabũt in pſitꝫ: ⁊ q̃rtus ditabitur opib⁹ nimijs sup omnes:⁊ cuꝫ inualuerit diuicijs suis cõcitabit omnes aduersũ regnũ grecie. Surget vero rex fortis ⁊ dominabit potestate mlta:⁊ faciet qꝺ placuerit ei.Et cuꝫ stetterit cõtret regnũ eius:⁊ diuidet in q̃tuor vẽtos celi:sed nõ in posteros eius neqꝫ secũdũ potẽtiã illius q̃ dñatus est .Lacerabit em̃ regnũ eius etiam ĩ externos:exceptis hijs.Et confortabitur rex austri:⁊ de p̃ncipib⁹ eius p̃ualebit super eum. Et dominabitur dicõne:multa em̃ dominatõ eius Et post finem annoꝝ federabũtur .Filiaqꝫ regis austri venit ad regem aquilonis facere amiciciam:⁊ non obtinebit fortitudinem brachij nec stabit semen eius:⁊ tradetur ipa ⁊ qui adduxerunt eam adolescẽtes eius .⁊ qui confortabant eam in tẽporib⁹.Et stabit de germine radicũ eius plãtatõ.Et veniet cuꝫ exercitu ⁊ ingredietur prouinciaꝫ regis aquilonis.⁊ abutet eis. ⁊ obtinebit ĩsuper ⁊ deos eoꝝ ⁊ sculptilia: vasa qꝫ precõsa auri ⁊ argenti captiua ducet in egiptum. Ipse prevalebit aduersus regem aquilonis .Et intrabit in regnum rex austri :⁊ reuertetur ad terram suam. Filij autem eius prouocabũtur:⁊ congregabũt multitudinẽ exercituũ plurimoꝝ. Et veniet ꝑerãs ⁊ inundans ⁊:reuertet ⁊ cõcitabit:⁊ cõgrediet cũ robore eius .Et prouocatus rex austri egrediet ⁊ pugnabit aduersus regẽ aq̃lonis:⁊ p̃parabit mltitudinẽ nimiã ⁊ dabit multitudo in manus eiꝰ:⁊ capiet multitudinẽ ⁊ exaltabit cor eius:⁊ deiciet multa milia:sed non p̃ualebit.Cõuertetur em̃ rex aquilonis :et preparabit multitudinem multomaiorem q̃ prius .Et in fine tẽporꝫ annorũqꝫ veniet ꝑerãs cum exercitu magno ⁊ opib⁹ nimijs. In tẽporib⁹ illis multi ꝓsurgent aduersus regem austri .Filij qꝫ p̃uaricatorũ populi tui extollentur vt impleant visionem ⁊ corruẽt.Et veniet rex aquilonis et cõportabit aggerez:⁊ capiet vrbes munitissimas:⁊ brachia austri non sustinebũt. Et cõsurgẽt electi eius ad resistẽduꝫ:⁊ nõ erit fortitudo.Et faciet veniens super eũ iuxta placitũ suũ:⁊ nõ erit q̃ stet cõtra faciẽ eius.Et stabit in terra inclita ⁊ consumet ĩ manu eiꝰ.⁊ ponet faciẽ suã vt veniat ad tenẽdũ vniversũ regnũ eius:⁊ recta faciet cuꝫ eo.Et filiã feminaꝝ dabit ei vt euertat illud:⁊ nõ stabit nec illiꝰ erit .Et ꝓuertet faciẽ suã ad ĩsulas ⁊ capiet mltas ⁊ cessare faciet p̃ncipem obprobrij sui. Et obprobriũ eius cõuertet ĩ eũ.Et cõuertet faciẽ suã ad ĩperiũ terre sue:⁊ ĩpinguet ⁊ corruet:⁊ nõ ĩuenietur. Et stabit ĩ loco eiꝰ vilissimꝰ ⁊ ĩdignꝰ decore regio:⁊ ĩ paucis diebꝫ ꝓterget ñ ĩ furore nec ĩ pl̃io.Et stabit ĩ loco eiꝰ despectꝰ:⁊ ñ tribuet ei honor regius.Et veniet clam ⁊ obtinebit regnuꝫ ĩ fraudulẽtia :⁊ brachia pugnãtis exp̃ugnãbũt a facie eiꝰ:⁊ ꝓterẽt.Insup ⁊ dux federis.Et post amicicias cũ eo faciet dolũ:et ascẽdet ⁊ supabit ĩ modico pl̃o.⁊ abũdãtes ⁊ vberes vrbes ĩgredietur.Et faciet q̃ nõ fecerũt patres eius:⁊ patres patrum eiꝰ. Rapinas ⁊ predam et diuitias eorũ dissipabit:⁊ contra firmissimas cogitacões iniet ꝓsiliũ:⁊ hoc vsqꝫ ad tẽpus.Et ꝓcitabit fortitudo eiꝰ ⁊ cor eiꝰ aduersus regem austri:ĩ exercitu magno.Et rex austri p̃uocabit ad bellũ mltis auxilijs et fortib⁹ nimis :et ñ stabũt:qꝛ inibũt aduersus eũ ꝓsilia.Et comedẽtes panẽ cuꝫ eo cõterent illũ:exercitusqꝫ eiꝰ oppimet: et cadet interfecti eiꝰ plurimi .Duoꝝ qꝫ regũ cor erit vt malefaciãt: et ad mẽsam vnã loquent mẽdaciũ et nõ ꝓficient:quia adhuc finis in aliud tẽpus.Et reuertet in terrã suam

cum opibꝰ multis: ⁊ cor eius aduersus te-
stamentū sanctū: ⁊ faciet et reuertetur in
terrā suam. Statuto tēpore reuertetur: ⁊
veniet ad austꝝ: ⁊ nō erit priori simile no
uissimū. Et venient sup eum trieres ⁊ ro-
mani ⁊ percuciēt: ⁊ reuertēt. Et indigḃit
cont̄ testamentum sanctuarij ⁊ faciet: re-
uertēturq ⁊ cogitabit aduersum eos qui
dereliq̄rūt testamentū sanctuarij. Et bra-
chia ex eo stabūt: ⁊ polluēt sanctuarium.
fortitudinis ⁊ auferent iuge sacrificiū: et
dabunt abominacōnem in desolacōnē. Et
impij in testamētū similabūt fraudulenter
ꝑplus aūt scies deū suū obtinebit ⁊ faciet:
Et docti in ꝑplo docebūt plurimos: ⁊ ruēt
in gladio ⁊ in flāma ⁊ in captiuitate et in
rapinā ducētur. Cūq corruerint subleua
būtur auxilio ꝑuulo: ⁊ applicabūt eis plu
rimi fraudulēter. Et de eruditis eruent ut
cōflētur ⁊ eligātur ⁊ dealbētur vsq ad tē-
pus ꝑfinitū: qr adhuc aliud tēpus erit. Et
faciet iuxta voluntatē suā rex: et eleuabi
tur et magnificabit aduersus oñem deū.
Et aduersus deū deor loq̄tur magnifica ⁊
dirigeť: donec cōpleat iracūdia. Perpetta
q̄pe ē diffinitō. Et deū pr̄m suor nō repu
tabit: ⁊ erit in cōcupiscēcijs feminar. nec
quēq̄ deorū curabit qr aduersus vniuersa
cōsurget. Deū aūt maozim in loco suo ve
nerabitur: ⁊ deū quē igrauerūt pres eius
colet. auro ⁊ argēto. ⁊ lapide pcōso. rebꝰq
pcioſis. Et faciet vt muniat maozim cum
deo alieno quez non cognouit: ⁊ multipli-
cabit gloriam: ⁊ dabit eis potestatē in mlt̄is: ⁊ terraz diuidet gratuito. Et in tempore
prefinito preliabitur aduersus eū rex au-
stri: ⁊ quasi tempestas veniet contra illuz
rex aquilonis in curribꝰ ⁊ in equitibꝰ ⁊ in
classe magna: ⁊ ingredietur terras ⁊ cōte-
ret ⁊ pertransiet. Et introibit in terrā glo
riosam: ⁊ multi corruent. Hee aūt sole sal-
uabūtur de manu eius: edom ⁊ moab ⁊ pn
cipes filior ammon. Et mittet manū suaz
in terras: ⁊ terra egipti nō effugiet. Et do
minabitur thesaurorum auri ⁊ argenti: ⁊
in omnibꝰ pcioſis egipti. Per libiaz q̄z ⁊
ethiopiam transibit: ⁊ fama turbabit eum
ab oriente ⁊ ab aquilone: ⁊ veniet in mul-
titudine magna vt conterat ⁊ interficiat
plurimos. Et figet tabernaculum suum a
phetuo inter duo maria super montez in-
clitum ⁊ sanctum: ⁊ veniet vsq ad summi
tatē ei⁹: ⁊ nemo auxiliabit ei. Ca. XII.

In tēpore aūt illo cōsurget micha-
hel princeps magnus qui stat pro
filijs populi tui: ⁊ veniet tempus
quale non fuit ab eo ex q̄ gentes esse cepe-
runt vsq ad tempus illud. Et in tempore
illo saluabitur populus tuus: omnis qui
inuētus fuerit script⁹ in libro vite Et mul-
ti de bijs qui dormiūt in terre puluere eui
gilabunt: alij in vitam eternam: ⁊ alij in
obprobrium vt videant semper. Qui autez
docti fuerint fulgebunt quasi splendor fir-
mamenti: ⁊ qui ad iusticiam erudiunt mlt̄
tos. quasi stelle in perpetuas eternitates.
Tu autez daniel claude sermones. ⁊ signa
librum vsq ad tempus statutuz. Plurimi
pertransibunt: ⁊ multiplex erit scientia.
Et vidi ego daniel: ⁊ ecce q̄si duo alij sta-
bant. vnus hinc super ripam fluminis: et
alius inde ex altera ripa fluminis. Et dixi
viro qui erat indut⁹ lineis: qui stabat sup
aq̄s fluminis. Usqueq̄ finis horuz mirabi-
lium! Et audiui virū qui indutus erat li-
neis qui stabat super aquas fluminis: cū
eleuasset dexteram ⁊ sinistram suam in ce-
lum ⁊ iurasset per viuentez ineternū: quia
in tempus ⁊ tempora ⁊ dimidium tempo-
ris. Et cum completa fuerit dispersio na-
uis populi sancti: complebuntur vniuersa
hec. Et ego audiui: ⁊ nō intellexi. Et dixi.
Dñe mi q̄d erit post hec! Et ait. Vade da-
niel: quia clausi sunt signatiq̄ sermones
vsq ad prefinitum tempus. Eligentur et
dealbuntur: ⁊ q̄si ignis probabūtur mlt̄i.
Et impie agent impij: neq̄ intelligēt om-
nes impij. Porro docti intelligent: ⁊ a tē-
pore cum ablatum fuerit iuge sacrificiū ⁊
posita fuerit abominacō in desolacōnem:
dies milleducentinonaginta. Beatus qui
expectat: ⁊ puenit ad dies milletrecentos
trigintaquinq. Tu autem daniel vade ad
prefinitum: ⁊ requiesces ⁊ stabis in sorte
tua in fine dierum. Hucusq̄ danielem in
hebraico volumine legimus: cetera que se-
quūtur vsq ad finem libri de theodocōnis
editōne translata sunt. Ca. XIII.

Erat vir habitās in babilone: et
nomē eius ioachim: ⁊ accepit uxo
rem nomine susannaz filiam hel-
chie pulcram nimis ⁊ timētē deū. Parētes

eñ illius cũ eẽnt iusti erudieñt filiã suam ꝟm legẽ moysi. Erat aũ ioachĩ diues valꝺ ⁊ erat ei pomeriũ vicinũ domui sue: ⁊ ad ipm ꝯfluebãt iudei eo ꝙ eẽt honorabilioꝛ oĩm. Et ꝯstituti sũ duo iudices senes ĩ illo ãno: de qbo locutus ẽ dñs quia egressa ẽ iniqtas de babilone a senioꝛibꝫ iudicibꝫ q̃ videbãtur regere ꝓplm. Jsti freqntabant domũ ioachim: ⁊ veiebãt ad eos oĩes q̃ habebãt iudicia. Cũ aũt ꝓplus reuertisset ꝙ meridiẽ: ingrediebaũ susanna ⁊ deambulabat ĩ pomerio viri sui. Et videbãt eã senes q̃ttidie ingredientẽ ⁊ deãbulantẽ: ⁊ exarseñt in cõcupiscentiã eius. Et euertẽrt sensũ suum: ⁊ declinaueñt oculos suos vt nõ viderẽt celũ: neqꝫ recoꝛdareñ iudicioꝝ iustoꝝ. Erant g̃ ãbo vulnerati amoꝛe eiꝰ: nec indicaueñt sibi vicissim doloꝛẽ suum. Erubescebãt eñ indicare sibi concupiam suã: volẽtes cõcũbere cũ ea. Et obꝟuabãt q̃ttidie soliciti⁹ videre eam. Dixitqꝫ alter ad alterꝝ: eam⁹ domũ qꝛ hora prãdij ẽ. Et egressi recesseñt a se. Cũqꝫ reuertissent veneñt ĩ vnũ: ⁊ scissitãtes abĩuicẽ causã cõfessi sunt ꝯcupiam suã. Et tunc ĩ cõmune statueñt tẽp⁹: qñ eã possent ĩuenire solã. Factuꝫ ẽ aũ cuꝫ obꝟuarẽt diẽ aptum: ingressa ẽ aliqñ sicut heri ⁊ nudiusterci⁹ cũ duabꝫ solis puellis. voluitqꝫ lauari in pomerio. Estus q̃pe erat. Et nõ erat ibi q̃sq̃ ptẽr duos senes absc̃ditos: ⁊ ꝓtẽplantes eã. Dixit g̃ puellis. Afferte mihi oleum et smigmata: ⁊ ostia pomerij claudite vt lauer. Et feceñt sicut preceperat: clauseñtqꝫ ostia pomerij. ⁊ egressi sunt ꝙ posticum vt afferrent que iusserat. Nesciebantqꝫ senes intus esse absconditos. Cum autꝫ essent egresse puelle surrexerũt duo senes: ⁊ accurrerunt ad eam ⁊ dixerunt. Ecce ostia pomerij clausa sunt ⁊ nemo nos videt: ⁊ ĩ concupiscentia tui sumus. Quamobꝛem asentire nobis: ⁊ ꝓmiscere nobiscum. Qꝺ si nolueris: dicemus contra te testimoniũ q̃ fuerit tecum iuuenis: ⁊ ob hanc causã emiseris puellas. Jngemuit susãna ⁊ ait. Anguste sunt mihi vndiqꝫ. Si enim hoc egero moꝛs mihi est: si autem non egero ñ effugiam manus vestras. Sed melius est mihi absqꝫ opeꝛe incitere in manus homi num: q̃ peccare in conspectu domini. Et exclamauit voce mag̃ susanna exclamauerunt autẽ ⁊ senes aduersus eaꝫ. Et cucurrit vnus ad ostia pomerij ⁊ aperuit. Cum g̃ audissent clamoꝛẽ famuli domus in pomerio: irrueñt ꝙ posticũ vt viderent q̃dnam esset postq̃ autꝫ senes locuti sunt erubueñt serui vehemẽter: qꝛ nunq̃ dict⁹ fuerat ꝟmo huiuscemõi de susanna. Et facta est dies crastina. Cunqꝫ veniisset ꝓplus ad virꝝ eiꝰ ioachim: veneñt ⁊ duo p̃sbiteri pleni iniq̃ cogitacõe aduersus susannam vt interficerẽt eã. Et dixeñt coram ꝓplo. Mittite ad susannã filiã helchie vxoꝛẽ ioachim. Et statim miseñt. Et venit cuꝫ paꝛẽtibꝫ ⁊ filijs ⁊ vniuersis cognatis suis. Poꝛro susanna erat delicata nimis ⁊ pulcra specie. At iniq̃ illi iusseñt vt discooperiret: erat eñ coopta: vt vl̃ sic saciarẽtur decoꝛe eius. Flebãt igr̃ sui: ⁊ oĩes q̃ noverãt eã. Cõsurgẽtes autẽ duo presbiteri ĩ medio ꝓplĩ: posueñt manꝰ suas sup caput eiꝰ. Que flẽs suspexit ad celũ. Erat ei cor eiꝰ fiducia hñs in dño. Et dixeñt p̃sbiteri Cũ deãbularemꝰ ĩ pomerio soli. ingressa ẽ hec cũ duabꝫ puell̃. ⁊ clausit ostia pomerij ⁊ dimisit a se puellas. Venitqꝫ ad eam adolescẽs q̃ erat absc̃ditus: ⁊ ꝯcubuit cũ ea. Poꝛro nos cũ eẽmꝰ in ãgulo pomerij videntes iniq̃tatꝫ cucurrimꝰ ad eos: ⁊ vidimꝰ eos piñ ꝯmisceri. Et illũ q̃dẽ nõ quimꝰ ꝯphẽdere qꝛ foꝛtioꝛ nobis erat: ⁊ apto ostio exiliuit. Hãc aũ cũ apprehẽdissemꝰ interrogauimꝰ q̃snã eẽt adolescẽs: ⁊ noluit ĩdicare nobis. Hui⁹ rei testes sumꝰ. Credidit eis mlt̃itudo q̃si senibꝫ ⁊ iudicibꝫ ꝓplĩ: ⁊ ꝯdẽnaueñt eã ad moꝛtẽ. Exclamauit aũ voce mag̃ susãna ⁊ dixit. Deꝰ eterne qui absc̃ditoꝝ es cognitoꝛ q̃ nosti oĩa antq̃ fiãt: tu scis qm̃ falsũ testiõniũ tuleñt ꝓtra me: ⁊ ecce moꝛioꝛ cuꝫ nihil hoꝝ fecerim q̃ isti maliciose ꝯposueñt aduersum me. Exaudiuit aũ dñs vocẽ eiꝰ. Cũqꝫ duceret ad moꝛtem suscitauit dñs spũmsanctũ pueri iunioris cuiꝰ nomẽ daniel: ⁊ exclamauit voce mag̃. Mũdꝰ ego sũ a sãguine huius. Et ꝙersus oĩs ꝓplus ad eũ dixit. Quis est iste sermo quem tu locutus es? Qui cum staret in medio eoꝛum. ait. Sic fatui filij israhel non iudicantes neqꝫ quod veꝝ est cog̃scẽtes cõdẽnastis filiã isrl̃. Reuertimĩ ad iudiciũ: quia falsum testimoniũ locuti sunt aduersus eã. Reuersus est g̃ ꝓplus cũ

festinacõne. Et dixerũt ei senes. Eleni ꝙ sede in medio nr̃m ꝙ indica nobis: quia tibi deus dedit honorẽ senectutis. Et dixit ad eos daniel. Separate illos abiuicẽ ꝓcul: ꝙ dijudicabo eos. Cuz g̃ diuisi essent alter ab altero. vocauit vnum de eis: ꝙ dixit ad eũ. Inueterate diez malox. nũc venerunt peccata tua q̃ operabaris prius. iudicans iudicia iniusta. innocẽtes opprimens ꝙ dimittẽs noxios dicẽte dño: īnocẽtẽ ꝙ iustuz nõ interficies. Nunc g̃ si vidisti eã: dic sub q̃ arbore videris eos colloquẽtes sibi? Qui ait. Sub cino. Dixit autez daniel. Recte mẽtitus es iu caput tuũ. Ecce em̃ ãgelus dei accepta sentencia ab eo scindet te mediũ. Et amoto eo iussit venire aliũ. ꝙ dixit ei. Semen chanaan ꝙ nõ iuda species decepit te: ꝙ cõcupiscẽtia subuertit cor tuũ. Sic faciebatis filiabꝰ israhel: ꝙ ille timentes loq̃bantur vobis: sed nõ filia iuda sustinuit iniquitatẽ vestrã. Nunc g̃ dic mihi sub qua arbore comprehẽderis eos loquẽtes sibi? Qui ait. Sub prino. Dixit autẽ ei daniel. Recte mẽtitꝰ es ꝙ tu in caput tuũ. Manet em̃ ãgelus dei gladiuz hñs vt secet te medium: ꝙ interficiat vos. Exclamauit itaq̃ omnis cetus voce magna ꝙ benedixerũt deũ q̃ saluat sperãtes in se. Et consurrexerũt aduersus duos p̃sbiteros. Conuicerat em̃ eos daniel ex ore suo: falsuz dixisse testimoniũ. Fecerũtq̃ eis sicut male egerant aduersus proximam. vt facerẽt secũdum legem moysi: ꝙ interfecerunt eos. Et saluatus est sanguis innoxius in die illa. Helchias autẽ ꝙ vxor eius laudauerũt deũ pro filia sua susãna cũ ioachim marito eiꝰ ꝙ cognatis omnibꝰ: quia non est inuenta in ea res turpis. Daniel autem factus est magnus in conspectu p̃li a die illa ꝙ deinceps. Et rex astiages appositus est ad pr̃es suos: ꝙ suscepit cyrus perses regnũ eius.

Capitulum. .XIIII.

Erat autẽ daniel conuiua regis: ꝙ honoratus super omnes amicos eius. Erat q̃z ydolum apud babilonios nomineb el: et impendebãtur in eo p dies singulos simile artabe duodecim: et oues q̃draginta: viniq̃ amphore sex. Rex q̃z colebat eũ: ꝙ ibat per singulos dies adorare eum porro daniel adorabat deum suũ Dixitq̃ ei rex. Quare nõ adoras bel? Qui rñdens ait ei. Quia nõ colo ydola manufacta sed viuentẽ deũ: qui creauit celum ꝙ terrã ꝙ habet potestatez omnis carnis. Et dixit rex ad eũ. Nõ videtur tibi esse viuẽs deus? An non vides q̃nta comedat ꝙ bibat quottidie? Et ait daniel arridẽs. Ne erres rex. Iste est em̃ intrinsecus luteus. forinsecus ereꝰ: neq̃ comedit aliq̃n. Et iratꝰ rex vocauit sacerdotes eiꝰ: ꝙ ait eis. Nisi dixeritis mihi q̃s est q̃ comedat impensas has moriemini. Si autẽ ostenderitis q̃ bel comedat hec morietur daniel: quia blasphemauit in bel. Et dixit daniel regi. Fiat iuxta verbum tuum. Erant autem sacerdotes bel septuaginta: exceptis vxoribus et paruulis et filijs. Et venit rex cum daniele in templum belis. Et dixerunt sacerdotes belis. Ecce nos egredimur foras: ꝙ tu rex pone escas ꝙ vinũ misce: ꝙ claude ostiũ ꝙ signa anulo tuo. Et cuz ingressus fueris mane nisi inueneris omnia comesta a bel morte moriemur: vel daniel qui mentitus est aduersum nos. Confidebant autem q̃ fecerant sub mensa absconditũ introitũ: ꝙ per illum ingrediebantur semper ꝙ deuorabant ea. Factum est igitur postq̃ egressi sunt illi et rex posuit cibos ante bel: precepit daniel pueris suis et attulerũt cinerẽ: et cribrauit per totum templum coram rege: et egressi clauserunt hostium: et signãtes anulo regis abierũt. Sacerdotes autẽ ingressi sunt nocte iuxta consuetudinem suam et vxores et filij eoꝝ: et comederunt omnia et biberũt. Surrexit aũt rex p̃mo diluculo: et daniel cũ eo. Et ait rex. Salua ne sũt sig̃cula daniel? Qui rñdit. Salua rex. Statiq̃ cũ apperuisz ostiũ: ītuitꝰ rex mẽsã exclamauit voce mag̃. Magnꝰ es bel: et nõ ẽ apud te dolꝰ q̃sq̃. Et risit daniel: et tenuit regẽ ne īgrederet ītro ꝙ dixit Ecce pauimẽtũ: aīaduerte cuiꝰ vestigia sũt hec. Et dixit rex. Video vestigia virorum et mulierum et īfantiũ. Et iratꝰ ẽ rex. Tũc appr̃hẽdit rex sacerdotes et vxores et filios eorũ: et oñderũt ei abscõdita ostiola p q̃ ingrediebãtur et cõsumebãt q̃ erãt sup mẽsam. Occidit g̃ illos rex: et bel tradidit in potestatẽ danielis: q̃ subuertit eũ et templum eius. Et erat draco in loco illo: et colebãt eum babilonij. Et dixit rex danieli. Ecce nũc non pt̃ dicere qꝝ iste nõ sit tꝰ viuens

Adora ḡ eū. Dixitq; daniel regi. Dñm deum meū adorō: q; ipe ē deus viuens. Iste aūt nō est deus viuēs. Tu aūt rex da mihi potestatē: ⁊ interficiā draconem absq; gladio ⁊ fuste. Et ait rex. Do tibi. Tulit ḡ daniel picem ⁊ adipē ⁊ pilos ⁊ coxit pariter: fecitq; massas ⁊ dedit ī os draconis ⁊ diruptus ē draco. Et dixit daniel. Ecce quē colebatis. Qđ cū audissēt babilonij īdignati sūt vehemētr: ⁊ cōgregati aduersum regez dixerūt. Judeus factus est rex. Bel destruxit: draconē interfecit: ⁊ sacerdotes occidit. Et dixerūt cū venissent ad regē. Trade nobis danielem: alioq;n interficiem⁹ te ⁊ domū tuā. Vidit ḡ rex qđ irruerēt in eū vehemētr: ⁊ necessitate conpulsus tradidit eis danielem. Qui miserūt eū in lacū leonū: ⁊ erat ibi diebꝫ sex. Porro in lacu erāt leones septē: ⁊ dabātur eis duo corpa q̄ttidie ⁊ due oues: ⁊ tūc ñ data sunt eis vt devorarēt danielē. Erat aūt abacuc ꝓpheta in iudea: ⁊ ipe coxerat pulmētū ⁊ intriuerat panes ī alueolo: ⁊ ibat in cāpū vt ferret messoribꝫ. Dixitq; āgel⁹ dñi ad abacuc. Fer prādiū qđ habes ī babilonē danieli: q̄ est ī lacu leonū. Et dixit ad abacuc. Dñe babilōez ñ vidi ⁊ lacū nescio. Et apprehēdit eū āgelus dñi in vertice ei⁹: ⁊ portauit eum capillo capitis sui: posuitq; eū in babilonē sup lacū in impetu spūs sui. Et clamauit abacuc dicens. Daniel serue dei: tolle prandium q̄ misit tibi deus. Et ait daniel. Recordat⁹ es mei deus: ⁊ non dereliquisti diligentes te. Surgensq; daniel comedit. Porro angelus domini restituit abacuc confestim in loco suo. Venit ergo rex die septimo vt lugeret danielem: ⁊ venit ad lacum ⁊ introspexit: ⁊ ecce daniel sedens in medio leonuz. Et exclamauit voce magā rex dicens. Magnus es dñe de⁹ daniel. Et extraxit eum. Porro illos q̄ perditōnis causa fuerāt intromisit ī lacū ⁊ devorati sūt in momento coram eo.

Explicit daniel ꝓpheta. Incipit prologus in librum duodecim prophetarum.

Non itē ordo est duodecim ꝓphetaꝝ apud hebreos q̄ ⁊ apud nos. Vlñ secundum id quod ibi legitur: hic q̄z dispositi sunt. Ozee commaticus est ⁊ q̄si p sentēcias loq̄ns. Joel planus in pncipijs in fine obscurior: ⁊ vsq; ad malachi am bñt singuli ꝓprietates suas: quē esdrā scribam legisq; doctorez hebrei autumāt. Et quia longū est nunc de omnibus dicere. hoc tantum vos o paula ⁊ eustochium ammonitas scire volo vnum librum esse duodecim prophetaꝝ: et ozee sync̄hronon ysaie: malachiā vero aggei ⁊ zacharie fuisse tēporibꝫ. In quibꝫ autez tēpus nō prefertur in titulo: sub illis eos regibus prophetasse sub quibꝫ ⁊ hij qui ātē eos habent titulos prophetauerunt.

Explicit plogus. Incipit ozee ꝓpheta.

Verbum domini qđ factuz est ad ozee filium beeri in diebus ozie ioathā achaz ezechie regum iuda: et in diebꝫ iheroboaz filij ioas regis israhel. Principium loquendi domino in ozee. Et dixit dom⁹ ad ozee. Vade sūme tibi vxorez fornicariam: et fac tibi filios fornicacōnum: quia fornicans fornicabitur terra a domīo. Et abijt et accepit gomer filiam debelaim: ⁊ concepit et peperit ei filium. Et dixit dñs ad eū. Voca nomen eius ihezrahel. Quoniā adhuc modicuz. et visitabo sanguinē ihezrahel super domū iheu et q̄escere faciam regnuz domus israhel. Et in illa die conterā arcum israhel: in valle ihezrahel. Et concepit adhuc: et peperit filiam. Et dixit ei. Voca nomē ei absq; misericordia Quia non addam vltra misereri domui israhel: sed obliuione obliuiscor eorum. Et domui iuda miserebor: et sanabo eos ī domino deo suo: et non sanabo eos in arcu et gladio et bello et in equis et in equitibus. Et ablactauit eam que erat absq; misericordia. Et concepit et peperit ei filiū. Et dixit ei. Voca nomen ei non populus meus. Quia vos non populus meus: et ego non ero vester deus. Et erit numerus filiorum israhel: quasi arena maris q̄ sine mensura est: et non numerabitur. Et erit ī loco vbi dicet eis nō ꝓp̄ls me⁹ vos: dicet eis filij dei viuentis. Et cōgregabūt filij iuda et filij isr̄l pitēr. et ponēt sibimz

caput vnū:ꝙ aſcēdet de tērra:quia magn? dies ihezrahel. ¶ Capitulum. .II.

Dicite fratribꝫ vr̄is populus me?: ꝙ ſoroꝛi veſtre miſericordiā conſecuta. Judicate matrem vr̄am iudicate:qm̄ ipa non ē vxoꝛ mea:ꝙ ego non vir eius. Auferat fornicacōnes ſuas a facie ſua :ꝙ adulteria ſua de medio vberum ſuoꝝ:ne forte expoliem eā nudaꝫ ꝙ ſtatuā eam ſecundum diem natiuitatis ſue:ꝙ ponam eam quaſi ſolitudinem.ꝙ ſtatuam eā velut terram inuiam ꝙ interficiaꝫ eā ſiti: ꝙ filioꝝ illius nō miſereboꝛ.qm̄ filij fornicacōnuꝫ ſunt:qꝛ fornicata eſt mater eoꝝ. Confuſa eſt q̄ concepit eos:quia dixit. Eladam poſt amatoꝛes meos qui dant panes mihi:ꝙ aquas meas lanam meam ꝙ linum meum oleum meum ꝙ potum meum. Proptēr hoc ecce ego ſepiaꝫ viā tuam ſpinis: ꝙ ſepiam eaꝫ maceria. Et ſemitas ſuas nō inueniet:ꝙ ſeq̄tur amatoꝛes ſuos ꝙ nō apprehēdet eos:ꝙ q̄ret eos ꝙ nō inueniet. Et dicet. Eladam ꝙ reuertar ad virum meum priozez :quia bene mihi erat tunc magiſq̄ nūc. Et hec neſciuit :quia ego dedi ei frumentum ꝙ vinum ꝙ oleum ꝙ argentū mul tiplicaui ei ꝙ aurum:q̄ fecerunt baal. Idcirco conuertar ꝙ ſumam frumentū meū in tēpoꝛe ſuo ꝙ vinū meum in tēpoꝛe ſuo: ꝙ liberabo lanam meam ꝙ linū meum que operiebāt ignominiam eius. Et nūc reuelabo ſtulticiā eius in oculis amatoꝝ eius. ꝙ vir non eruet eam de manu mea. Et ceſſare faciam oīe gaudiū eius:ſolennitatē eius neomeniam eius ſabbatū eius ꝙ omnia feſta ꝙ tēpoꝛa eius. Et coꝛrūpam vineam eius ꝙ ficū eius:de quibꝫ dixit. Mercedes hee mee ſūt:quas dederūt mihi amatoꝛes mei. Et ponam eam in ſaltum:ꝙ comedet eā beſtia agri. Et viſitabo ſuper eaꝫ dies baalim quibꝫ accendebat incenſum ꝙ ornabatur inaure ſua ꝙ monili ſuo:ꝙ ibat poſt amatoꝛes ſuos:ꝙ mei obliuiſcebaꝰ dicit dominus. Proptēr hoc ecce ego lactabo eam:ꝙ ducam eam in ſolitudinem. Et loquar ad coꝛ eius:ꝙ dabo ei vinitoꝛes ei? ex eodem loco:ꝙ vallem achoꝛ ad aperiendam ſpem. Et canet ibi iuxta dies iuuētutis ſue:ꝙ iuxta dies aſcenſionis ſue de terra egipti. Et erit in die illo ait dñs vocabit me vir meus :ꝙ non vocabit me vltra baalim. Et auferaꝫ nomina baalim de oꝛe eius:ꝙ nō recordabiꝰ vltra nominis eoꝝ. Et percuciā cū eis fedus in die illa:cū beſtia agri ꝙ cum volucre celi ꝙ cū reptili terre. Et arcum ꝙ gladium ꝙ bellum conterā de terra:ꝙ dormire eos faciā fiducialiter. Et ſponſabo te mihi in ſempiternū:ꝙ ſpōſabo te mihi in iuſticia ꝙ iudicō ꝙ in miſericoꝛdia ꝙ miſeratōnibꝫ. Et ſponſabo te mihi in fide:ꝙ ſcies quia ego dñs. Et erit:in die illa exaudiā dicit dominus. Exaudiaꝫ celos ꝙ illi exaudient terram:ꝙ terra exaudiet triticum ꝙ vinum ꝙ oleum:ꝙ hec exaudient ihezrahel. Et ſeminabo eam mihi in terraꝫ:ꝙ miſereboꝛ eius que fuit abſq̄ miſericoꝛdia. Et dicam non populo meo populus meus es tu :ꝙ ipſe dicet deus meus es tu. ¶ Capitulum. III.

Et dixit domin? ad me. Adhuc vade:ꝙ dilige mulierē dilectam amico ꝙ adulteram ſicut diligit dominus filios iſrahel :ꝙ ipſi reſpectāt ad deos alienos ꝙ diligunt vinacia vuaꝝ. Et fodi eam mihi quindecim argētēis ꝙ choꝛo oꝛdei ꝙ dimidio choꝛo oꝛdei :ꝙ dixi ad eam. Dies multos expectabis me. Non fornicaberis ꝙ non eris viro:ſed ꝙ ego expectabo te. Quia dies multos ſedebunt filij iſrahel. ſine rege ꝙ ſine principe ꝙ ſine ſacrificio et ſine altari:ꝙ ſine ephot ꝙ ſine theraphim. Et poſt hec reuertētur filij iſrahel :ꝙ querent dominum deum ſuum ꝙ dauid regeꝫ ſuum:ꝙ pauebūt ad dominum ꝙ ad bonuꝫ eius in nouiſſimo diebꝫ. ¶ Ca. .IIII.

Audite verbuꝫ domini filij iſrahel: quia iudicium domino cum habitatoꝛibꝫ terre. Non eſt enim veritas:et non eſt miſericoꝛdia:et non eſt ſcientia dei in terra. Maledictum et mendacium et homicidium et furtum et adulteriu n inundauerunt:et ſanguis ſanguinē tetigit. Proptēr hoc lugebat terra:et īfirmabitur omnis qui habitat in ea. In beſtia agri et in volucre celi:ſed ꝙ piſces maris congꝛegabuntur. Ueruntamen vnuſquiſq̄ non iudicet: et non arguatur vir. Populus enim tuus ſicut hij:qui contradicunt ſacerdoti. Et coꝛrues hodie:et coꝛruet etiam ꝓpheta tecuꝫ. Nocte tacere feci matrē tuā. Cōticuit ꝓp̄us meus:eoq̄ non habuerit ſciaꝫ. Quia tu ſciētiā repuliſti:

repellam te ꝙ ego ne ſacerdotꝯ fũgaris mihi. Et oblita es legis dei tui: obliuiſcar filioꝝ tuoꝝ ꝙ ego. Secũdum multitudinem eoꝝ ſic peccauerũt mihi :gloriã eoꝝ in igmíniã cõmutabo. Peccata ꝑpli comedent. ꝙ ad iniquitatem eoꝝ ſubleuabũt animas eorum. Et erit: ſicut ꝑplus ſic ſacerdos. Et viſitabo ſuper eum vias eius: ꝙ cogitatõnes eius reddam ei. Et comedent ꝙ non ſaturabuntur. Fornicati ſunt ꝙ non ceſſauerunt :quoniam dominũ reliquerunt in non cuſtodiendo. Fornicacõ ꝙ vinũ ꝙ ebrietas auferũt cor. Populus meus in ligno ſuo interrogauit: ꝙ baculus eius annunciauit ei. Spũs eniꝫ fornicacionum decepit eos: ꝙ fornicati ſunt a deo ſuo. Super capita montiũ ſacrificabant : ꝙ ſuper colles accendebant thimiama ſubtus quercum ꝙ populũ ꝙ therebintũ: quia bona erat vmbra eius . Ideo fornicabuntur filie veſtre: ꝙ ſpõſe veſtre adultere erunt . Non viſitabo ſuper filias veſtras cum fuerint fornicate ꝙ ſuper ſponſas veſtras cum adulteraverint: quoniam ipi cum meretricib⁹ vesſabantur : ꝙ cum effeminatis ſacrificabãt. Et populus nõ intelligens vapulabit. Si fornicaris tu iſrahel: non delinquas ſaltꝫ iuda. Et nolite igredi i galgala: ꝙ ne aſcẽderitis i bethauen: neq; iuraueritis viuit dominus. Quoniam ſicut vacca laſciuiẽs declinauit iſrahel . Nunc paſcet eos dominus: quaſi agnũ iu latitudine . Particeps ydoloꝝ effraim: dimitte eum . Separatum eſt conuiuium eorũ: fornicacione fornicati ſunt: dilexerunt afferre ignominiã protectores eius. Ligauit eum ſpũs in alis ſuis: ꝙ pfũdent a ſacrificijs ſuis

Ca. V.

Audite hoc ſacerdotes ꝙ attendite dom⁹ iſrahel: ꝙ dom⁹ regis auſcultate: quia vobiſcum iudicium eſt. Quoniam laqueus facti eſtis ſpeculacioni: ꝙ ſicut rethe expanſum ſubter thabor: ꝙ victimas declinaſtis i profundũ . Et ego erudito⁹ omnium eoꝝ. Ego ſcio ephraim: ꝙ iſrahel non eſt abſconditus a me . Quia nunc fornicatus eſt ephraim: cõtaminat⁹ eſt iſrl. Nõ dabũt cogitacões ſuas vt cõuertãtur ad deũ ſuũ: qꝛ ſpũs fornicacõnũ in medio eoꝝ: ꝙ dñm non cognouerũt. Et reſpondebit arrogancia iſrl in facie eius. ꝙ iſrl ꝙ ephraiꝫ ruent i iniqtate ſua. Ruet etiã iuda cum eis. In gregib⁹ ſuis ꝙ in armẽtis ſuis vadẽt ad querendũ dñm: ꝙ nõ inuenient. Ablatus eſt ab eis. In dño preuaricati ſũt: quia filios alienos genuerũt. Nunc deuorabit eos menſis cuꝫ partibus ſuis. Clangite bucina in gabaa: tuba in rama. Ululate in bethauen: poſt tergũ tuum beniamin. Ephraim in deſolacõe erit. In die correptõnis in tribub⁹ iſrahel oſtendi fidẽ. Facti ſũt pncipes iuda q̃i aſſumẽtes terminum: ſuper eos effundã quaſi aquaꝫ iram meam. Calumniam paciẽs eſt ephraĩ fractus iudicio: quoniam cepit abire poſt ſordes. Et ego quaſi tinea ephraim ꝙ quaſi putredo domui iuda . Et vidit ephraim languorem ſuum : ꝙ iudas vinculum ſuũ. Et abijt ephraim ad aſſur: ꝙ miſit ad regẽ vltorꝫ. Et ipe nõ poterit ſanare vos: nec ſoluere poterit a vobis vinculũ. Quoniaꝫ ego quaſi leena ephraim: ꝙ quaſi catulus leonis domui iuda. Ecce ego capiam ꝙ vadam: tollam ꝙ non eſt qui eruat . Gladens reuertar ad locũ meum: donec deficiatis. ꝙ queratis faciem meaꝫ.

Ca . VI.

In tribulacõne ſua mane ꝟſurgẽt ad me. Gleite ꝙ reuertamur ad dominũ: qꝛ ipſe cepit ꝙ ſanabit nos: percuciet ꝙ curabit nos. Viuificauit nos poſt duos dies: i die tercia ſuſcitabit nos: ꝙ viuemus i cõſpectu eius: ſciemus ſeque murq;: vt cognoſcamus dñm. Quaſi diluculum ꝑparatus eſt egreſſus eius: ꝙ veniet quaſi ymber nobis tẽporaneus ꝙ ſerotin⁹ terre. Quid faciã tibi ephraim: qd faciam tibi iuda: Miſericordia vꝛa q̃ſi nubes matutina: ꝙ quaſi ros mane ptrãſiẽs . Propt hoc dolaui in ꝓphetis: ꝙ occidi eos in verbis oris mei: ꝙ iudicia tua quaſi lux egredientur. Quia miſericordiam volui ꝙ non ſacrificium: ꝙ ſcientiã dei pluſq̃ olocauſtũ Ipſi autem ſicut adam tranſgreſſi ſunt pactum : ibi preuaricati ſunt in me . Galaad ciuitas operantium ydolum ſuplantata ſanguine: ꝙ quaſi fauces virorum latronũ Particeps ſacerdotum in via interficientiũ : ꝑgẽtes de ſichem quia ſcel⁹ opati ſũt. In domo iſrahel vidi horrendũ. Ibi fornicacões ephraim: contaminatus ẽ iſrahel Sed ꝙ iuda pone meſſem tibi : cum ꝓuertero captiuitatem populi mei.

Capitulum. .VII.

Olim sanare vellem israhel reuelata ē iniquitas ephraim ⁊ malicia samarie: quia operati sūt mendaciū. Et fur ingressus est spolians: latrunculus foris. Et ne forte dicāt in cordibus suis: omnem maliciā eor me recordatum. Nūc circūdederūt eos adinuētiones sue: corā facie mea factæ sūt. In malicia sua letificauerūt regē: ⁊ in mēdacijs suis pncipes. Omnes adulterātes: q̄si clibanus succēsus a coquente. Quieuit paululū ciuitas a commixtione fermēti: donec fermētaret totuz. Dies regis nr̄i: ceperūt principes furere a vino. Extēdit manū suā cū illusoribus: qr applicuerūt q̄si clibanū cor suū cū insidiaretur eis. Tota nocte dormiuit coquens eos mane ipe succensus quasi ignis flamme. Omnes calefacti sūt q̄si clibanus. ⁊ deuorauerūt iudices suos. Omnes reges eor ceciderūt nō est q̄ clamet in eis ad me. Ephraim in pplis ipe cōmiscebatur. Ephraim factus ē subcinerici⁹ panis: q̄ nō reuersa. Comederunt alieni robur ei⁹: ⁊ ipe nesciuit. Sed ⁊ cani effusi sunt in eo: ⁊ ipe ignorauit. Et humiliabit superbia israhel in facie eius. Nec reuersi sūt ad dnm deū suū: ⁊ ñ q̄sierūt eū in omnibus his. Et factus est ephraim q̄si colūba seducta: non hns cor. Egiptū inuocabāt: ad assirios abierunt. Et cū profecti fuerint expandam sup eos rethe meū: ⁊ q̄si volucrē celi detrahā eos. Cedam eos secundū auditionē cetus eor. Ve eis: quoniā recesserūt a me. Vastabunt quia preuaricati sunt in me. Ego redemi eos: ⁊ ipsi locuti sunt contra me mēdacia Et non clamauerunt ad me in corde suo: sed vlulabant in cubilibus suis. Super triticum ⁊ vinum ruminabant: ⁊ recesserūt a me. Et ego erudiui eos: ⁊ cōfortaui brachia eorū: ⁊ in me cogitauerunt maliciā. Reuersi sūt vt essent absq; iugo: facti sūt quasi arcus dolosus. Cadent i gladio pncipes eorum: a furore lingue sue. Ista subsannatio eorum in terra egipti.

Capitulum. VIII.

In gutture tuo sit tuba quasi aq̄la super domum domini: pro eo q transgressi sunt fedus meum. ⁊ legē mea puaricati sunt. Me inuocabunt de⁹ meus: cognouim⁹ te israhel. Protecit israhel bonum: inimicus persequetur eum. Ipsi regnauerunt ⁊ non ex me: principes extiterunt ⁊ non cognoui. Aur suū ⁊ argētuz suū fecerūt sibi ydola: vt interirēt. Proiectus est vitulus tuus samaria. Iratus est furor meus in eis. Vsqueq̄ non poterunt emūdari? Quia ex israhel ⁊ ipe est. Artifex fecit illum: ⁊ non est deus. Quoniam in aranearum telis erit vitulus samarie: quia ventum seminabunt: ⁊ turbinem metent. Culmus stans. non est in eo germen: non faciet farinam. Quod ⁊si fecerit: alieni comedent eam. Deuoratus est israhel. Nunc factus est in nationib⁹ quasi vas immundum: quia ipi ascenderunt ad assur Onager solitari⁹ sibi ephraim. Munera dederūt amatoribus suis: sed ⁊ cū mercede conduxerunt nationes. Nunc congregabo eos: ⁊ quiescent paulisper ab onere regis ⁊ pncipū. Quia multiplicauit ephraim altaria ad peccandū: facte sunt ei are in delictum. Scribam eis multiplices leges meas: que velut aliene cōputate sūt. Hostias offerent: immolabūt carnes ⁊ comedēt: ⁊ dns ñ suscipiet eas. Nūc recordabit iniq̄tatis eor: ⁊ visitabit pcta eor. Ipi in egiptū puertēt. Et oblit⁹ ē israhel factoris sui: ⁊ edificauit delubra: ⁊ iudas multiplicauit vrbes munitas. Et mittā ignez in ciuitates eius: ⁊ deuorabit edes illius.

Capitulum. .IX.

Noli letari israhel: noli exultare sicut pli. qr fornicat⁹es a deo tuo. Dilexist mercedē sup omnes areas tritici. Area ⁊ torcular nō pascet eos. ⁊ vinū mēcietur eis. Non habitabūt in terra domini. Reuersus est ephraim in egiptū: ⁊ in assirijs pollutum comedit. Non libabunt domino vinum: ⁊ non placebunt ei. Sacrificia eorum quasi panis lugentiū. Omnes q̄ comedūt eū cōtaminabūt: qr panis eor aie ipsor: nō intrabit i domū dni. Quid facietis in die solenni: i die festiuitatis domini? Ecce em̄ profecti sunt a vastitate. Egiptus congregabit eos: memphis sepeliet eos. Desiderabile argētū eor vrtica hereditabit: lappa i tabnacul' eor. Venerūt dies visitacōis: venerūt dies retribucōis. Scitote isral' stultū pphetā: insanū vir spūalē. Propt multitudinē iniq̄tatis tue. ⁊ multitudo amēcie tue. Speculator ephraī cum deo meo: pphete laqus ruine factus

est sup omnes vias eius. Insania in domo dei eius. Profũde peccauerũt: sicut i diebꝫ gabaa. Recordabit iniq̃tatis eoꝝ: ⁊ visitabit peccata eoꝝ. Quasi vuaꝫ in deserto inueni israꝫ. qsi pma poma ficulnee: i cacumine ei⁹ vidi pres eoꝝ. Ipi aũt intrauerunt ad beelphegor: ⁊ abalienati sũt in cõfusionez ⁊ facti sũt abominabiles sicut ea q̃ dilexerũt. Ephraim q̃si auis auolauit. Gla eorũ a partu: ⁊ ab vtero ⁊ a cõceptu. Quod ⁊si enutrierĩt filios suos absq; liberis eos faciã in homĩbꝫ. Sed ⁊ ve eis: cum recessero ab eis. Ephraim vt vidit: tyrus erat fundata i pulcritudie. Et ephraim educet ad interfectõem filios suos. Da eis domine. Quid dabis eis? Da eis vuluam sine liberis: ⁊ vbera arẽtia. Omnes nequicie eoꝝ in galgal: qr ibi exosus habui eos. Propter maliciã adiuẽcionũ eoꝝ: de domo mea eiciã eos. Nõ addã vt diligã eos. Omnes pncipes eoꝝ recedẽtes. Percussus ẽ ephraim radix eoꝝ exiccata ẽ. Fructũ neq̃ faciẽt. Qd ⁊si genuerint: interficiã amantissima vteri eoꝝ. Abiciet eos dns de⁹ me⁹ qr nõ audierũt eũ: ⁊ erunt vagi in nacionibus.

Capitulum. .X.

Vitis frõdosa israel: fruct⁹ adeq̃t⁹ ẽ ei scdm multitudinẽ fructus sui multiplicauit altaria: iuxta vbertatẽ terre sue exuberauit simulacris. Diuisũ ẽ cor eoꝝ: nũc interibit. Ipe cõfrĩget simulacꝛ eoꝝ. depopulabit aras eoꝝ. Quia nũc dicẽt: nõ ẽ rex nobis. Nõ em timem⁹ deũ. Et rex quid faciet nobis? Loqmĩ verba visionis iutil': ⁊ ferietis fedus. ⁊ germinabit q̃si amaritudo iudiciũ super sulcos agri. Vaccas bethauen coluerũt hĩtatores samarie. quia luxit super eũ popul⁹ eius ⁊ editui eius super eũ exultauerunt in gloria eius. quia migrauit ab eo. Siquidem ⁊ ipse ni assur delatus est mun⁹ regi vltori. Confusio ephraim capiet: ⁊ confundetur israel in voluntate sua. Transire fecit samaria regem suum: quasi spumam sup faciem aque. Et disperdentur excelsa ydoli peccatum israel. Lappa ⁊ tribulus ascendet super aras eorum. Et dicent montibꝫ operite nos: ⁊ collibꝫ cadite super nos. Ex diebꝫ gabaa peccauit israꝫ. Ibi stetẽrũt. Nõ comprehendet eos in gabaa: prelиuz super filijs iniquitatis. Iuxta desiderium meum corripiam eos. Congregabũtur super eos populi: cum corripientur pter duas iniquitates suas. Ephraim vitula docta diligere triturам: ⁊ ego transiui super pulcritudinem colli eius. Ascendam sup ephraim. Arabit iudas: cõfringet sibi sulcos iacob. Seminate vobis in iusticia: ⁊ metite in ore misericordie: inuocate vobis nouale. Tempus autem requirendi dominum: cuz venerit qui docebit vos iusticiã. Arastis impietatem: iniquitatem messuistis: comedistis frugem mendacij. Quia confisus es in vijs tuis: ⁊ in mltitudine fortiũ tuoꝝ. Consurget tumultus in populo tuo ⁊ omnes municiones tue vastabuntur sicut vastatus est samaria. a domo eius qui iudicauit bala: in die prelij matre super filios allisa. Sic fecit vob bethel: a facie malicie nequiciarum vestrarum.

Capitulum. .XI

Sicut mane transit. pertransit rex israel: qr puer israel ⁊ dilexi eũ: ⁊ ex egipto vocaui filium meum. Vocauerunt eos: sic abierunt a facie eoꝝ. Baalim immolabant: ⁊ simulacris sacrificabãt. Et ego q̃si nutritus ephraim. Portabam eos in brachijs meis: ⁊ nescierunt q curarem eos. Infuniculis adaꝫ trahaꝫ eos: in vinculis caritatis. Et ero eis quasi exaltans iugum super maxillas eorum: ⁊ declinaui ad eum vt escaretur. Non reuertetur in terram egipti: ⁊ assur ipse rex eius quoniam noluerunt conuerti. Cepit gladius in ciuitatibꝫ eius: ⁊ consumet electos eius: ⁊ comedet capita eorum. Et populus meus pendebit ad reditum meum. Jugum autez imponetur eis simul: quod non auferetur. Quomodo dabo te ephraim ptegaz te israꝫ? Quomõ dabo te? Sicut adama: ponã te vt seboim. Conuersuz est in me cor meũ piter: pturbata ẽ penitudo mea. Nõ faciã furorẽ ire mee. Nõ puertar vt disperdaz ephraim: qm̃ ego deus ⁊ non homo. In medio tui sanct⁹: ⁊ nõ ingrediar ciuitatem. Post dnm ambulabunt. Quasi leo rugiet: qr ipse rugiet ⁊ formidabũt filij maris. Et auolabũt q̃si auis ex egipto: et q̃si colũba de tra assirioꝝ. ⁊ collocabo eos i domibꝫ suis dicit dns. Circũdedit me ephraim i negociacione: ⁊ i dolo dom⁹ israꝫ. Judas aũt testis descẽdit cũ deo: ⁊ cũ sanctis

fidelibus

Capitulum .XII.

ritis:Rndērūt ei. Ihm nazarenum.
Dicit eis ihs.Ego ſum.Stabat aūt
⁊ iudas qui tradebat eū cum ipis.Ut
g dixit eis ego ſum:abierūt retrorſū.
⁊ ceciderūt in terrā. Iterum g̈ interr=
rogauit eos.Quē queritis:Illi autē
dixerunt. Ihm nazarenum. Reſpon
dit ihs.Dixi vobis:quia ego ſū. Si
g̈ me queritis:ſinite hos abire.Ut i=
pleretur ſermo quem dixit:q̄ q̄s de=
diſti mihi nō pdidi ex eis quenq̄.d.
Simon ergo petrus habens gladiū
eduxit eum :⁊ percuſſit pontificis ſ=
uum:⁊ abſcidit eius auriculam dex=
teram. Erat autē nomen ſeruo mal=
chus.e. Dicit ergo ihs petro. Mitte
gladium tuū in vaginam.Calicē quē
dedit mihi pater:ñ vis vt bibā illuz:
.f.Cohors autē et tribun⁹ et miniſtri
iudeorum:pprehenderūt ihm:⁊ liga=
uerunt eum.g.et adduxerūt eum ad
annā pmū.Erat enim ſocer cayphe:
qui erat pontifex āni illius. Erat aūt
cayphas qui conſiliū dederat iudeis:
quia expedit vnum hominē mori p
populo.h.Sequebaf autē ihm ſimō
petrus:⁊ alius diſcipulus.i.Diſcipu
lus aūt ille erat notus pontifici:⁊ i=
troiuit cū ihu in atriū pontificis.k.
Petrus aūt ſtabat ad oſtiuz foris.l.
Exiuit ergo diſcipulus alius q̄ erat
notus pontifici:et dixit hoſtiarie:et
introduxit petrum.m.Dicit ergo pe
tro ancilla oſtiaria. Nūquid et tu ex
diſcipulis es hominis iſtius:Dicit il
le.Non ſum.n. Stabāt autem ſerui
⁊ miniſtri ad prunas(q̄ frig⁹ erat)
et calefaciebant ſe.Erat aūt cum eis
et petrus:ſtans et calefaciens ſe.Pō
tifex ergo interrogauit ihm de diſci=
pulis ſuis:et de doctrina eius.o.Re=

ſpōdit ei ihs.Ego palā locut⁹ ſū mū=
do.Ego ſemp docui i ſynagoga ⁊ i tē
plo quo oēs iudei conueniūt:et in ocul
to locut⁹ ſuz nihil.p.Quid me interro
gas:Interroga eos q̄ audierūt:quid
locut⁹ ſim ipis.Ecce hij ſciūt:q̄ dixe=
rim ego.q.Hec aūt cū dixiſſet:vn⁹ aſſi
ſtēs miſtroꝝ dedit alapā ihu dicens.
Sic rndes pōtifici.r.Rndit ei ihus.
Si male locutus ſū: teſtimoniū phi
be de malo. Si aūt bñ:q̄d me cedis:
.s.Et miſit eū ānas ligatum ad cay=
phan pōtificē.t.Erat aūt ſimō petr⁹
ſtās:⁊ calefaciēs ſe.Dixerūt ergo ei.
Nunq̄d et tu ex diſcipulis ei⁹ es:Ne=
gauit ille ⁊ dixit.Non ſū. Dicit vnus
ex ſeruis pontificis: cognatus eius
cui⁹ abſcidit petrus auriculā. Nōne
ego te vidi in orto cū illo: Iterꝝ ergo
negauit petr⁹:⁊ ſtatim gall⁹ cātauit.
.u.Adducūt ergo ihm ad cayphan i
pretorium.Erat autē mane.x.Et ipi
non introierunt in pretorium vt nō
cōtaminarenf: ſed vt manducarent
paſca.Exiuit ergo pilatus ad eos fo=
ras ⁊ dixit. Quā accuſacōnem affer=
tis aduerſus hoiem hūc:Rndērunt:
⁊ dixerunt ei.Si non eſſet h malefa=
ctor:non tibi dedidiſſemus euz. Dicit
g eis pilatus. Accipite eum vos:⁊ ſe
cundū legem veſtrā iudicate eū.Dix
eruut g ei iudei.Nobis nō licet inter
ficere quēq̄. Ut ſermo ihu impleret
quē dixit:ſignificans qua morte eſſz
moriturus.y. Introiuit ergo iterꝝ in
pretoriū pilatus:⁊ vocauit ihm:⁊ di
xit ei.Tu es rex iudeoꝝ: Reſpondit
ihs.A temetipo hoc dicis:an alij di=
xerunt tibi de me.z.Rndit pilat⁹.Nū
quid ego iud⁹ ſum:Gens tua ⁊ pon=
tifices dediderūt te mihi. Quid feciſti:
Rndit ihs. Regnū meū nō eſt de hoc
mundo.Si ex hoc mūdo eſſet regnuz
meū:miſtri mei vtiq; decertarēt vt ñ
traderer iudeis.Nunc autem regnum
meū non eſt hinc.a.Dixit ei itaq; pi=
latus.Ergo rex es tu:Rndit ihs.Tu
dicis:q̄ rex ſum ego.b.Ego i hoc na
tus ſum.et ad hoc veni in mundum
vt teſtimoniū phibeam veritati.Oīs
qui eſt ex veritate audit vocē meaz.
Dicit ei pilat⁹ Quid ē veritas:Et cū
hoc dixiſſz: iterꝝ exiuit ad iudeos.c.⁊

x
.p.Joh.clxxj
j
.q.Jo. clxxij
Math.cccxiij
Mc.cxciiij Lu
ccxciiij. x
.r.Jo.clxxiij
j
.s.Jo. clxxiiij
Mc.cccvj Mc
clxxxviij.Lu.c
cxc. j
.t.Joh.clxxv
Mc.cccxv.M
cxcvj.Lu.ccx
ij.
j
.u.Jo.clxxvj
Maſ.cccxviij
Mc.cxcix Lu
ccc. x
.x.Jo.clxxviij

j
.y.Jo clxxviij
Mc.cccxx.Mc
cc.Lu.cccij
x
.z.Jo. clxxix

iiij
.a. Jo. clxxx
Mc cccxxj Mc
ccj. x
.b.Jo. clxxxj
ix
.c.Jo.clxxxij
⁊.cccvij. Luce
ccciij.

dicit eis. Ego nullã inuenio ĩ eo cau
sam.a. Est autem consuetudo vobis.
vt vnũ dimittã vobis in pascha. Vul
tis g dimittam vobis regem iudeorũ
.b. Clamauerunt g rursum omes di-
cẽtes. Non hunc: sed barraban. Erat
autem barrabas latro.

Capitulũ. .XIX.

Tunc ergo aprehendit pilat9
ihum: et flagellauit. Et mili-
tes plectentes coronaz de spi
nis imposuerunt capiti eius: et veste
purpurea circumdederũt eum. Et ve
niebant ad eum: 7 dicebant. Aue rex
iudeorum. Et dabant ei alapas. c. Ex
iuit iterum pilatus foras: 7 dicit eis
Ecce adduco vobis eum foras: vt co
gnoscatis quia nullam inuenio in eo
causam. d. Exiuit ergo ihus portans
spineam coronam: 7 purpureum ve
stimentum. Et dicit eis. Ecce homo.
.e. Cum g vidissent eum pontifices 7
ministri: clamabant dicentes. Cruci-
fige: crucifige eum. f. Dicit eis pilat9
Accipite eũ vos: 7 crucifigite. g. Ego
em nõ inuenio in eo causã. h. Respõ-
derunt ei iudei. Nos legem habemus
7 secunduz legem debet mori: quia fi-
lium dei se fecit. i. Cum ergo audisset
pilatus hunc sermonẽ: magis timuit
Et ingressus est in pretorium iteruz:
7 dicit ad ihum. Unde es tu? Ihus aũ
responsum non dedit ei. k. Dicit er-
go ei pilatus. Mihi nõ loqueris? Ne-
scis quia potestatem habeo crucifige
re te. 7 potestatez habeo dimittere te
Respondit ihus nõ haberes potesta-
tem aduersum me vllam: nisi tibi da
tũ esset desup. Propterea qui me tra
didit tibi maius peccatum habet. Et
exinde querebat pilat9 dimittere eũ.
Judei autem clamabant dicẽtes. Si
hũc dimittis: non es amicus cesaris
Omnis em qui se regem facit. ptradi
cit cesari. Pilatus autẽ cum audissez
hos sermones adduxit foras ihum: 7
sedit p tribunali in loco qui dicitur
lythostratos. hebraice autẽ gabatha
Erat autem parasceue pasche: hora
quasi sexta. l. et dicit iudeis. Ecce rex
vester. Illi autem clamabant. Tolle
tolle: crucifige eum. m. Dicit eis pi-
latus. Regem vestrum crucifigam?

Responderunt pontifices. Non habe
mus regem: nisi cesarem. n. Tunc er-
go tradidit eis illum: vt crucifigere-
tur. o. Susceperunt autem ihum: et
eduxerunt. Et baiulans sibi crucem
exiuit in eum qui dicitur caluarie lo
cum: hebraice golgotha. Ubi crucifi-
xerunt eum. p. et cum eo alios duos
hinc 7 hinc: medium autem ihum. q.
Scripsit autem 7 titulum pilatus: et
posuit super crucem. Erat autẽ scri-
ptum: ihus nazarenus rex iudeoz. r.
Hũc ergo titulum multi iudeoz lege
runt: quia prope ciuitatez erat locus
vbi crucifixus est ihus. Et erat scri-
ptũ hebraice. grece 7 latine. Dicebãt
ergo pilato pontifices iudeoz. Noli
scribere rex iudeoz: sed quia ipse di-
xit: rex sum iudeoz. Respondit pila-
tus. Quod scripsi scripsi. s. Milites g
cum crucifixissent eum acceperũt ve
stimenta eius: 7 fecerunt quatuor p-
tes: vnicuiq3 militi partem. 7 tunicã
Erat autem tunica inconsutilis: desu
per contexta per totum. Dixerũt er-
go adinuicem. Non scindamus eam:
sed sortiamur de illa cuius sit. Ut scri
ptura impleretur dicens. Partiti sũt
vestimenta mea sibi: 7 in vestem meã
miserunt sortem. Et milites quidem
hec fecerunt. t. Stabant autez iuxta
crucem ihu mater eius: 7 soror mris
eius maria cleophe 7 maria magda-
lene. Cum vidisset ergo ihus matrez
et discipulum stantem quem dilige-
bat: dicit matri sue. Mulier: ecce filius tu9. Deinde dicit discipulo. Ecce
mater tua. Et ex illa hora accepit eã
discipul9 in sua. u. Postea sciens ihs
quia omnia consummata sunt: vt cõ
summaretur scriptura dicit. Sicio.
Vas ergo erat positum aceto plenũ.
Illi autem plenam aceto spongiam
ysopo circũponentes: obtulerũt ori
eius. Cum g accepisset ihus acetum
dixit. Consũmatum est. Et inclinato
capite tradidit spiritũ. x. Judei ergo
qm parasceue erat vt non remanerẽt
in cruce corpora sabbato: erat enim
magnus dies ille sabbati: rogauerũt
pilatum vt frangerenr eorum crura
et tollerenr. Uenerunt ergo milites.
7 pmi quidẽ fregerũt crura: 7 alteri9

j
.n. Jo. cxcvj.
Mr̃ cccxxxviij
Mr̃.ccvj. Lu.
cccxliij. j
.o. Jo.cxcvij.
Mar̃. cccxxxj.
Mr̃.ccix. Lur̃.
cccxv. j
.p. Jo.cxcviij.
Mr̃. cccxxxvj.
Mr̃.ccxv. Lu.
cccxix. 7. cccx-
viij. j
.q. Jo. cxcix.
Mar̃.cccxxxv.
Mr̃.ccxiij Lu
cccxxxiij. x
.r. Jo.cc.
j
.s. Jo.ccj. Mr̃
cccxxxiij. Mr̃
ccxij. Lu.cccx
xj.

x
.t. Jo.ccij.

iiij
.u. Joh. cciij.
Mr̃.cccxxxiij.
Mr̃.ccxj.

j
Jo.cciij. Mr̃.
cccxlij. Mar̃.
ccxxiij. Lu.cc-
cxxix.
x
.x. Jo.ccv.

qui crucifixus est cū eo. Ad ihm̄ aūt cū venissent. vt viderent eum iā mortuum non fregerūt ei crura: sed vn⁹ militū lancea latus ei⁹ aperuit: ⁊ cōtinuo exiuit sanguis et aqua. Et qui vidit testimoniū perhibuit: ⁊ verum est testimoniuz eius. Et ille scit quia vera dicit: vt et vos credatis. Facta sunt em̄ hec: vt scriptura impleretur Os non cōminuetis ex eo. Et iterum alia scriptura dicit. Videbunt in quē transfixerunt. a. Post hec autem rogauit pilatum ioseph ab arimathia eo ꝙ essz discipulus ihu: occultus aūt pter metum iudeorz: vt tolleret corpus ihu. Et permisit pilatus. Venit ergo: ⁊ tulit corpus ihu. b. Venit aūt ⁊ nycodemus qui venerat ad ihm nocte primum: ferens mixturam mirre ⁊ aloes quasi libras centū. c. Acceperunt ꝙ corpus ihu: ⁊ ligauerūt eum lynthеis cū aromatibz sicut mos est iudeis sepelire. Erat autē in loco vbi crucifixus est ortus: ⁊ in orto monumentum nouum in quo nondū q̄sqū posit⁹ erat. Ibi ꝙ pter paraseuē iudeorz: quia iuxta erat monumentum posuerunt ihum.

i
a. Jo.ccvj Mt̄ ccclxviij. Mr̄. ccxxvij. Lu. ccc xxxij.
r
.b. Joh. ccvij.
i
.c. Joh. ccvliij. Mat. cccxlix. Maz. ccxxviij. Lu. cccxxxiij.

Capitulū. .xx.

Una autem sabbati maria magdalene venit mane cum adhuc tenebre essent ad monumentum: et vidit lapidem sublatum a monumento. d. Cucurrit ergo ⁊ venit ad simonem petrum: et ad alium discipulum quez amabat ihs: ⁊ dicit illis. Tulerunt dominum de monumento: et nescimus vbi posuerunt eum. Exijt ergo petrus ⁊ ille alius discipulus: et venerunt ad monumentum. Currebant autem simul: et ille alius discipulus precurrit citius petro: et venit primus ad monumentū. Et cum se inclinasset vidit posita linthеamina: non tamen introiuit. Venit ergo simon petrus sequens eum: ⁊ introiuit in monumentū. Et vidit linthеamina posita: et sudariū quod fuerat super caput eius non cū linthеaminibus positum: sed separatim inuolutum in vnum locum. Tunc ergo introiuit et ille discipulus qui venerat primus ad monumentum: et vidit et credidit. Nondum enim sciebāt scripturam: quia oportuerat eum a mortuis resurgē. Abierunt ergo iterum discipuli ad semetipsos. e. Maria autem stabat ad monumentum foris plorans. Dum ergo fleret: inclinauit se et pspexit in monumentuz. Et vidit duos angelos in albis sedentes: vnum ad caput et vnum ad pedes: vbi positum erat corpus ihu. f. Dicunt ei illi. Mulier quid ploras? Dicit eis. Quia tulerunt dominum meum: ⁊ nescio vbi posuerunt eum. Hec cum dixisset conuersa est retrorsum: et vidit ihm stantem: ⁊ nō sciebat quia ihs est. Dicit ei ihs. Mulier quid ploras? Quem queris? Illa existimās quia ortulanus esset: dicit ei. Domine: si tu sustulisti eū dicito mihi vbi posuisti eum: ⁊ ego eum tollā. Dicit ei ihs. Maria. Conuersa illa dicit ei. Rabboni: qđ dicitur magister. Dicit ei ihs. Noli me tangere. Nondum enim ascendi ad patrem meuz. Vade autem ad fratres meos: et dic eis. Ascendo ad patrem meum et patrem vestrum: deum meum ⁊ deū vestrum. Venit maria magdalene annunciās discipulis quia vidi dominū et hec dixit mihi. g. Cū ergo sero essz die illo vna sabbatorum ⁊ fores essēt clause vbi erant discipuli congregati pter metum iudeorum: venit ihs et stetit in medio: et dixit eis. Pax vob Et cum hec dixisset: ostendit eis manus et lat⁹. z. Gauisi sunt ergo discipuli: viso domino. Dixit ergo eis iterum. Pax vobis. Sicut misit me pater: et ego mitto vos. Hec cuz dixissz insufflauit: et dicit eis. Accipite spiritumsanctum. h. Quorum remiseritis peccata remittuntur eis: ⁊ quor retinueritis retenta sūt. i. Thomas autē vnus ex duodecim qui dicit̄ didimus non erat cum eis quando venit ihs. Dixerunt ei alij discipuli. Vidimus dominum. Ille autē dixit eis. Nisi videro in manibus eius fixuraz clauorum. et mittam digitum meum in locum clauorum: et mittam manum meam in latus eius: non credā. k. Et post dies octo iterum erant discipuli eius intus: et thomas cū eis.

i
e. Jo. ccxj M ccclij. Mr̄. c xxj. Lu. cccx xvj.
r
.f. Jo. ccxij.
ix
.g. Jo. ccxiij Lu. cccxlj.
r
.z. Jo. ccxiiij.
vij
.h. Joh. ccxv Mt̄. clxxxv.
r
.i. Joh. ccxvj
ix
.k. Jo. ccxvij. ⁊. ccxiij. Luc. cccxlj.

r
a. Jo.ccxviij.

Venit ihus ianuis clausis: ⁊ stetit in medio et dixit eis. Pax vob. Deinde dicit thome. Infer digitum tuum huc et vide manus meas: ⁊ affer manum tuam ⁊ mitte in latus meum: et noli esse incredulus sed fidelis. a. Respondit thomas ⁊ dixit ei. Dominus me⁹ ⁊ deus meus. Dicit ei ihus. Quia vidisti me thoma credidisti: beati q̃ nõ viderunt ⁊ crediderũt. Multa quidem ⁊ alia signa fecit ihus in ꝓspectu discipulo⁹ suo⁹: q̃ nõ sũt scripta in libro hoc. Hec aũt scripta sũt vt credatis q⁹ ihus est xp̃c filius dei: ⁊ vt credẽtes vitã habeatis in nomine eius.

ix
Ju. ccxix. Lu.
xx.

Capi. XXI.

Postea manifestauit se iteruz ihesus ad mare tyberiadis. Manifestauit autez sic. Erãt simul symon petr⁹ ⁊ thomas qui dicitur didimus et nathanael qui erat a chana galilee: et filij zebedei: et alij ex discipulis ei⁹ duo. Dicit eis symõ petrus. Vado piscari. Dicunt ei. Venimus ⁊ nos tecum Et exierũt ⁊ ascẽderunt in nauim: et illa nocte nihil prendiderunt. Mane autem iam facto stetit ihus in litore: non tamẽ cognouerunt discipuli quia ihus ẽ. Dicit ergo eis ihs. Pueri: nunquid pulmentarium habetis? Responderũt ei Non. Dicit eis. Mittite in dexteram nauigij rete: et inuenietis. Miserunt ergo: et iam non valebant illud trahere pre multitudine piscium. b. Dicit ergo discipulus ille quẽ diligebat ihus petro. Dominus est. Simon petrus cum audisset quia dñs est. tunica succinxit se (erat enim nudus) ⁊ misit se in mare. Alij aũt discipuli nauigio venerunt. Non em̃ longe erãt a terra: sed quasi cubitis ducẽtis trahentes rete piscium. c. Vt ergo descenderunt in terrã viderunt prunas positas. ⁊ piscem suppositum ⁊ panem. Dicit eis ihus. Afferte de piscibo q̃s prendidistis nunc. d. Ascendit symõ petrus et traxit rete in terrã: plenum magnis piscibo centũq̃nquagintatribus. Et cum tanti essent: non est scissum rete. e. Dicit ei ihus. Venite prãdete. f. Et nemo audebat discumbentiuz interrogare eum tu quis es: sciens quia dominus est. g. Et venit ihus ⁊ accepit panem ⁊ dabat eis: et piscẽ similiter. h. Hoc iam tercio manifestatus est ihus discipulis suis: cũ resurrexisset a mortuis. Cum g̃ prãdissent. i. dixit symoni petro ihesus. Simon iohãnis diligis me pl⁹ hijs? Dicit ei. Etiam domine tu scis: quia amo te. k. Dicit ei. Pasce agnos meos. l. Dicit iterũ. Simon iohãnis diligis me? Ait illi. Etiã domine tu scis quia amo te. Dicit ei iterum. Pasce agnos meos. m. Dicit ei ter̃cio. Simõ iohãnis amas me? Contristatus ẽ petrus quia dixit ei tercio amas me: ⁊ dicit ei. Domine tu omnia nosti: tu scis quia amo te. n. Dicit ei. Pasce oues meas. o. Amen dico tibi: cum esses iunior cingebas te: ⁊ ambulabas vbi volebas. Cum autem senueris extendes manus tuas: et ali⁹ te cinget ⁊ ducet quo tu non vis. Hoc autem dixit: significans qua morte clarificaturus esset deum. Et cum hoc dixisset dicit ei. Sequere me. Conuersus petrus vidit illum discipulum quem diligebat ihs sequentẽ: qui ⁊ recubuit in cena super pectus eius ⁊ dixit: domine quis est qui tradet te? Hunc g̃ cum vidisset petrus: dicit ihu. Domine: h autem quid? Dicit ei ihus. Sic eum volo manere: donec veniam. Quid ad te? Tu me sequere. Exijt ergo sermo iste inter fratres: quia discipulus ille non moritur. Et non dixit ei ihus ñ moritur: sed sic eum volo manere donec veniam: quid ad te. Hic est discipulus ille qui testimonium perhibet de hijs: ⁊ scripsit hec. Et scimus: quia verum est testimonium eius. Sunt autem et alia multa que fecit ihus: que si scribantur p singula nec ipm arbitror mundum capere posse eos qui scribendi sunt libros.

ix
.c. Joh. ccxxj.
Lu. cccxlj.
ix
.d. Jo. ccxxij.
Lu. xxx.
ix
.e. Jo. ccxxiij.
Lu. cccxlij.
r
.f. Jo. ccxxiiij.
ix
.g. Jo. ccxxv.
Lu. cccxlj. r
.h. Jo. ccxxvj.
ix
.i. Jo. ccxxvij.
Lu. cclxxiiij.
ix
k. Jo. ccxxviij
Luc. cclxxiiij.
r
.l. Jo. ccxxix.
r
.m. Jo. ccxxx.
ix
.n. Jo. ccxxxj
Lu. cclxxiiij.
r
.o. Jo. ccxxxij

Explicit euangelium secundum Johannem.

Incipit prefatō ſancti hieronimi in oñes epiſtolas ſancti pauli.

p.a. PRimum queritur : quare poſt euangelia que ſupplementū legis ſūt.et in quibus nobis exempla ⁊ precepta viuendi pleniſſime digeſta ſūt:voluerit apoſtolus has epiſtolas ad ſingulas eccleſias deſtinare:Hac aūt cauſa factum videt: vt ſcilicet inicia naſcētis eccleſie nouis cauſis exiſtentibꝫ p̄ueniret :et vt p̄ſentia atqꝫ oriētia reſecaret vicia:et poſt futuras excluderet queſtiones:exemplo p̄hetaꝝ.qui poſt editam legem moyſi in qua oīa dei mandata legebantur.nihilominus tñ doctrina ſua rediuiua ſemp populi p̄preſſere peccata:⁊ p̄ter exemplū viuendi libros ad noſtram etiā memoriā tranſmiſerunt. Deinde queritur:cur nō ampliuſq̄ decem epiſtolas ad eccleſias ſcripſerit:Decez ſūt em̄ cū ea que dicit ad hebreos :nā relique quatuor ad diſcipulos ſpecialiter ſūt porrecte.Et oſtenderet nouū non diſcrepare a veteri teſtamento.et ſe contra legem nō facere moyſi:ad numer primor decalogi mādator ſuas epiſtolas ordinauit:⁊ quot ille preceptis a pharaone inſtituit liberatos:totidez epiſtolis a dyaboli ⁊ ydolatrie ſeruitute edocet acquiſitos.Nā ⁊ duas tabulas lapideas.duorū teſtamētor figuraz habuiſſe.viri eruditiſſimi ēdiderunt.Epiſtolam ſane que ad hebreos ſcribitur quidam pauli non eſſe affirmant.eoq̄ non ſit eius nomine titulata.⁊ p̄ter ſermonis ſtiliqꝫ diſtātiam: ſed aut barnabe iuxta tertullianum aut luce iuxta quoſdā:vel certe clementis diſcipuli apoſtolorum et epiſcopi romane eccleſie poſt apoſtolos ordinati.Quib reſpōdendū eſt:ſi p̄terea pauli non erit quia eius non habet nomen:ḡ nec alicuius erit: q̄ nullius nomine titulatur .Qđ ſi incōueniens abſurdumqꝫ eſt: ipius magis eſſe credēda eſt que tanto doctrine ſue fulget eloq̄o .Sed qm̄ apud hebreoꝫ eccleſias quaſi deſtructor legis falſa ſuſpitione habebaī:voluit tacito nomine de figuris legis:et veritate xp̄i reddere ratōem:ne odium nominis.fronte p̄lati.vtilitatē excluderet lectōis.Non eſt ſane mirū ſi eloquentior videaī in p̄rio.id eſt hebreo q̄ in peregrino id ē in greco :q̄ cetere eplē ſunt ſcripte ſermone.Mouet etiā quoſdaz quare romanorū epiſtola in p̄mo ſit poſita: cum eam nō primo ſcriptā ratō manifeſtet.Nam hanc ſe p̄ficiſcentē hieroſolimā ſcripſiſſe teſtatur:cū corinthios ⁊ alios iā ante vt miſteriuz quod ſecū portatur? erat colligerent lr̄is adhortat? ſit .Dz inde intelligi quidaz volunt ita omnes epiſtolas ordinatas:vt p̄ma poneretur q̄uis poſterior fuerit deſtinata vt p̄ ſingulas epiſtolas gradib ad p̄fectōra veniret.Romano rū nāqꝫ pleriqꝫ tam rudes erant. vt nō intelligerent dei ſe gracia.et nō ſuis meritis eſſe ſaluatos:et ob hoc duo inter ſe p̄lī cōflictarēt. Idcirco illos īdigere aſſerit correctione :vicia gentilitatis priora p̄memorās. Corinthijs aūt iam dicit ſcientie gr̄az eſſe p̄ceſſam:et non tā omnes increpat :q̄ cur peccantes increpauerūt reprehendit ſicut ait.Auditur inter vos fornicatō.Et itez. Congregatis vob cum meo ſpiritu :tradere huiuſcemodi ſathane . In ſecunda vero laudant:et vt magis ac magis p̄ficiāt cōmonent .Galathe vero iam nullius crimis arguunt niſi hoc tantū.q̄ callidiſſimis pſeudo apl̄is credidert̄ūt.Epheſij ſane nulla rep̄henſione ſed multa laude ſunt digni:q̄ fidem apl̄icaz ſuauerunt.Philipēſes etiā multomagis collaudant:q̄ nec audire q̄dē falſos apl̄os voluerunt.Theſſalonicenſes nihilominus in duab epl̄is omni laude p̄ſequit :eo q̄ nōſolū fidez incōcuſſam ſuauerint veritatis :ſzetiā in p̄ſecutōne ciuiū fuerint p̄ſtantes inuēti.Coloſenſes autem tales erant:vt cum ab apl̄o viſi corporaliter non fuiſſent:hac laude digni haberentur.Etſi corpe inquit abſens ſum:ſed ſpiritu vobiſcū ſum gaudens .⁊ videns ordinez veſtrum.De hebreis vero quid dicendum ē.quoꝝ theſſalonicenſes qui plurimū laudati ſunt .imitatores facti eſſe dicunt:Dicut ipe ait.Et vos fratres imitatores facti eſtis eccleſiaꝝ dei.que ſunt in iudea:eadez em̄ paſſi eſtis et vos a cōtribulib veſtris: q̄ et illi a iudeis .Apud ipos quoqꝫ hebreos eadem p̄memorat dicens.Nā et vinctis p̄paſſi eſtis:et rapinam bonoꝝ vr̄oꝝ cum gaudio ſuſcepiſtis:p̄gnoſcētes vos habere meliorem et manentem ſubſtantiam.

Explicit plogus generalis in oñes epl'as. ¶ Incipit prologus specialis in epistolam ad romanos.

Romani sunt qui ex iudeis et gentibus crediderunt. Dij superba contentione volebant se alterutrũ supponere. Naz iudei dicebãt. Nos sumus populus dei. quos ab inicio dilexit et fouit: nos circũcisi ex genere abrahã. sãcta descẽdimus ex stirpe: ꝛ notus retro apud iudeã tantũ deus. Nos de egipto signis dei ꝛ virtutibo liberati mare sicco pertransiuimus pede: cuz inimicos nostros grauissimi fluctus inoluerũt. Nobis pluit manna dominus in deserto: et quasi filijs suis celeste pabulum ministrauit. Nos die noctuq in calumna nubis igniscz precessit: vt nob in inuio iter ostenderet. Atqz vt cetera eius circa nos in mensa bñficia taceamus: nos soli digni fuimus dei legem accipere. ꝛ vocem dei loquentis audire: eiuscz cognoscere volũtatem. In qua lege nobis ꝓmissus est xp̃us. ad quos etiam ipe se venisse testatus est dicens. nõ veni nisi ad oues que perierant domus israbel: cũ vos canes potiꝰ q̃ homines appellauerit. Equũ ne ergo est vt ydola hodie deserentes. quibus ab initõ deseruistis. nobis ꝓparemini: et non potius in pselitorum locum ex legis auctoritate et ꝓsuetudine deputemini: Et hocip̃m non merebamini: nisi quia larga semp dei clementia voluit vos ad nostram imitatõnem admittere. Gentes etiam econtrario respondebant. Quanto enim maiora erga vos dei beneficia narraueritis: tanto maioris vos criminis reos esse monstrabitis. Semper em̃ hijs oñibo extitistis ingrati. Nam ipis pedibus quibo aridum mare trã sistis. ludebatis ante ydola que fecistis: et ipso ore quo pauloante ob necem aduersarioz domino cantaueratis: simulacra vobis fieri poposcitis: illis oculis quibus venerando deum in nube vel igne ꝓspicere solebatis: simulacra intuebamĩ. Mãna quoq vobis fastidio fuit: et semper in deserto ꝓtra dominũ murmurastis: ad egiptũ vnde vos manu valida eiecerat redire cupiẽtes. Quid plura: Ita patres vestri crebra prouocatõe dominum irritauerũt: vt oẽs in heremo morerentur: nec plus ex senioribo eorum q̃ duo homines terram repromissionis intrarent. Sed quid antiqua replicamus: cum etiaz si illa minime feciss̃etis. de hoc solo. nemo vos dignos venia iudicaret. q̃ dominum xp̃m ꝑphetarum semper vobis vocibo repromissum nonsolum suscipere noluistis sedetiaz morte pessima peremistis: Quem vt nos ꝓgnouimus statim credidimus: cum nobis ꝺ eo antea nõ fuerit predicatum. Unde probatur: q ydolis seruiuimus. nõ obstinatõni mentis. sz ignorantie deputandum. Qui enim ꝓgnitum ilico sequimur: olim vtiq sequeremur si antea ꝓgnouissemus. Sic autem vos de generis nobilitate iactatis: quasi nõ mop imitatio magisq̃ naturalis natiuitas filios vos faciat esse sanctoꝝ. Deinde esau et ysmahel cum de stirpe sint abrahe: minime tamen in filios reputantur. Dijs talit altercantibo. apostolus se mediũ interponẽs: ita partiũ dirimit questiones. vt neutrum eorum sua iustitia salutem meruisse confirmet: ambos vero populos et scient et grauiter deliquisse: iudeos q̃ per preuaricatõnem legis deum inhonorauerint: gẽtes vero q̃ cum cognitum de creatura creatorem vt deum debuerint venerari. gloriaz eius in manufacta mutauerint simulacra: vtrosq etiam similiter veniam ꝓsecutos. equales esse veracissima ratõne demõstrat: presertim cum in eadem lege predictum et iudeos et gentes ad cristi fidem vocandos esse ostẽdat. Quamobrem vicissim eos humilians: ad pacem et ꝓcordiam cohortatur.

Finit plogus special'. Incipit argumẽtũ.

Romani sũt partis ytalie. Dij preuenti sũt a falsis apostolis: ꝛ sub nomine dñi nr̃i ihu xp̃i in legem ꝛ ꝑphetas erant indocti. Dos reuocat apostolus ad veram ꝛ euãgelicam fidem scribens eis a corintho.

Explicit argumentũ. Incipit epistola beati pauli apli ad romanos. ¶ Ca. .I.

Paulus ſuus ihu xpi. vocatus apoſtolus ſegregatus in euãgeliũ dei. qđ ante promiſerat per ꝓphetas ſuos in ſcripturis ſanctis de filio ſuo. qui factus ẽ ei ex ſemine dauid ſcđm carnẽ: q̃ ꝑdeſtinatus eſt filius dei ī ṽtute ſcđm ſpiritũ ſãctificatõnis ex reſurrectõne mortuorum ihu xpi dñi noſtri: ꝑ quẽ accepimus gr̃am et apoſtolatũ ad obediendũ fidei in omnib gentib ꝓ nomine eius: ī quib eſtis ꝙ vos vocati ihu xpi: oĩbus qui ſunt rome. dilectis dei vocatis ſãctis. Gracia vob ꝙ pax a deo p̃re ꝙ dño nr̃o ihu xpo. Primũ quidẽ gr̃as ago deo meo ꝑ ihm xp̃m ꝓ omnib vobis: qr̃ fides vr̃a ãnunciaf̃ in vniuerſo mundo. Teſtis ei mihi ẽ de⁹ cui ſuio in ſpiritu meo in euãgelio filij eius: q̃ ſine intermiſſione memoriã vr̃i facio ſemp in oratõib meis: obſecrãs ſi qũo tandẽ aliq̃n ꝓſpex iter habeã in volũtate dei veniẽdi ad vos. Deſidero em̃ videre vos: vt aliquid impciar vob gracie ſpũalis ad ꝓfirmãdos vos: id eſt ſimul ꝓſolari in vob ꝑ eã que inuicẽ eſt fidẽ vr̃az atq̃ meã. Nolo aũt vos ignorare fratres: qr̃ ſepe ꝓpoſui venire ad vos ꝙ phibitus ſũ vſq̃adhuc: vt aliquẽ fructũ habeã ī vob ſicut ꝙ ī ceteris gẽtib. Grecis ac barbaris ſapientib et inſipientib debitor ſũ: itaq̃ qđ ī me ꝓmptũ ẽ et vob q̃ rome eſtis euãgelizare. Non em̃ erubeſco euãgeliu. Virtus em̃ dei ẽ in ſalutẽ omni credẽti: iudeo primũ ꝙ greco. Juſticia em̃ dei ī eo revelatur ex fide in fidẽ: ſicut ſcriptũ ẽ. Juſtus aũt ex fide viuit. Revelaf̃ ei ira dei de celo ſuper omnẽ impietatẽ ꝙ inuſticiã hominũ: eoꝝ q̃ veritatẽ dei in iniuſticia detinẽt: qr̃ qđ notũ ẽ dei manifeſtũ ẽ in illis. Deus em̃ illis reuelauit. Inuiſibilia em̃ ipi⁹ a creatura mũdi ꝑ ea q̃ facta ſũt intellecta ꝓſpiciunf̃: ſẽpiterna q̃ eius ṽtus ꝙ diuinitas: ita vt ſint iexcuſabiles. Quia cum cognouiſſent deũ nõ ſicut deũ glorificauerũt aut gr̃as egerũt: ſed euanuerũt in cogitatõnib ſuis: ꝙ obſcuratum eſt inſipiẽs cor eoꝝ. Dicẽtes ei ſe eſſe ſapiẽtes: ſtulti facti ſũt. Et mutauerũt gloriã incorruptibilis dei in ſimilitudinẽ ymaginis corruptibilis hoĩs: ꝙ volucrũ et quadrupedũ ꝙ ſerpẽtiũ. Propt̃ qđ ẽdidit illos de⁹ ī ꝺſiderio cordis eoꝝ in imundiciaz: vt ꝓtumelijs afficiant corpora ſua in ſemetipis. Quia ꝓmutauerũt veritatẽ dei in mendaciũ: ꝙ coluerũ ꝙ ſeruierũ creature potiuſq̃ creatori: qui eſt bñdictus in ſecula amẽ. Propterea ẽdidit illos deus in paſſiones ignominie. Naz femine eoꝝ imutauerũ naturalez vſum: in eũ vſũ qui ẽ ꝓtra naturã. Similit̃ autẽ et maſculi relicto naturali vſu femine exarſerunt in deſiderijs ſnis ininuicẽ: maſculi in maſculos turpitudinẽ opantes: ꝙ mercedẽ quã oportuit erroris ſui in ſemetipis recipiẽtes. Et ſicut nõ ꝓbauerũ deũ habere ī noticia: ẽdidit illos deus in reprobũ ſenſũ vt faciãt ea que nõ ꝓueniũt: repletos omi iniquitate. malicia. fornicatõne. auaricia. neq̃cia. plenos iuidia. homicidijs. ꝓtentõne. dolo. malignitate. ſuſurrones. detractores. deo odibiles. ꝓtumelioſos. ſupbos. elatos. inuẽtores maloꝝ. parẽtib nõ obedientes: inſipientes. incõpoſitos. ſine affectõe. abſq̃ federe: ſine miſericordia. Qui cũ iuſticiã dei ꝓgnouiſſent. nõ intellexerũt qm̃ qui talia agũt digni ſũt morte: nõ ſolũ qui ea faciũt: ſed etiã qui cõſentiũt facientib.

Capitulum .II.

Propter qđ inexcuſabilis es o homo oĩs qui iudicas. In q̃ em̃ iudicas alterꝝ: teipm̃ ꝓdemnas. Eadẽ em̃ agis q̃ iudicas. Scim⁹ em̃: qm̃ iudiciuz dei ẽ ſcđm veritatẽ ī eos q̃ talia agũt. Exiſtimas aũt hoc o homo q̃ iudicas eos q̃ talia agũt et facis ea: qr̃ nõ effugies iudiciũ dei? An diuicias bonitatis ei⁹ et pacientie et lõganimitatis ꝓdenis? Ignoras qm̃ benignitas dei ad penitentiã te adducit? Scđm aũ duriciã tuã ꝙ impenitẽs coꝛ theſaurizas tibi irã in die ire ꝙ ꝛuelatõis iuſti iudicij dei: q̃ reddet vnicuiq̃ ſcđm opa eius. Hijs quidẽ qui ſcđm pacientiã boni opis: gloriã et honorẽ et incorruptõem querentib vitam eternã. Hijs aũt q̃ ſunt ex ꝓtentõne ꝙ q̃ nõ acq̃eſcũt veritati. credũt aũt iniq̃tati: ira. et indignatõ. tribulatõ. et anguſtia ī omnẽ aiam hoĩs opantis malũ: iudei p̃mũ ꝙ greci. Gloria aũt et honor et pax omni opanti bonũ: iudeo primũ ꝙ greco. Non em̃ eſt acceptõ ꝑſonaꝝ apud deũ. Quicũq̃ em̃ ſine lege peccauerũt. ſine lege peribũt: et quicunq̃ in lege peccauerũ: ꝑ legẽ iudicabũtur. Non em̃ auditores legis iuſti ſũt apud

deum: sed factores legis iustificabunt. Cū
em̃ gentes que legē non hñt naturaliť ea q̃
legis sūt faciūt: eiusmodi legem nō hñtes
ipi sibi sūt lex: qui ostēdūt opus legis scri-
ptū in cordibꝰ suis: testimoniū reddēte illi
ꝓscientia ipoꝝ et inter seinuicem cogita-
tōnum accusantiū aut etiā defendentiū: in
die cuꝫ iudicabit deus occulta hoim scom
euangeliū meum per ihm xpm. Si aūt tu
iudeus ꝓgnominaris ⁊ requiescis in lege.
⁊ gliaris in deo. et nosti voluntatem ei⁹. ⁊
ꝓbas vtiliora instructus p legē. ꝓfidis te
ipm esse ducē cecoꝝ. lumē eoꝝ q̃ i tenebris
sūt. eruditorē insipientiū. magistꝝ infan-
tiū. hñtem formā scientie ⁊ veritatis i le-
ge: qui g̃ aliū doces teipm non doces. Qui
pdicas nō furandū furaris: qui dicis non
mechādū mecharis. Qui abominaris ydo
la: sacrilegiū facis. Qui in lege gliaris: p
ꝓuaricatōem legis deū inhonoras. Nomē
em̃ dei p vos blasphemať ītер gētes: sicut
scriptū est. Circūcisio quidē ꝓdest si legez
obꝫues: si aūt ꝓuaricator legis sis: circū-
cisio tua ꝓputiū facta est. Si igiť ꝓputiū
iusticias legis custodiat: nonne ꝓputiū il-
lius in circūcisionē reputabiť? Et iudica-
bit id qđ ex natura ē ꝓputiū legē ꝓsūmās:
te qui p lr̃am ⁊ circūcisionē ꝓuaricatoꝝ le-
gis es. Non eī qui in manifesto iudeus est
neq̃ que ī manifesto in carne ē circūcisio:
sꝫ qui in abscōdito iudeꝰ ē ⁊ circūcisio cor-
dis in spū nō lr̃a: cuius laus non ex homi
nib̃ sed ex deo est. Ca. .III.

Quid g̃ amplius iudeo est. aut q̃ vti
litas circūcisionis? Multuꝫ p om-
nem modū. Primū quidez: qꝛ cre-
dita sūt illis eloquia dei. Quid em̃ si quidā
illoꝝ nō crediderūt? Nūquid incredulitas
illoꝝ fidē dei euacuauit? Absit. Est aūt deꝰ
verax: omnis aūt hō mendax sicut scriptū
est: vt iustificeris in ſmonib̃ tuis ⁊ vīcas
cū iudicaris. Si aūt iniq̃tas nr̃a iusticiaz
dei cōmēdat: quid dicem⁹? Nūquid iniquꝰ
est deus. qui infert irā? Scom hoīem dico.
Absit. Alioquin qūo iudicabit deus hunc
mundū? Si em̃ veritas dei in meo mēdatō
abūdauit in gliam ipius: q̃d adhuc et ego
tanq̃ peccator iudicor et nō sicut blasphe-
mamur. et sicut aiunt quidaz nos dicere.
faciamus mala vt veniāt bona? Quorum
damnatio iusta est. Quid g̃? Precellimus
eos? Nequaq̃. Causati em̃ sumus iudeos et
grecos oēs sub peccato esse: sicut scriptum
est. Quia nō est iustus quisq̃: non ē intel-
ligens: non est requirens deum. Omēs de-
clinauerūt simul inutiles facti sūt: non est
qui faciat bonū nō est vsq̃ ad vnū. Sepul
crū patēs est guttur eoꝝ: līguis suis dolo-
se agebāt: venenū aspidū sub labijs eoruz.
Quoꝝ os maledictōe et amaritudine ple-
nū est: veloces pedes eoꝝ ad effūdendū sā-
guinē. Contritō ⁊ infelicitas in vijs eoꝝ: ⁊
viam pacis nō ꝓgnouerūt: non est timor
dei ante oculos eoꝝ. Scimus aūt. quoniā
quecunq̃ lex loquiť hijs qui in lege sūt lo-
quitur: vt omne os obstruatur et subdit⁹
fiat omnis mūdus deo: quia ex operib̃ le-
gis nō iustificabiť oīs caro corā illo. Per
legē em̃ ꝓgnitō peccati. Nunc aūt iusticia
dei sine lege manifestata ē: testificata a le-
ge et ꝓphetis. Justicia aūt dei ē p fidez ihu
xpi: in omnes et sup oēs qui credūt in eū.
Nō em̃ est distinctō. Omēs em̃ peccaueř:
et egēt gl̃ia dei. Justificati gratis p gr̃am
ipius p redēptōem que ē in xpo ihu: quem
ꝓposuit deus ꝓpiciatorē p fidē in sanguine
ipius ad ostēsionē iusticie sue ꝓpter remis-
sionē pcedentiū delictoꝝ in sustentatōe dei
ad ostēsionē iusticie eius in hoc tpe: vt sit
ipe iustus et iustificās eū qui ex fide ē ihu
xpi. Ubi est g̃ gliatio tua? Exclusa ē. Per
quā legem? Factoꝝ? Nō. Sed p legez fidei.
Arbitramur em̃ iustificari hominē p fidē:
sine opib̃ legis. An iudeoꝝ deus tm̃? Nō-
ne ⁊ gentiū? Immo ⁊ gentiū. Quoniāqui-
dem vn⁹ ē deus qui iustificat circūcisionez
ex fide: et ꝓputiū p fidez. Legem g̃ destrui-
mus per fidem? Absit. Sed legē statuim⁹.
Capitulum. .IIII.

Quid g̃ dicemus iuueniſſe abraham
ꝓrem nr̃m scom carnē? Si eī abra
ham ex opib̃ iustificatus ē. habet
gliam: sed nō apud deū. Quid em̃ scriptu-
ra dicit? Credidit abrahā deo: et reputatū
est illi ad iusticiā. Ei aūt qui opatur. mer
ces non imputať scom gr̃am: sed scom de-
bitū. Ei vero qui non opať. credēti aūt in
eū qui iustificat impiū reputať fides eiꝰ ad
iusticiā scom ꝓpositū gratie dei: sicut ⁊ da-
uid dicit beatitudinez hois cui deꝰ accepto
fert iusticiaz sine opib̃. Beati q̃ꝝ remisse
sūt iniq̃tates: ⁊ q̃ꝝ tecta sūt pcā. Beatus

b vir cui nō imputauit dñs peccatū Beati-
tudo g̃ hec in circumcisione tm̃ manet: an
etiaz in p̃pucio: Dicim⁹ em̃: qz reputata ẽ
abrahe fides ad iusticiaz. Quo g̃ reputata
ẽ: In circūcisione: an in p̃pucio. Nō in cir
cūcisione: sz in p̃pucio. Et signū accepit cir-
cūcisionis signaculū iusticie fidei q̃ ẽ in p̃-
pucio: vt sit pater oīm credentiū p̃ p̃puci-
um: vt reputet̃ q illis ad iusticiā. Et sit pa
ter circūcisionis: nō hijs tm̃ q̃ sūt in circū
cisiōe: sz et hijs q̃ sectant̃ vestigia fidei que
ẽ in p̃pucio p̃ris nr̃i abrahe. Nō em̃ p̃ legē
pmissio abrahe aut semini ei⁹ vt heres es-
set mūdi: sz p̃ iusticiā fidei Si em̃ q̃ ex le-
r ge heredes sūt. exinanita ẽ fides: abolita ẽ
pmissio. Lex em̃ irā op̃at̃. Vbi ei nō ẽ lex:
nec p̃uaricacio. ideo ex fide: vt scd̃m gr̃am
firma sit pmissio omni semini. Nō ei q̃ ex
lege ẽ solū: sz et ei q̃ ex fide ẽ abrahe q̃ ẽ p̃r
oīm nr̃m: sicut scriptū ẽ. Quia patrē mul-
tax gentiū posui te ãte deū cui credidisti:
q̃ viuificat mortuos: q vocat ea q̃ nō sunt
tanq̃ ea q̃ sūt. Qui p̃t̃ spem ī spez credidit:
vt fieret p̃r multax gentiū: scd̃m q̃ dictuz
ẽ ei. Sic erit semē tuū: sicut stelle celi et si-
cut arena q̃ ẽ in litore maris. Et nō infir-
matus ẽ in fide: nec p̃sideravit corpus suū
emortuū. cū iam fere centū esset annox: et
emortuā vuluā sare. In repromissiōe etiā
dei nō hesitauit diffidētia: sz p̃fortat⁹ ẽ fide
dās gl̃iam deo: plenissime sciēs. qz q̃cunq;
pmisit deus potēs ẽ q facere. Ideo q repu-
tatū ẽ illi ad iusticiā Nō ẽ aūt scriptū tm̃
S p̃t̃ ip̃m qz reputatū ẽ illi ad iusticiā: sz et
p̃t̃ nos quib⁹ reputabit̃ credētibꝰ ī eū qui
suscitauit ih̃m xp̃m dñm nr̃m a mortuis: q̃
t̃ditus ẽ p̃pter delicta nr̃a. et resurrexit p̃-
pter iustificatōem nr̃am. Ca. .V.

Iustificati g̃ ex fide pacem habea-
mus ad deū p̃ dñm nr̃m ih̃m xp̃m:
per quē habemus accessū p̃ fidem
in gr̃am istā: in q̃ stamus q gl̃iamur in spe
gl̃ie filiox dei. Nonsolum aūt: sz et gloria-
mur in tribulatōnib⁹: scientes q tribulatō
pacientiā op̃at̃: pacientia aūt p̃batōem: p̃-
batō vero spem. Spes aūt nō p̃fundit: q̃a
caritas dei diffusa ẽ in cordib⁹ nr̃is: p̃ spi-
ritū sanctū q̃ datus ẽ nobis Adhuc em̃ xp̃c
e cū adhuc infirmi essemus scd̃m tēpus pro
impijs mortuus ẽ: Vix em̃ p̃ iusto q̃s mo-
ritur. Nam pro bono forsitan quis audeat
mori. Cōmendat aūt caritatē suam deus ī
nobis: qm̃ si cū adhuc peccatores essemus
scd̃m tempus xp̃c p̃ nob⁹ mortu⁹ ẽ. Multo
igit̃ magis nūc iustificati in sanguine ip̃i⁹
salui erimus ab ira p̃ ip̃m. Si ei cū inimi-
ci essemus reconciliati sumus deo. p̃ mor-
tē filij eius: multomagis reconciliati salui
erimus in vita ip̃ius. Nōsolū aūt: sz et glo-
riamur ī deo p̃ dñm nr̃m ih̃m xp̃m: p̃ quē
nūc recōciliatōem accepimus. Propterea
sicut p̃ vnū hoiem pc̃m in hūc mūdū int̃-
uit q p̃ peccatū mors: et ita ī omnes hoīes
mors p̃transijt: in q̃ oēs peccauerūt. Vsq;
ad legē em̃ peccatū erat in mūdo. Peccatū
aūt nō imputabat̃ cū lex ñ esset: sz regna-
uit mors ab adā vsq; ad moysen. etiā ī eos
q̃ nō peccauerūt in silitudinē p̃uaricatōis
ade: q̃ ẽ forma futuri. Sz nō sicut delictū:
ita et donū. Si em̃ vni⁹ delicto multi mor-
tui sūt: multomagis gr̃a dei q donū. in gr̃a
vni⁹ hoīs ih̃u xp̃i. ī plures abūdauit. Et ñ
sicut p̃ vnū peccatū: ita q donū. Nā iudici-
um ex vno in ꝯdēnatōem: gr̃a aūt ex mul-
tis delictis in iustificatōem. Si em̃ vni⁹ de-
licto mors reg̃uit p̃ vnū: m̃ltomagis abū-
dantiā gr̃e q donatōnis et iusticie accipiē-
tes in vita regnabūt p̃ vnū ih̃m xp̃m Igi-
tur sicut p̃ vnius delictū in oēs hoīes ī cō-
demnatōem: sic q p̃ vnius iusticiā in omēs
hoīes in iustificatōez vite. Sicut em̃ p̃ in-
obedientiā vnius hoīs peccatores ꝯstituti
sunt multi: ita q p̃ vnius obedientiaz iusti
ꝯstituent̃ multi. Lex aūt subint̃uit: vt abū-
daret delictū. Vbi aūt abundauit delictuz.
supabūdauit et gracia: vt sicut reg̃uit pec
catū in mortē. ita et gracia regnet p̃ iusti-
ciā in vitā eternā: p̃ ih̃m xp̃m dñm nr̃m.

Capitulum .VI.

Quid g̃ dicemus: Manebim⁹ in pec-
cato: vt gr̃a abūdet: Absit. Qui em̃
mortui sumus peccato: quō adhuc
viuemus ī illo: An ignoratis fr̃es: qz qui-
cunq; baptizati sumus in xp̃o ih̃u ī morte
ip̃ius baptizati sum⁹: Cōsepulti ei sumus
cū illo p̃ baptismum in mortē: vt quō xp̃c
surrexit a mortuis p̃ gl̃iam p̃ris: ita q nos
in nouitate vite ambulemus. Si ei ꝯplā-
tati facti sum⁹ silitudini mortis ei⁹: simul
et resurrectōis erim⁹. Hoc sciētes: qz vet⁹
hō nr̃ simul crucifixus est vt destruat̃ cor-
pus peccati: vt vlt̃ ñ seruiam⁹ peccato. Qui

em̃ mortuus ẽ: iustificat⁹ ẽ a peccato. Si
aũt mortui sumus cũ xp̃o credim⁹ q; simul
etiã viuemus cũ xp̃o: sciẽtes q; xp̃c resur-
gẽs ex mortuis iã nõ moritᷣ: mors illi vltᷣ
nõ dominabitᷣ. Qđ em̃ mortuus ẽ peccato.
mortu⁹ ẽ semel: qđ aũt viuit viuit deo. Ita
et vos existimate vos mortuos quidez esse
h. peccato: viuẽtes aũt deo in xp̃o iħu. Nõ g̃
regnet peccatum in vr̃o mortali corpe: vt
obediatis ꝯcupiscẽtijs ei⁹. Sz neq; exhibe-
atis mẽbra vr̃a arma iniquitatis peccato:
sz exhibete vos deo tanq̃ ex mortuis viuẽ-
tes: q mẽbra vr̃a arma iusticie deo. Pecca
tũ em̃ vob̃ non dn̄abitur. Non em̃ sub lege
estis: sed sub gr̃a. Quid g̃? Peccabim⁹?: qm̃
nõ sum⁹ sub lege sz sub gr̃a? Absit. An ne-
scitis qm̃ cui exhibetis vos ꝟuos ad obedi
endũ: ꝟui estis ei⁹ cui obedistis. siue pecca-
ti ad mortẽ siue obeditõis ad iusticiã? Gra
cias aũt ago deo. q; fuistis ꝟui pc̃i: obedi-
stis aũt ex corde. in eã formã doctrine in q̃
traditi estis. Liberati aũt a peccato: serui
facti estis iusticie. Humanũ dico: ꝓt infir-
mitatẽ carnis vestre. Sicut ei exhibuistis
mẽbra vestra seruire īmundicie et iniq̃tati
ad iniquitatẽ: ita nũc exhibete mẽbra vr̃a
ꝟuire iusticie in sanctificatõez. Cũ em̃ ꝟui
essetis peccati: liberi fuistis iusticie. Quez
g̃ fructũ habuistis tũc in illis: ī quib⁹ nũc
erubescitis? Nã finis illoꝝ mors ẽ. Nũc ve-
ro liberati a peccato. ꝟui aũt facti deo: ha-
betis fructũ vestrũ in sanctificatõez: finez
vero vitam eternã. Stipendia em̃ peccati
mors: gr̃a autẽ dei vita eterna. in xp̃o iħu
domino nostro. Ca. .VII.

An ignoratis fratres scientib⁹ enim
legẽ loquor: q; lex in homĩe dn̄at
quanto tpe viuit? Nã que sub viro
est mulier: viuente viro alligata ẽ legi. Si
aũt mortu⁹ fuerit vir eius: soluta ẽ a lege
viri. Igit̃ viuente viro vocabit̃ adultera si
fuerit cũ alio viro: si aũt mortuus fuerit
vir ei⁹. liberata ẽ a lege viri: vt nõ sit adul
tera si fuerit cũ alio viro. Itaq; fres mei q
vos mortificati estis legi per corpus xp̃i:
vt sitis alteri⁹ qui ex mortuis resurrexit:
vt fructificetis deo. Cũ em̃ essemus in car
ne. passiones peccatoꝝ que p legem erant
opabant̃ in mẽbris nr̃is: vt fructificarẽt
morti. Nunc aũt soluti sumus a lege mor-
tis. in qua detinebamur: ita vt ꝟuiamus in
b. nouitate spũs et nõ in vetustate lr̃e. Quid
g̃ dicemus? Lex peccatũ ẽ? Absit. Sz pec-
catũ nõ ꝯgnoui: nisi p legẽ. Nam ꝯcupiscẽ
tiã nesciebã: nisi lex diceret. Nõ ꝯcupisces.
Occasione aũt accepta. peccatũ p mãdatũ
operatũ est in me omnẽ ꝯcupiscentiã. Si-
ne lege em̃ peccatũ mortuũ erat. Ego aũt
viuebã sine lege aliquãdo. Sed cũ venisset
mãdatũ: peccatũ reuixit. Ego aũt mortu⁹
sũ: et inuentũ est mihi mandatũ qđ erat ad
vitam: hoc esse ad mortem. Naz peccatum
occasione accepta p mandatũ seduxit me:
et p illud occidit. Itaq; lex quidẽ sancta: q
mandatuz sanctũ q iustum et bonũ. Qđ g̃
bonũ est mihi factũ est mors? Absit. Sed
peccatũ vt appareat peccatũ p bonũ opa-
tũ ẽ mihi mortẽ: vt fiat sup̃ modũ peccãs
peccatũ p mandatũ. Scimus em̃: quia lex
spiritualis ẽ. Ego aᷣ carnalis sũ: venũda-
tus sub peccato. Qđ em̃ operor nõ intelli-
go. Nõ em̃ qđ volo bonũ hoc ago: sz quod
odio malũ illud facio. Si aũt qđ nolo illđ
facio: ꝯsentõ legi q̃m bona ẽ. Nunc aũt iaz
nõ ego operor illud sz quod habitat in me
peccatũ. Scio ei: q; nõ habitat in me hoc
ẽ in carne mea bonũ. Nã velle adiacet mi-
hi: pficere aũt bonũ nõ inuenio. Non em̃
qđ volo bonũ hoc facio: sz qđ nolo malum
hoc ago. Si aũt qđ nolo illud facio: iã nõ
ego operor illud: sz qđ hĩtat ī me peccatũ.
D Inuenio igit̃ legẽ volenti mihi facere bo-
nũ: q̃m mihi malũ adiacet. Cõtelector em̃
legi dei scd̃m interiorẽ hominẽ. Video aũt
aliã legẽ in mẽbris meis. repugnantẽ legi
mẽtis mee: q captiuantẽ me in lege pecca-
ti q̃ est in mẽbris meis. Infelix ego hõ: q̃s
me liberabit de corpe mortis hui⁹? Gracia
dei: p iħm xp̃m dn̄m nr̃m. Igit̃ ego ipe mẽ
te ꝟuio legi dei: carne aũt legi peccati.

Capitulum. .VIII.

Nihil g̃ nunc dãnatõnis est his qui
sũt in xp̃o iħu: qui nõ scd̃m carnẽ
ambulãt. Lex em̃ spũs vite in xp̃o
iħu: liberauit me a lege peccati et mortis.
Nam qđ impossibile erat legi in quo infir-
mabatur p carnem: deus filium suuz mit-
tens in similitudinem carnis peccati: q de
peccato dãnauit peccatũ in carne. vt iusti-
ficatõ legis implerẽt in nob⁹: qui non scd̃m
carnẽ ãbulamus. sed secundũ spm̃. Qui ei
scd̃m carnẽ sũt. q̃ carnis sũt sapiũt: q̃ vero

scom spiritū sūt. que sūt spūs sentiūt. Naz prudētia carnis moz ē: prudētia aūt spūs vita et pax. Oīm sapiētia carnis inimica ē deo. Legi em̄ dei nō ē subiecta: nec em̄ pt. Qui aūt in carne sūt: deo placere nō pñt. Vos aūt in carne nō estis sz in spū: si tamē spūs dei hītat in vob. Si quis aūt spm̄ xpi nō habet: hic nō ē ei⁹. Si aūt xpc ī vob ē: corpus quidez mortuū ē ꝓpt̄ peccatū: spūs vero viuit ꝓpt̄ iustificatōez. Qđ si spūs ei⁹ qui suscitauit ihm̄ a mortuis hītat in vob: q̄ suscitauit ihm̄ xp̄m a mortuis viuificabit ꝙ mortalia corpa vr̄a: ꝓpter inhītantē spm̄ eius ī vob. Ergo frēs debitores sum⁹: nō carni vt scom carnē viuam⁹. Si em̄ secundū carnē vixeritis. moriemī: si aūt spū facta carnis mortificaueritis. viuetis. Quicūqz em̄ spū dei aguntr. hij sūt filij dei. Non ei accepistis spm̄ ꝑuitutis itez in timore: sz accepistis spm̄ adoptōis filiorū dei: in q̄ clamamus abba pr̄. Ipe em̄ spūs testimoniū reddet spūi nr̄o: ꝙ sum⁹ filij dei. Si aī filij. et heredes: heredes quidez dei. coheredes aūt xpi: si tn̄ ꝯpatimur vt ꝙ simul conglorificemur. Existimo em̄: ꝙ nō sūt cōdigne passiones hui⁹tpis ad futurā gl̄iam. q̄ reuelabit̄ in nob. Naz expectatō creature reuelatōnem filioꝝ dei expectat. Vanitati em̄ creatura subiecta ē nō volēs. sz ꝓpt̄ euz q̄ subiecit eā in spe: q̄z et ipa creatura liberabit̄ a ꝑuitute corruptōis ī libertatē gl̄ie filioꝝ dei. Scim⁹ ei: ꝙ oīs creatura ingemiscit ꝙ parturit vsqz adhuc. nōsolū aūt illa: sz ꝙ nosipi pmicias spūs hñtes. ꝙ ipi int̄ nos gemim⁹ adoptōez filioꝝ dei: expectantes redēptōez corpis nr̄i. Spe ei salui facti sum⁹. Spes aūt q̄ videt̄ nō ē spes. Nam qđ videt quis qđ sperat: Si aūt qđ nō videm⁹ speram⁹: ꝑ pacientiā expectam⁹. Similit̄ aūt ꝙ spūs adiuuat infirmitatē nr̄am. Nā qđ oremus sicut oportet nescimus: sed ipe spūs postulat ꝓ nobis gemētibo inenarrabilibo. Qui aūt scrutat̄ corda. scit qđ ꝺsideret spūs: q̄z scom deuz postulat ꝓ sanctis. Scimus aūt quoniā diligentibo deuz. oīa coopantur in bonū: hijs qui scom ꝓpositū vocati sunt sancti. Naz q̄s pscinit ꝙ predestinauit cōformes fieri ymaginis filij sui: vt sit ipe pmogenit⁹ in multis frib. Quos aūt predestinauit hos et vocauit: et q̄s vocauit hos et iustificauit. Quos aūt iustificauit: illos et magnificauit. Quid g̃ dicemus ad hec. Si de⁹ ꝓ nobis: quis ꝓt̄ nos: Qui etiā ꝓprio filio non pepercit: sz ꝓ nob oībus tradidit illuz. Quō non etiam cum illo omīa nobis donauit: Quis accusabit aduersus electos dei: Deus iustificat. Quis ē qui ꝯdēnet: Xp̄us ihūs q̄ mortu⁹ ē ymo qui et rsurrexit: qui ē ad dexterā dei: q̄ etiā intꝛpellat ꝓ nob. Quis g̃ nos separabit a caritate xp̄i: Tribulatō an angustia an fames an nuditas an piculū: an psecutō an gladi⁹: Sicut scriptū ē. Quia ꝓpt̄ te morti ficamur tota die: estimati sum⁹ sicut oues occisionis. Sed in hijs oībo supam⁹: ꝓpter eū q̄ dilexit nos. Cert⁹ sū em̄: qz neqz moz neqz vita neqz angeli neqz prīcipatus neqz ꝑtutes neqz instantia neqz futura neqz fortitudo neqz altitudo neqz ꝓfundū neqz creatura alia potezit nos separe a caritate dei: que est in xp̄o ihū domino nostro.

Capitulum. .IX.

Veritatem dico in xp̄o ihū. nō mētioz. testimoniū mihi ꝓhibente cōscientia mea in spiritu sancto: qm̄ tristicia mihi ē magna: ꝙ ꝯtinu⁹ dolor cordi meo. Optabā em̄ ego ipe anathema esse a xp̄o pro frībus meis qui sūt ꝯgnati mei scom carnē qui sūt israelitē: quoꝝ adoptō est filioꝝ ꝙ gl̄ia et testamentū ꝙ legislatō ꝙ obsequm et ꝓmissa: quoꝝ pres ex qbo xp̄c scom carnē. qui est supꝛ omnia de⁹ bñdict⁹ in secula amē. Nō aūt q̄ exciderit verbum dei. Non em̄ oēs qui sunt ex isr̄l hij sūt israhelitē. neqz qui semē sūt abrahe omēs filij abrahe sūt. Sz in ysaac vocabit̄ tibi semē: id ē nō qui filij carnis hij filij dei: sz qui filij sunt ꝓmissionis. estimant̄ in semine. Promissionis em̄ ꝏbum hoc ē. Scom hoc tempus veniā: et erit sare filius. Nonsolū aūt illa: sz ꝙ rebecca ex vno ꝯcubitu habēs geminos filios ysaac pris nr̄i. Cum ei nōdū nati fuissēt aut aliqđ boni egissēt aut mali: vt scom electōnem ꝓpositū dei maneret. nō ex operibo sed ex vocāte dictū ē ei: quia maioz seruiet minori sicut scriptū est. Jacob dilexi. esau aūt odio habui. Quid ergo dicemus: Nūquid iniquitas apud deuz: Absit. Moysi enim dicit. Miserebor cui misertus sū: et miserico⁹diā prestabo cui miserebor. Igit̄ nō volentis neqz currētis sz miserētis ē dei. Dicit ei scriptura pharaoni

Quia in hoc ipm excitaui te vt ostendã in te ẽtutem meã: et vt annũcietur nomẽ meũ ĩ vniuersa terra. Ergo cui⁹ vult miserebit: et quẽ vult ĩdurat. Dicis itaq; mihi. Quid adhuc q̃ritur: Voluntati eĩ ei⁹ q̃s resistit: O hõ: tu q̃s es. q̃ respõdeas deo: Nũquid dicit figmẽtũ ei q̃ se finxit: q̃d me fecisti sic: An nõ habet potestatẽ figul⁹ luti ex eadẽ massa facere aliud quidẽ vas in honorẽ: aliud vero in ꝓtumeliã: Q̃d si deus volẽs ostendere iram. et notã facere potẽtiã suam sustinuit in multa paciẽtia vasa ire apta in interitu: vt ostẽderet diuicias gl̃ie sue in vasa misericordie q̃ preparauit in gloriã: Quos ⁊ vocauit nos: nõsolũ ex iudeis sed etiã ex gentibꝫ: sicut in osee dicit. Vocabo nõ plebem meã. plebem meã: et nõ dilectã dilectam. ⁊ nõ misericordiã ꝓsecutã misericordiã ꝓsecutã. Et erit: in loco vbi dictũ ẽ eis nõ plebs mea vos: ibi vocabũt filij dei viui. Ysaias autẽ clamat ꝑ isr̃l. Si fuerit numer⁹ filioꝝ isr̃l tanq̃ arena maris: reliquie salue fiẽt. Verbũ eĩ ꝓsũmans ⁊ abbreuiãs ĩ eq̃tate: q̃ verbũ breuiatũ faciet dñs sup terraꝫ. Et sicut ꝓdixit ysaias nisi dñs sabaoth reliquisset nob semẽ sicut sodoma facti essemus: ⁊ sicut gomorra silẽs fuissemus. Quid q̃ dicemus: Q̃d gentes q̃ nõ sectabant iusticiã appẽdert iusticiã: iusticiã aũt que ex fide est. Isr̃l vero sectãdo legẽ iusticie: in legẽ iusticie nõ puenit. Quare: q̃ nõ ex fide: sꝫ quasi ex operibus. Offenderũt emĩ in lapidẽ offensionis: sicut scriptũ est. Ecce ponã in syon lapidẽ offẽsionis et petrã scandali: et omnis qui credit in eũ non ꝓfundetur. Ca. .X.

Fratres: volũtas quidẽ cordis mei ⁊ obsecratõ ad deũ fit ꝑ illis in salutꝫ. Testimoniũ emĩ phibeo illis q̃ emulatõem quidem dei hñt: sꝫ non scõm scientiã. Ignorãtes emĩ iusticiã dei. et suaꝫ querẽtes statuere: iusticie dei nõ sunt subiecti. Finis emĩ legis x̃ps: ad iusticiaꝫ omni credẽti. Moyses emĩ scripsit: quoniã iusticiã que ex lege ẽ qui fecerit homo viuet in ea. Que aũt ex fide est iusticia sic dicit. Ne dixeris in corde tuo. quis ascendet in celũ. id est x̃pm deducere: aut quis descendit in abissum. hoc est x̃pm a mortuis reuocare. Sed quid dicit scriptura: Prope est verbũ in ore tuo et in corde tuo. Hoc est verbum fidei q̃ ꝓdicamus: quia si ꝓfiteaꝛis in ore tuo dñm ihm̃: ⁊ in corde tuo crediderꝛis. q̃ deus illuꝫ suscitauit a mortuis: saluꝰ eris. Corde emĩ creditur ad iusticiam: ore aũt cõfessio fit ad salutẽ. Dicit eĩ scriptura. Omis q̃ credit in illũ non ꝓfundet. Nõ emĩ est distinctio iudei et greci. Nam idẽ dñs omnium: diues in omnes qui inuocãt illũ. Omis emĩ quicunq; inuocauerit nomẽ dñi: saluꝰ erit. Quõ g̃ inuocabũt in quẽ nõ crediderũt: Aut quõ credent ei: quẽ nõ audierũt: Quõ aũt audient: sine ꝓdicante: Quõ vero ꝓdicabũt: nisi mittant: Sicut scriptuꝫ ẽ. Quã speciosi pedes euãgelizantiũ pacẽ: euangelizantiũ bona. Sꝫ nõ omnes obediũt euãgelio. Ysaias emĩ dicit. Dñe quis credidit auditui nr̃o: Ergo fides ex auditu: auditus aũt ꝑ verbũ x̃pi. Sꝫ dico. Nũquid nõ audierũt: Et quidẽ in omnẽ terrã exiuit sonus eoꝝ: et in fines orbis tre vba eoꝝ. Sꝫ dico. Nũquid isr̃l nõ ꝓgnouit: Primus moyses dicit. Ego ad emulatõez vos adducã in nõ gentẽ. in gentẽ insipientẽ. in irã vos mittã. Ysaias aũt audet ⁊ dicit. Inuẽtus sũ a non querẽtibꝫ me: palã apparui hijs qui me nõ interrogabãt. Ad isr̃l autẽ dicit. Tota die expãdi manꝰ meas ad populum nõ credentem: sꝫ ꝓtradicentẽ mihi.

Capitulum. .XI.

Dico ergo. Nũquid deus repulit populũ suũ: Absit. Naꝫ et ego israhelita sũ ex semine abraham de tribu beniamin. Nõ repulit deus plebẽ suã quaꝫ ꝑsciuit. An nescitis ĩ helya quid dicit scriptura: quẽadmodum interpellat deuꝫ aduersum isr̃l: Dñe pphetas tuos occiderũt: altaria tua suffoderũt. et ego relictus sum solus: et querũt aiam meaꝫ. Sꝫ quid dicit illi diuinũ responsũ: Reliqui mihi septem milia virorꝝ: qui nõ curuauerũt genua ãte baal. Sic g̃ et ĩ hoc tpe: reliq̃e scõm electõnem gr̃e salue factꝫ sunt. Si aũt gr̃a: iam non ex opibꝫ. Alioq̃n gr̃a iam nõ est gr̃a. Quid g̃: Q̃d querebat isr̃l hoc nõ ẽ ꝓsecutus: electõ aũt ꝓsecuta est: ceteri vero excecati sunt sicut scriptũ est. Dedit illis deꝰ spiritũ ꝓpunctõnis: oculos vt nõ videant et aures vt nõ audiant: vsq; in hodiernuꝫ diem. Et dauid dicit. Fiat mensa eoꝝ coram ipis in laqueum: et in captõnem ⁊ in scandalũ ⁊ in retributõez illis. Obscurent

Estote ergo imitatores dei sicut filij carissimi: et ambulate ī dilectōe sicut et cristus dilexit nos: ⁊ tradidit semetipm̄ p nob oblationē ⁊ hostiā deo in odorem suauitatis. Fornicatio autē et omnis immundicia aut auaricia nec nominet⁹ in vobis. sicut decet sanctos: aut turpitudo aut stultiloq̄um aut scurrilitas q̄ ad rez nō ptinet: sed magis grārūactio. Hoc ei scitote intelligētes: q⁹ oīs fornicator aut immundus aut auarus qđ ē ydolor̄ fuit⁹ ñ habet hereditatē in regno xp̄i ⁊ dei. Nemo vos seducat inanib⁹ vbis: pter hec em̄ venit ira dei in filios diffidēcie. Nolite g̃ effici participes eorū. Eratis em̄ aliquādo tenebre: nūc aūt lux in dño: vt filij lucis ambulate. Fructus em̄ lucis ē ī omni bonitate et iusticia et veritate. Probantes q̄d sit beneplacitū deo: et nolite cōmunicare operibus īfructuosis tenebrar̄: magis aūt redarguite. Que em̄ in occulto fiūt ab ipsis: turpe ē et dicere. Omnia aūt q̄ arguunt⁹ a lumine manifestant⁹. Omne em̄ qđ manifestat⁹. lumē ē. Propter qđ dicit. Surge q̄ dormis et exurge a mortuis: ⁊ illūminabit te cristus. Videte itaq; frēs quō caute ambuletis: nō q̄si insipientes sed vt sapiētes: redimentes tēp⁹ quoniam dies mali sunt. Propterea nolite fieri imprudētes: sed intelligentes q̄ sit voluntas dei. Et nolite ebriari vino ī quo ē luxuria: sed implemini spiritusancto loquētes vobismetipis ī psalmis ymnis ⁊ cāticis spiritalib⁹ cantātes ⁊ psallentes ī cordib⁹ vr̄is dño: gracias agentes sēper p oīb⁹ ī noie dñi nr̄i ihu xp̄i deo et pri. Subiecti inuicē: ī timore xp̄i. Mulieres viris suis sbdite sīt sic dño: qm̄ vir caput ē

mulieris sicut xp̃us caput est ecclesie: ipse saluator corporis eius. Sed sicut ecclesia subiecta est christo: ita et mulieres viris in omnib̃. Viri diligite uxores vestras sicut et xp̃us dilexit ecclesiam: et seip̃m tradidit p ea vt illã sanctificaret mundans eam lauacro aque i v̄bo vite: vt exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam nõ habentẽz maculam aut rugam aut aliq̃d huiusmodi: sed vt sit sancta et immaculata. ¶ Ita ⁊ viri debent diligere uxores suas: vt corpora sua. Qui suaz uxorẽ diligit: seip̃m diligit. Nemo ei vnq̃ carnẽ suã odio habuit: sed nutrit et fouet eã sicut et xp̃us ecclesiã: quia mẽbra sumus corporis ei⁹ de carne ei⁹ et de ossibus ei⁹. Propter hoc relinquet homo patrem ⁊ matrẽ suam: ⁊ adherebit uxori sue. ⁊ erũt duo i carne vna. Sacramẽtum hoc magnum est. Ego aũt dico: in xp̃o et i ecclesia. Verũtamẽ et vos singuli vnusquisq; uxorẽ suam sicut seip̃m diligat: uxor autẽ timeat uir suum.

¶ Capitulum .VI.

Filij obedite parentib̃ vr̃is in dn̄o. Hoc enĩ iustũ est. Honora patrem tuũ et matrem tuã: q̃d ẽ mandatũ primuz in p̃missione: vt bene sit tibi et sis longeuus sup terraz. Et vos patres nolite ad iracundiaz p̃uocare filios vestros: sed educate illos in disciplina et correptione dn̄i. Serui obedite dn̄is carnalibus cũ timore et tremore. in simplicitate cordis vestri sicut xp̃o: nõ ad oculũ seruientes quasi hominibus placẽtes: sed vt serui xp̃i facientes volũtatem dei: ex animo cũ bona volũtate seruientes sicut domino ⁊ nõ hominibus: sciẽtes q̃m vnusq̃sq; q̃dcũq; fecerit bonuz hoc recipiet a dn̄o siue seruus siue liber. Et vos dn̄i eadẽ facite illis remittẽtes minas. sciẽtes q⁹ et illor̃ et vr̃ dn̄s ẽ i celis: et p̃sonax acceptio nõ ẽ apud deũ. ¶ Decetero fr̃es p̃fortamĩ i dn̄o. ⁊ i potẽcia v̄tutis ei⁹. Induite vos armaturam dei vt possitis stare aduersus insidias dy̆aboli: q̃m nõ ẽ nobis colluctatõ aduersus carnẽ ⁊ sanguinẽ sed aduersus p̃ncipes et potestates: aduersus mũdi rectores tenebraz hax. cõtra spiritalia neq̃cie i celestib̃. Propt̃ea accipite armaturã dei vt possitis resistere in die malo: et i oñib̃ pfecti stare. State g̃ succincti lũbos vr̃os i veritate: et induti lorica iusticie: ⁊ calciati pedes i p̃paratõez euãgelij pacis. In oñibus sumẽtes scutũ fidei in q̃ possitis omnia tela neq̃ssimi ignea extinguere. ¶ et galeam salutis assumite. ⁊ gladium spiritus quod est v̄bum dei: p omnem orationẽ et obsecratõz orãtes omni tempe in spiritu et in ipso vigilãtes in omni instancia et obsecratiõe p oñibus sanctis et p me: vt det̃ mihi sermo in apertione oris mei cũ fiducia notum facere misteriũ euãgelij p̃o q̃ legatõe fungor in catbena: ita vt in ipso audeaz p̃ut oportet me loq̃. Vt autem et vos sciatis que circa me sũt quid agam: omnia vobis nota faciet tichic⁹ carissimus frater et fidelis minister in domino: quẽ misi ad vos i hoc ipm vt p̃gnoscatis que circa nos sĩt: ⁊ p̃soleť corda vestra. Pax fratrib̃ et caritas cum fide a deo p̃re nostro et domino ihesu christo. Gracia cum omnib̃ q̃ diligũt dominũ nostrũ ihesũ christum in corruptõne amen.

Explicit epistola ad ephesios. ¶ Incipit argumẽtũ in epistolam ad philipenses.

Philipẽses sunt macedones. hij accepto v̄bo veritatis p̃stiterũt i fide: nec receperunt falsos apostolos. Hos collaudat apostolus: scribẽs eis a roma de carcere per epafroditũ.

Finitur argumẽtũ. ¶ Incipit epistola ad philipenses.

Paulus ⁊ thimothe⁹ fui ih̃u xp̃i: oñib̃ sãctis in christo ih̃u q̃ sũt philippis cũ episcopis ⁊ dy̆aconibus. Gracia vob̃ et pax a deo patre nostro: et dn̄o ih̃u christo. Gracias ago deo meo i omni memoria vr̃i semp̃ i cũctis orationib̃ meis p oñibus vob̃ cũ gaudio depcatõz faciens sup p̃municatõnẽ vr̃am i euãgelio xp̃i a primo die vsq; nũc: p̃fidens hoc ipm q⁹ qui cepit in vobis opus bonũ p̃ficiet vsq; in diem xp̃i ihesu. Sicut est mihi iustum hoc sentire p omnibus vobis: eo q⁹ habeam vos in corde et i vinculis meis et in defensione ⁊ confirmatione euangelij: socios gaudij mei omnes vos esse. Testis enim mihi ẽ deus quomodo cupiam omnes vos in visceribus ihesu

cristi. Et hoc oro: vt caritas vra magis ac magis habundet in omni sciẽcia ⁊ in omni sensu: vt ꝓbetis potiora. vt sitis sinceres ⁊ sine offensa ī diẽ xp̃i: repleti fructu iustície p ihm xp̃m in laudẽ et gl'iam dei. Scire aũt volo vos ffres: qr q̃ circa me sũt magis ad ꝓfectũ venerũt euangelij. ita vt vincula mea manifesta fierẽt in xp̃o. ī omni pretorio et in ceteris omnib: vt plres e fratribus ī dño. ꝓfidẽtes ī vincul' meis. habũdãti⁹ auderẽt sine timore verbũ dei loq. Quidam q̃dem et ꝓpter ĩuidiã et ꝓtẽtionẽ: q̃dã aũt et ꝓpter bonã volũtatẽ xp̃m p̃dicant. Quidã ex caritate: sciẽtes qm̃ in defẽsiõez euãgelij posit⁹ sũ. Quidã aũ ex ꝓtẽtõe xp̃m ãnunciãt nõ sincere: existimãtes p̃ssuram se suscitare vincul' meis. Quid em̃? dũ omni modo siue p occasionẽ siue p veritatem xp̃us ãnuncietur: et in hoc gaudeo: sed et gaudebo. Scio em̃ qr hoc mihi ꝓueniet ad salutẽ. p vr̃am oratõz ⁊ sũministratõz spũs ihesu xp̃i. secundũ expectatõz et spem meã qr ī nullo cõfundar: sed ī omni fiducia sic̃ semp ⁊ nũc magnificabic̃ xp̃us in corpore meo: siue p vitam siue p mortẽ. Mihi em̃ viuere xp̃us ẽ: ⁊ mori lucr̃. Quod si viuere ī carne. hic mihi fructus opis ẽ: ⁊ q̃d eligam ignoro: coartor aũt: e duob⁹ desideriũ habẽs. Dissolui ⁊ esse cũ cristo m'tomagis melius: ꝓmanere aũt ī carne. necessariũ ẽ ꝓpter vos. Et hoc ꝓfidẽs sciẽs qr manebo et ꝓmanebo omnib⁹ vob ad ꝓfectũ vr̃m et gaudiũ fidei: vt gratulatio vr̃a abundet in xp̃o ihu ī me: p meũ aduentũ itr̃ ad vos. Tantũ digne euangelio xp̃i ꝓuersamĩ: vt siue cũ venero et videro vos. siue absẽs audiam de vob: qr statis ī vno spiritu. vnanimes. collaborãtes fidei euãgelij: et ī nullo terreamini ab aduersarijs q̃ est illis causa p̃ditionis: vobis aũt salutis. Et hoc a deo. Quia vobis donatũ est p xp̃o. nõsolum vt in eũ credatis ꝑ vt etiã p illo paciamĩ: itẽ certamen habẽtes q̃le et vidistis ī me ⁊ nũ audistis de me. Capitulũ. .II.

Si q̃ ergo ꝓsolatio ī xp̃o. si qd̃ solatiũ caritatis. si q̃ societas spũs. si q̃ viscera miseratiõis: impletẽ gaudium meũ. vt idẽ sapiatis. eandẽ caritatẽ habẽtes: vnanimes. idipm̃ senciẽtes. Nihil p ꝓtentionem neq; p inanem gl'am: ꝑ in humilitate supiores sibinuicez arbitrãtes: ñ que sua sũt singuli cõsiderãtes. ꝑ ea q̃ aliorum. Hoc em̃ sentite in vobis: qd̃ est ī xp̃o ihesu. Qui cũ in forma dei esset nõ rapinã arbitratus est esse se equalẽ deo: sed semetipm̃ exinaniuit formam ꝑui accipiẽs in similitudinẽ hominũ fact⁹: et habitu inuẽt⁹ vt homo. humiliauit semetipm̃ factus obediẽs vsq; ad mortẽ: mortẽ aũt crucis. Propter quod deus exaltauit illum. ⁊ donauit illi nomẽ qd̃ ẽ sup omne nomẽ: vt ī nomine ihesu omne genu flectat̃ celestiũ. terrestriũ et infernorũ: et omnis lingua ꝓfitea-tur qr domin⁹ ihesus cristus ī gl'ia ẽ dei patris. Itaq; carissimi mei sicut semper obedistis: nõ ī p̃sencia mei tm̃ sed m'tomagis nũc in absẽcia mea: cum metu et tremore vr̃am salutez opamini. De⁹ ẽ em̃ qui opatur in vobis et velle et proficere pro bona voluntate. Omnia aũ facite sine murmurationib⁹ ⁊ hesitationibus: vt sitis sine q̃rela et simplices filij dei sine reꝓhensione ī medio natiõis prave ⁊ puerse: inter q̃s lucetis sicut luminaria in mundo. ꝟbum vite ꝓtinentes ad gl'iam meã in die cristi: qr nõ in vacuũ cucurri neq; ī vacuũ laboraui: ꝑ et si immolor sup̃ sacrificiũ et obsequiũ fidei vr̃e: gaudeo ⁊ ꝓgratulor omnibus vob. Idipm̃ aũt et vos gaudete ⁊ ꝓgratulamini mihi. Spero aũt ī domino ihesu thimothe um me cito mittere ad vos: vt ⁊ ego bono aĩo sim ꝓgnitis q̃ circa vos sũt. Neminẽ em̃ habeo tam vnanimez: q̃ sincera affectõe p vobis solicit⁹ sit. Omes em̃ q̃ sua sũt q̃rũt: nõ q̃ sũt ihu xp̃i. Experimẽtũ aũt ei⁹ ꝓgnoscite: qr sicut patri filiꝰ mecũ ꝑuiuit ī euangelio. Hunc igit̃ spero me mittere ad vos: mox vt videro q̃ circa me sũt. Cõfido aũt ī dño: qm̃ ⁊ ipe veniã ad vos cito. Necessariũ autẽ existimaui epafroditũ ffrem et coopatorẽ et ꝓmilitonẽ meũ. vr̃m aũt apl'm. ⁊ ministrũ necessitatis mee. mittẽ ad vos: qm̃quidẽ omnes vos desiderabat: ⁊ mestus erat ꝓpt̃ea q ⁊ audieratis illũ ifirmatũ. Nã ⁊ infirmat⁹ ẽ vsq; ad mortẽ: ꝑ de⁹ miserius ẽ ei⁹. Nõsolũ aũt eius: verũecia et mei: ne tristiciã sup̃ tristiciã hr̃ez. Festinãti⁹ g̃ mi si illũ: vt viso eo itr̃ gaudeatis: ⁊ ego sine tristicia sim. Excipite itaq; illũ cũ oi gaudio in dño: ⁊ eiusmodi cũ honore habetote quoniam ꝓpter opus cristi vsq; ad mortez accessit. tradens animaz suam. vt impleret

id qđ ex vob ḃeerat erga meum obſeq̃um.

Capitulum. .III.

Hoc etero fratres mei gaudete ī domino. Eadem vobis ſcribere mihi q̃dem nō pigrum: vobis aūt neceſſarium. Videte canes: videte malos operarios: videte cōciſionē. Nos em̄ ſumus circūciſio qui ſpiritu ſeruimus deo: ⁊ gloriamur in xp̄o ihesu et nō in carne fiducią habentes: quā q̄ et ego habeam ꝓfidenciā in carne. Si q̃s alius videt ꝓfidere ī carne: ego magis. circūciſus octaua die ex genere iſrahel de tribu beniamin: hebre⁹ ex hebreis ſecundū legem phariſeus: ſecundū emulationē pſequēs eccleſiam dei: ſecundū iuſticiā q̄ in lege ē ꝓuerſatus ſine q̄rela. Sed q̃ mihi fuerūt lucra: hec arbitratus ſū ꝓpter xp̄m detrimēta. Verūtamen exiſtimo oīa detrimētum eſſe ꝓpter eminētem ſcienciam ihesu xp̄i dn̄i mei: ꝓpter quē oīa detrimētum feci et arbitror vt ſtercora vt xp̄m lucrifaciā: vt et inueniar in illo non habens meam iuſticiā que ex lege ē: ſed illā que ex fide eſt criſti. que ex deo eſt iuſticia in fide ad ꝓgnoſcendū illum. et vtutez reſurrectōnis eius. ⁊ ſocietatem paſſionū illi⁹. ꝓfigurat⁹ morti ei⁹: ſi quo modo occurrā ad reſurrectōz q̃ eſt ex mortuis: nō q̄ iam acceperim aut iam pfect⁹ ſim. Sequor autez ſi quō comp̄hendam in quo et ꝓp̄henſus ſum a criſto ihesu. Fratres: ego me ñ arbitror comp̄hendiſſe. Vnū aūt: que q̄dem retro ſū obliuiſcens ad ea vero q̃ ſunt priora extendens meip̄m: ad deſtinatum perſequor. ad brauiū ſupne vocatōis dei in criſto ihesu. Quicūq̄ ergo pfecti ſumus hoc ſenciam⁹: etſi aliquid aliud ſapitis: et hoc vobis de⁹ reuelauit. Veruntamē ad quod peruenim⁹ vt idem ſapiam⁹: ⁊ in eadem p̄maneamus regula. Imitatores mei eſtote fratres: et obſeruate eos q̃ ita ambulāt ſicut habetis formā noſtram. Multi em̄ ambulāt quos ſepe dicebam vob: nunc autem et flens dico inimicos crucis criſti: quorum finis interit⁹: quorū deus venter ē: et glia in cōfuſione ipſoruz qui terrena ſapiūt. Noſtra aūt ꝓuerſatio in celis eſt. Vnde etiā ſaluatorez expectam⁹ dn̄m n̄rm ihm̄ xp̄m: qui reformabit corp⁹ humilitatis n̄re ꝓfiguratum corpori claritatis ſue: ſecundū opatōnē q̃ etiā poſſit ſubicē ſibi oīa.

Capitulum. .IIII.

Itaq̄ fratres mei cariſſimi et deſiderantiſſimi: gaudiū meum ⁊ corona mea: ſic ſtate in dn̄o cariſſimi. Euchodiam rogo et ſinthicen deprecor idipſum ſapere in domino. Etiam rogo et te germane cōpar: adiuua illas que mecū laborauerūt in euangelio cum clemente ⁊ ceteris adiutoribz meis: quorum nomina ſūt in libro vite. Gaudete in dn̄o ſemper: iterū dico gaudete. Modeſtia vr̄a nota ſit oīm̄ibus hominibus. Domin⁹ em̄ p̄pe eſt. nihil ſoliciti ſitis: ſed in omni oratione ⁊ obſecratione cū grārūactōne peticiones veſtre inoteſcāt apud deum. Et pax dei q̃ exuperat oīez ſēſū: cuſtodiat corda vr̄a et ītelligēcias vr̄as ī xp̄o ih̄u. Decetero frēs q̄cunq̄ ſūt vera. q̄cūq̄ pudica. q̄cūq̄ iuſta. quecūq̄ ſancta. quecunq̄ amabilia. quecūq̄ bone fame: ſi q̃ virt⁹. ſi q̃ laus diſcipline. hec cogitate: que et didiciſtis. et accepiſtis. et audiſtis. et vidiſtis in me. Hec agite et de⁹ pacis erit vobiſcum. Gauiſus ſum autē in domino vehementer quoniam tandem aliquando refloruiſtis pro me ſentire ſicut ⁊ ſenciebatis. Occupati autē eratis. Non q̃ſi p̄pter penuriam dico. Ego em̄ didici in q̃bus ſum ſufficiens eſſe. Scio ⁊ humiliari: ſcio et habundare. Vbiq̄ et in oīm̄ibus inſtitut⁹ ſum: et ſaciari et eſurire ⁊ habūdari et penuriam pati. Omnia poſſum: in eo q̃ me confortat. Veruntamē bene feciſtis: cōmunicantes tribulationi mee. Scitis aūt et vos philipenſes q̄ in principio euāgelij quando pfectus ſū a macedonia. nulla mihi eccleſia cōmunicauit ī ratione dati ⁊ accepti. miſi vos ſoli: quia et theſſalonicā ſemel ⁊ bis in vſum mihi miſiſtis. Non quia quero datum: ſed requiro fructuz habundantem in ratione vr̄a. Habeo aūt oīa: et habundo. Repletus ſū acceptis ab epafrodito: q̃ miſiſtis in odorem ſuauitatis hoſtiā acceptā placentē deo. Deus aūt meus impleat oīe deſideriū veſtrū ſcōm diuicias ſuas in glia in xp̄o ih̄u. Deo aūt et patri noſtro glia: in ſecula ſeculorum amen. Salutate omnē ſanctum ī criſto ih̄u. Salutant vos qui mecum ſunt fratres. Salutant vos omnes ſancti: maxime autez qui de ceſaris domo ſunt. Gracia dn̄i noſtri ihesu criſti cum ſpiritu veſtro amen.

Finis epistole ad philipenses. Incipit epistole ad colosenses argumētū.

Colosēses.et hij sicut et laodicenses sūt asiani:et ipsi preuenti erant a pseudo apostolis.nec ad hos accessit ipe apostolus sed et hos p epl'am corrigit.Audierant enim verbum ab arcippo:q et ministeriū in eos accepit.Ergo apostolus iam ligatus scribit eis ab epheso p tichicum dyaconem q onesimum acolitum. Explicit argumentum. Incipit epistola ad colosenses.

Paulus apostol' ihesu cristi per voluntatē dei.q thimotheus frater:hijs q sūt colosis.sactis q fidelibo fratribus in cristo ihesu. Gracia vobis et pax a deo pre nostro.Gracias agimus deo et patri domini nostri ihesu cristi semper p vobis orantes:audientes fidem vestrā in cristo ihesu et dilectionē quam habetis in sanctos omnes propter spem que reposita est vobis ī celis:quā audistis in vbo veritatis euangelij quod puenit ad vos sicut et ī vniuerso mundo est:et fructificat et crescit sicut in vobis ex ea die qua audistis et pgnouistis graciam dei in veritate:sicut didicistis ab epafra carissimo conserua nostro:q est fidelis pro vobis minister cristi ihesu.Qui etiam manifestauit nobis dilectōnez vraz ī spiritu. Ideo et nos ex qua die audiuim? nō cessamus p vobis orantes:et postulantes vt impleamini agnitione volūtatis ei? in omni sapiencia q intellectu spirituali:vt ambuletis digne deo p omnia placentes:ī omni opere bono fructificantes et crescētes in sciencia dei:in omni virtute pfortati secundū potēciam claritatis eius ī omni paciencia et longanimitate:cuz gaudio gracias agentes deo patri:qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorū in lumine. Qui eripuit nos de potestate tenebrarū:et transtulit in regnum filij dilectionis sue:ī quo habemus redēptionem et remissionez peccatorum. Qui est ymago dei īuisibilis. primogenitus omnis creature:quoniaz ī ipo pdita sunt vniuersa in celis et in terra visibilia q inuisibilia. Siue throni siue dominatōes siue principat? siue pōtates:oīa in ipso et p ipsuz creata sunt .Et ipse ē ante omnes:et omnia in ipso pstant. Et ipse est caput corporis ecclesie qui est principium primogenitus ex mortuis:vt sit omnibus ipse primatum tenens.Quia in ipo cō placuit omnem plenitudinem inhabitare: et p ipsum recōciliari omnia in ipso.pacificans p sāguinem crucis eius sive que in terris sive que ī celis sunt. Et vos cū esse tis aliquādo alienati q inimici sensu.ī operibus malis:nūc autē reconciliati in corpore carnis eius per mortem. Exhibē vos sanctos et immaculatos q irreprehensibiles coram ipo:si tamen pmanetis ī fide fūdati et stabiles et immobiles a spe euangelij quod audistis:quod pdicatum est ī vniuersa creatura que sub celo est:cui? factus sum ego paulus minister:qui nūc gaudeo in passionibo p vobis:et adimpleo ea q̄ desunt passionum cristi in carne mea p corpore eius quod est ecclesia. Cuius fact? sū ego minister secundum dispensationez dei que data est mihi in vobis:vt impleaz verbum dei.misterium quod abscondituz fuit a seculis q generatōnibo:nūc aūt manifestatū est sanctis eius quibus voluit deus notas facē diuitias glorie sacramēti hui? in gētibus:q est cristus ī vobis spes glorie.quem nos ānunciam?:corripiētes omnem hominem et docentes in omni sapiencia:vt exhibeamus omnem hominem perfectum in cristo ihesu:in quo et laboro certando secundum operationem eius quam operatur in me in vtute. Capi. .II.

Colo em̄ vos scire ql̄em solicitudinē habeam p vob q p hijs q sūt laodicie.q q̄cunq; nō viderūt faciē meā in carne:vt cōsolent corda ipor īstructi ī caritate q ī oīs diuicias plenitudinis intellectus ī agnitōe misterij dei patris cristi ihu:ī q̄ sūt oīs thesauri sapiēcie q sciēcie absconditi.Hoc aūt dico:vt nemo vos decipiat ī sublimitate ꝓmonū. Nāetsi corpore absens sū:ꝑ spū vobiscū suz gaudēs q vidēs ordinē vrm.q firmamētū.ei? q̄ ī xpo ē fidei vre.Sicut ergo accepistis ihm xpm dnm nrm ī ipo ābulate:radicati et superedificati ī ipo.q pfirmati ī fide sicut et didicistis:habūdātes ī illo ī grārūactōe. Videte ne q̄s vos decipiat p philosophiaz q ī anem fallaciam:secundum traditionē hominum

secundū elemēta mūdi: ⁊ nō secundū xp̄m.
Quia in ip̄o inhabitat omīs plenitudo di-
uinitatis corporaliter: ⁊ estis ī illo repleti
q̄ ē caput omīs p̄ncipat⁹ et potestatis. In
quo et circūcisi estis circūcisione nō ma-
nufacta ī expoliatōe corporis carnis: sed ī
circūcisione xp̄i ꝑsepulti ei ī baptismo: in
quo ⁊ resurrexistis p̄ fidem opatōnis dei q̄
suscitauit illū a mortuis. Et vos cuz mor-
tui essetis in delictis et p̄putio carnis vr̄e
ꝓuiuificauit cū illo donās vob omīa deli-
cta: telēs qd̄ aduersus nos erat cyrog̃phū
decreti qd̄ erat ꝓtrariū nob. Et ipsuz tulit
de medio affigēs illud cruci: ⁊ expoliās p̄n
cipat⁹ et potestates t̄buxit ꝓfitēter: palam
triūphās illos ī semetip̄o. Nēo g̃ vos iudi-
cet ī cibo aut ī potu aut ī pte diei festi aut
neomenie aut sabbatorū q̄ sūt vmbra futu
ro⁹: corpus aūt xp̄i. Nemo vos seducat vo
lēs ī humilitate ⁊ religione angl'oz q̄ non
vidit. ambulās frustra īflatus sēsu carnis
sue: et nō tenēs caput ex q̄ totū corp⁹ p̄ ne-
xus et ꝓiūctōnes sūministratū et ꝓstructū
crescit ī augmentum dei. Si g̃ mortui estis
cū xp̄o ab elemētis hui⁹ mūdi: quid adhuc
tāq̄ viuētes ī mūdo discernitis: Ne tetige-
ritis. neq̄ gustaueritis. neq̄ contrectaue-
ritis: q̄ sūt omīa ī interitu ip̄o vsu secundū
p̄cepta ⁊ doctrinas hominū: q̄ sūt rationez
q̄dem habētia sapiēcie ī supstitiōe ⁊ humili-
tate et nō ad p̄cendū corpori: nō in hono-
re aliq̄ ad saturitatē carnis. Ca. .III.

Si cōsurrexistis cū xp̄o q̄ sursū
sunt q̄rite vbi xp̄us ē in dextra dei
sedens: q̄ sursū sūt sapite: nō q̄ sup
terrā. Mortui em̄ estis et vita vr̄a abscon-
dita ē cū xp̄o ī deo: cū aūt xp̄us apparuerit
vita vr̄a: tunc et vos apparebitis cū ip̄o in
glia. Mortificate g̃ mēbra vr̄a que sūt sup
terrā: fornicatōz. immūdiciā. libidinē. ꝓcu
piscēciā malā. et auariciā. q̄ ē simulacroz
seruitus: ꝓpter q̄ venit ira dei sup filios īcre
dulitatis. ī q̄bo et vos ambulastis aliq̄ndo
cū viueretis ī illis. Nūc aūt deponite ⁊ vos
omīa: irā. īdignatōz. maliciā. blasphemiā.
turpē ſmonē de ore vr̄o. Nolite mētiri īui-
cem: expoliātes vos veterē hoīnē cū acti-
bus suis et induētes nouū euz q̄ renouat̄
ī agnitōz dei: secūdū ymaginē ei⁹ q̄ creauit
eū: vbi nō ē masc'us et femīa gētilis et iu-
deus: circūcisio et p̄putiū. barbar⁹ ⁊ scita.
seruus et liber: sed omīa ⁊ ī omīb xp̄us. In-
duite vos ergo sicut electi dei sācti et dile-
cti viscera misericordie: benignitatē. hūili
tatem. modestiam. paciencia3. supportan-
tes inuicē et donātes vobismetip̄is si quis
aduersus aliquē habet q̄relam: sicut et do-
min⁹ donauit vob ita et vos. Sup omnia
aūt hec caritatē habete qd̄ ē vinculū perfe
ctōnis: et pax xp̄i exultet in cordib vr̄is.
ī qua et vocati estis ī vno corpe: ⁊ g̃ti esto-
te. Verbū cristi habitet ī vobis habunban
ter: ī omni sapiēcia docētes et ꝓmonentes
vosmetip̄os ī psalmis ymnis ⁊ cāticis spi-
ritalib ī gracia ctāātes ī cordib vr̄is deo.
Omne qd̄cūq̄ facitis ī ūbo aut ī opere: om-
nia ī nomīe dn̄i nr̄i ih̄u xp̄i: gracias agen-
tes deo et patri per ip̄m. Mulieres subdite
estote viris: sicut oportet in dn̄o. Viri dili
gite uxores vr̄as: et nolite amari esse ad il
las. Filij obedite parentibus p̄ omīa: hoc em̄
placitū ē ī dn̄o. Patres nolite ad iracūdiā
ꝓuocare filios vr̄os: vt ñ pusillo aīo fiāt.
Serui obedite p̄ omnia dn̄is carnalib: ñ
ad oculum seruientes q̄si hominib placētes: sed
ī simplicitate cordis timētes deū. Quodcū-
q̄ facitis. ex animo operamini. sicut dn̄o et
nō hominibus: sciētes q̄ a dn̄o accipietis re-
tributōz hereditatis. Domīo cristo seruite.
Qui em̄ iniuriā facit recipiet id qd̄ iniq̄ ges
sit: et nō ē personax accepcio apud deū.

Omī qd̄ iustū ē et equū. Ca. IIII.
Scientes q̄ et vos dn̄m
habetis ī celo. Orationi instate vi
gilātes ī ea ī grārūactōe: orantes simul et
p̄ nob: vt de⁹ aperiat nob ostiuz sermonis ad
loquendū misteriū xp̄i: p̄pt̄ qd̄ etiā vinct⁹ sū:
vt manifestem illud ita vt oportet me loqui
in sapiencia ambulate ad eos qui foris sūt:
tempus redimētes. Sermo vester semper
ī gracia sale sit condit⁹: vt sciatis quō opor-
teat vos vnicuiq̄ respōdere. Que circa me
sūt omnia vob nota faciet tych̄icus caris-
simus frater et fidelis mīster et ꝑseruus in
domino: quem misi ad vos ad hoc ipsuz vt
cognoscat que circa vos sūt: et consoletur
corda vestra cū onesimo carissimo et fideli
fratre q̄ ex vobis ē: qui omnia q̄ hic agun-
t̄ nota faciēt vobis. Salutat vos aristar-
cus cōcaptiuus meus: et marcus consobri
nus barnabe: de quo accepistis mandata.
Si venerit ad vos: suscipite illū. Et iesus q̄

dicitur iust⁹: qui sūt ex circūcisione. Hij soli sunt adiutores mei ī regno dei: qui mihi fuerūt solatio. Salutat vos epafras q̄ ex vobis ē ſuus cristi ihesu: semper solicitus pro vobis ī orationibus: vt stetis perfecti et pleni in omni voluntate dei. Testimonium enim illi perhibeo: q̄ habet multuz laborem pro vobis et pro hijs qui sunt laodicie et qui ierapoli. Salutat vos lucas medicus carissimus: et demas. Salutate fratres qui sunt laodicie et nymphan: et que in domo eius est ecclesiam. Et cū lecta fuerit apud vos epistola hec. facite vt et in laodicensium ecclesia legatur: et eam que laodicensium est vobis legatur. Et dicite archippo. Videte misterium quod accepisti in domino: vt illud impleas. Salutatio mea manu pauli. Memores estote vinculorum meorum. Gracia dñi ihesu vobiscū amen. Explicit epistola ad colosenses. Incipit argumētū ī epl̄az ad thessalonicēses p̄mā.

Thessalonicenses sunt macedones: qui accepto verbo veritatis perstiterunt in fide: eciam in persecutione ciuium suorum. Preterea nec receperūt falsos apostolos: nec ea q̄ a falsis apostolis dicebant. Hos collaudat apostolus scribens eis ab athenis: p̄ tithicum dyacōnum. et onesimum acolitum.

Finis huius argumēti. Incipit epistola prima ad thessalonicēses.

Paulus ⁊ siluanus ⁊ thimotheus: ecclesie thessalonicē sium in deo patre nostro ⁊ domino ihū cristo: gracia vobis et pax. Gracias agimus deo semper p̄ omnib⁹ vobis memoriam vestri facientes in orationibus nr̄is sine ītermissione: memores operis fidei vestre et laboris. et caritatis. ⁊ sustinēcie spei domini nr̄i ihū cristi: ante deum et patrem nostrū. Scientes fratres dilecti a deo electōnem vestram: quia euāgelium nostrum nō fuit ad vos in sermone tātum sed et in virtute et ī spiritusācto et in plenitudine mlta: sicut scitis quales fuerimus in vobis p̄pter vos. Et vos imitatores nostri facti estis et domini: eripientes verbum ī tribulatōe multa cū gaudio spiritusſācti: ita vt facti sitis forma omibus crēdētibus ī macedonia et ī achaia. A vob em̄ diffamatus est sermo dñi nō solū ī macedonia et ī achaia: sed et ī omī loco fides vestra que est ad deū p̄fecta est: ita vt ñ sit nobis necesse quicq̄ loqui. Ipsi em̄ de nob ānūciāt qualem introitum habuerim⁹ ad vos: et quō cōuersi estis ad deum a simulacris seruire deo vero et viuo: et expectare filium eius de celis quez suscitauit ex mortuis ihesum: quia eripuit nos ab ira ventura. Capitulum .II.

Nam ipsi scitis fratres introitū nostrum ad vos. quia nō ianis fuit: sed ātē passi multa: et cōtumelijs affecti sicut scitis ī philippis: fiduciam habuimus ī deo nostro loqui ad vos euāgelium dei ī multa solicitudine. Exhortatō em̄ nr̄a ñ de errore neq̄ de īmundicia neq̄ in dolo. sed sicut probati sumus a deo vt crederetur nobis euāgelium ita loquimur: ñ quasi hominibus placētes: s̄ deo qui probat corda nr̄a. Neq̄ em̄ aliquādo fuimus ī sermone adulatōis sicut scitis: neq̄ ī occasione auaricie deus testis est: nec querentes ab hominibus gloriam neq̄ a vobis neq̄ ab alijs cum possemus vobis oneri esse vt cristi apostoli. Sed facti sum⁹ paruuli ī medio vestrum tāq̄ si nutrix foueat filios suos: ita desiderantes vos cupide. volebam⁹ tradere vobis nō solum euāgelium dei sed eciam animas nostras: quoniam carissimi nobis facti estis. Memores em̄ facti estis fratres laboris nr̄i et fatigatōis: die et nocte operantes. ne quem vestrum grauaremus: predicauimus ī vobis dei euāgelium. Vos testes estis et deus: q̄ sancte et iuste ⁊ sine querela vobis qui credidistis fuimus sicut scitis: qualiter vnūquenq̄ vestruz sicut pater filios suos deprecātes vos et cōsolātes: testificati sumus vt ambularetis digne deo qui vocauit vos ī suum regnum et gloriam. Ideo et nos gracias agim⁹ deo sine ītermissione: qm̄ cū accepissetis a nob vbum audit⁹ dei. accepistis illud nō vt verbum hominū s̄ sicut est vere vbum dei: qui operatur in vobis qui credidistis. Vos em̄ imitatores facti estis fratres ecclesiar̄ dei que sunt in iudea in cristo ihesu: quia eadē passi estis et vos a contribulibus vestris sicut et ipsi a iudeis: qui et dominum occiderunt ihesum et p̄phetas et nos persecuti

sūt: et deo nō placēt. et omnib⁹ hominib⁹ aduersanē: phibētes nos gentilibus loqui vt salue fiant: vt impleāt peccata sua sēper. Preuenit eī ira dei sup illos vsq⁹ in finem. Nos aūt frēs desolati a vobis ad tēpus ore. aspectu nō corde: habūdāti⁹ festinauimus faciem vr̄az videre cū multo desiderio: qm̄ noluim⁹ venire ad vos. Ego quidem paulus et semel et iterū: sed impediuit nos sathanas. Que ē eniz nostra spes aut gaudium aut corona glie? Nōne vos ante dominū nostrum ihesum christum ī aduētu ei⁹? Vos enim estis gloria nostra et gaudiū.

Capitulum. .III.

Propter quod non sustinentes amplí⁹. placuit nobis remanere athenis solis: ⁊ misim⁹ thimotheū fratrem nostrum et ministrū dei ī euangelio christi ad cōfirmādos vos ⁊ exhortandos p fide vestra: vt nemo moueatur ī tribulationib⁹ istis. Ipsi em̄ scitis: q ī hoc positi sumus. Nam ⁊ cū apud vos essemus p̄diceba mus vob⁹ passuros nos tribulatōnes: sicut et factū ē et scitis. Propterea et ego amplius nō sustinēs misi ad cognoscendā fidem vestram: ne forte tēptauerit vos is qui tēptat: et inanis fiat labor noster. Nūc autē veniente thimotheo ad nos a vobis et annunciāte nobis fidem et caritatem vestrā: et quia memoria nostrī habetis bonā: semper desiderantes nos videre. sicut et nos q̄z vos: ideo cōsolati sumus frates. in vobis in omni necessitate ⁊ tribulatōe nostra per fidem vestrā: quoniaz nunc viuim⁹: si vos statis in domino. Quā enim graciarum actionem possumus deo retribuere pro vob⁹ in omni gaudio quo gaudemus ꝓpter vos ante deum nostrū: nocte ac die habundantius orātes vt videam⁹ faciem vestrā ⁊ cōpleamus ea q̄ desunt fidei vestre? Ipse autē deus et pater noster et dominus ihesus christus dirigat viam nostraz ad vos. Vos aūt dominus multiplicet: et habundare faciat caritatē vestram ininuicem et in omnes: quemadmodum et nos in vobis ad confirmanda corda vr̄a sine querela in sāctitate ante deū et patrem nostrum ī aduentu domini nostri ihu christi cum omnibus sāctis eius amen.

Capitulum. .quartum.

De cetero ergo fratres rogam⁹ vos et obsecramus in dño ihu: vt quēadmodum accepistis a nobis quō oporteat vos ambulare ⁊ placere deo sicut ⁊ ambulatis: vt abūdetis magis. Scitis eī que p̄cepta dederim vob⁹ p dominū ihesuz. Hec ē aūt volūtas dei sāctificatō vr̄a vt abstineatis vos a fornicatōe: vt sciat vnusq̄sq⁹ vr̄m vas suū possidere in sanctificatōe ⁊ honore: nō ī passione desiderij sicut et gentes q̄ ignorāt deuz. Et ne quis supgrediat neq⁹ circūueniat ī negocio frem suum: qm̄ vindex ē dñs de hijs oīnib⁹ sicut p̄dixim⁹ vobis et testificati sumus. Nō em̄ vocauit nos de⁹ ī immūdiciam: ꝙ in sāctificatōez. Itaq⁹ q̄ hec spernit nō hominē spernit sed deū: qui etiā dedit spiritū suū sāctū in nobis. De caritate aūt fraternitatis ñ necesse habuimus scribere vobis. Ipi em̄ vos a deo didicistis: vt diligatis inuicē. Etenim illud facitis ī oīes fratres: ī vniuersa macedonia. Rogam⁹ aūt vos frēs vt habūdetis magis: et operā detis vt q̄eti sitis. et vt vr̄m negociū agatis. vt opamini manibus vr̄is sicut p̄cepim⁹ vob⁹: ⁊ vt honeste ambuletis ad eos q̄ foris sūt. ⁊ nullius aliq̄d desideretis. Nolumus aūt vos ignorare frēs ō dormientibus: vt nō contristemini sicut et ceteri qui spem nō habent. Si enim credimus q⁹ ihesus mortuus ē et resurrexit: ita et deus eos qui dormierunt p ihesum adducet cum eo. Hoc enim vobis dicimus ī verbo domini: quia nos qui viuimus qui residui sumus: in aduentu domini nō p̄euenie mus eos qui dormierunt. Quoniā ipse dominus in iussu et in voce archāgeli: ⁊ ī tuba dei descendet de celo: et mortui qui ī christo sunt resurgēt primi. Deinde nos q̄ viuimus qui relinq̄mur simul rapiemur cū illis ī nubibus obuiā christo in aera: et sic semper cum domino erim⁹. Itaq⁹ consolamini inuicem in verbis istis.

Capitulum. .V.

De temporibus autez et momentis fratres non indigetis vt scribam⁹ vobis. Ipsi enim diligēter scitis: q⁹ dies domini sicut fur in nocte ita veniet. Cum em̄ dixerit pax et securitas: tunc repentinus eis supueniet interitus sicut dolor in vtero habentis: et nō effugiēt. Vos autez fratres non estis in tenebris: vt vos

dies tanq̄ fur ꝓprehendat. Oñes eñ vos filij lucis estis: ⁊ filij diei. Non estis noctis neq; tenebrarum. Igitur nō dormiam⁹ sicut ⁊ ceteri: sed vigilemus ⁊ sobrij simus. Qui enim dormiunt nocte dormiūt: et qui ebrij sunt nocte ebrij sūt. Nos aūt qui diei sumus sobrij sumus: induti loricam fidei ⁊ caritatis et galeam spem salutis: quoniaz non posuit nos deus in iram sed in acquisicionem salutis per dominū nostrum ihesum cristuz qui mortuus est pro nobis: vt siue vigilemus siue dormiamus: simul cuz illo viuamus. Propter quod consolamini inuicem et edificate alterutrum: sicut ⁊ facitis. Rogamus autem vos fratres vt noueritis eos qui laborant inter vos. et presunt vobis in domino. ⁊ monēt vos: vt habeatis illos habundantius in caritate et propter opus illorum: et pacem habete cū eis. Rogamus autem vos fratres: corripite inquietos. consolamini pusilanimes. suscipite infirmos: pacientes estote ad omnes. Videte ne quis maluz pro malo alicui reddat: sed semper quod bonum est sectamini ininuicem ⁊ in omnes. Semper gaudete: sine intermissione orate: in omnibus gracias agite. Hec est enim voluntas dei in cristo ihesu: in omnibus vobis. Spiritum nolite extinguere: ꝓphecias nolite spernē. Omnia autem probate: quod bonum ē tenete: ab omni specie mala abstinete vos. Ipse aut̄ de⁹ pacis sanctificet vos p omnia: vt integer spiritus vester et anima et corpus sine querela in aduentu domini nostri ihesu cristi seruetur. Fidelis est deus q̄ vocauit vos: q̄ eciaz faciet. Fratres: orate p nobis. Saluta te fratres omnes: in oscu lo sancto. Adiuro vos per dominum: vt legatur epistola hec oñibus sanctis fratribus. Gracia domini nostri ihesu cristi vobiscum amen.

Finitur epistola p̄ma ad thessalonicenses Incipit argumentum in epistolam secūdā

AD thessalonicenses secundam scribit epistolam apostolus: et notum facit eis ō temporibus nouissimis ⁊ de aduersarij deiectione. Scribit hāc epistolam ab athenis per titum dyaconem et onesimum acolitum.

Explicit argumentum Incipit epistola secunda ad thessalonicenses.

PAulus ⁊ siluanus ⁊ thimotheus ecclesie thessalonicē sium in deo patre nostro ⁊ domiō ihesu cristo: gracia vob̄ et pax a deo patre nostro et domino ihesu cristo Gracias agere debemus semper deo p vob̄ fratres ita vt dignum est: quoniaz supcrescit fides vestra et habundat caritas vniuscuiusq̄ vestrum ininuicem: ita vt et nosipsi in vobis gloriemur in ecclesijs dei pro paciencia vestra et fide et in omnibus psecutionibus vestris et tribulationib quas sustinetis in exemplum iusti iudicij dei: vt digni habeamini in regno dei p quo et patimini: si tamē iustum est apud deum retribuere retributōnez hijs qui vos tribulāt: et vobis qui tribulamini requiē nobiscum in reuelatōne dñi ihesu de celo cuz angelis virtutis eius in flamma ignis dantis vindictam hijs qui nō nouerunt deum et q̄ nō obediunt euangelio domini nostri ihu cristi. Qui penas dabunt in interitu eternas a facie domini et a gl̄ia virtutis eius: cuz venerit glorificari ī sanctis suis. ⁊ āmirabilis fieri in omnib q̄ credider ūt: quia creditum ē testimonium nostrū sup vos ī die illo. In quo etiā oram⁹ semp p vobis vt dignet̄ vos vocatione sua vocare deus: ⁊ impleat omnē voluntatē bonitatis sue ⁊ op⁹ fidei in ōtute: vt clarificetur nomen domini nostri ihesu cristi ī vobis: ⁊ vos in illo: secundū graciā dei nostri et dñi ihu cristi.

Capitulum .II.

ROgam⁹ aūt vos fratres p aduentū dñi nostri ihesu cristi et nr̄e cōgregationis ī ip̄m: vt nō cito moueamini a vro sensu neq; terreamī neq; p spiritum neq; p sermonem neq; per epistolaz tanq̄ p nos missam. q̄si instet dies domini. Ne quis vos seducat vllo modo. Quoniam nisi venerit discessio primum: et reuelatus fuerit homo peccati filius perditōnis. qui aduersatur et extollitur supra oñe quod dicitur deus aut quod colitur: ita vt ī templo dei sedeat ostendens se tanq̄ sit de⁹. Nō retinetis q̄ cū adhuc essē apud vos hec dicebam vob̄. Et nunc q̄d detineat scitis: vt

reuelef in suo tēpore. Nam misterium iaz operatuz iniquitatis: tm̄ vt qui tenet nūc.
e teneat: donec de medio fiat. Et nūc reuelabitur ille iniqu⁹ quē dn̄s ihesus interficiet spū oris sui: z destruet illustratōne aduentus sui: eū cui⁹ est aduentus secundū operationem sathane in omni vtute et signis et prodigijs mendacibz et in omni seductione iniquitatis hijs qui periunt: eo q caritatem veritatis nō receperūt vt salui fierent. Ff Ideo mittet illis deus operationē erroris vt credant mēdacio: vt iudicent oēs qui crediderunt veritati: sed pſēserūt iniq̄tati. Nos autem debem⁹ agere gracias deo semper pro vobis fratres dilecti a deo: q elegerit nos deus primcias in salutē i sanctificatione spūs z in fide veritatis: i quaz et vocauit vos per euangelium nr̄m i acq̄sitionē glorie dn̄i nostri ihesu xp̄i. g Itaq; fratres state: z tenete traditiones quas didicistis: siue p sermonez siue p epl'az nr̄az. Ipse autez dominus nr̄ ihesus xp̄c et deus et pater noster q dilexit nos: z dedit pſolationem eternam z spem bonam in grā exhortet corda vestra: et confirmet in omni opere et sermone bono.

Capitulum. III.

h De cetero fratres orate pro nob vt sermo dei currat et clarificet sicut et apud vos: z vt liberemur ab importunis et malis hominib. Nō em̄ oim est fides. Fidelis aūt dn̄s est qui cōfirmabit vos: et custodiet a malo. Cōfidim⁹ aūt de vobis fratres i domiō: qm̄ q p̄cipimus z facitis: z facietis. Dn̄s aut̄ dirigat corda vestra i caritate dei: z paciēcia xp̄i. Denūciamus aūt vobis frēs in nomīe dn̄i nostri ihesu xp̄i: vt subtrahatis vos ab omni fre ābulante inordinate: z nō secūdum traditionez quā acceperūt a nobis. Ipi em̄ scitis qnemadmoduz oporteat imitari nos: qm̄ nō inquieti fuim⁹ inter vos neq; gratis panē māducauim⁹ ab aliquo: sed in labore z fatigatione nocte z die operātes: ne quē vm̄ grauarem⁹. Nō q̄si nō habuerim⁹ potestatē: sed vt nosmetipsos formā daremus vobis ad imitādum nos. Nam et cuz essem⁹ apud vos hoc denūciabam⁹ vob: qm̄ si q̄s n̄ vult operari: nec mādducet. Audiuim⁹ em̄ inf vos q̄sdaz ambulare inquiete nihil opantes: sz curiose agentes. Dijs aūt q eiusmodi sunt denūciam⁹ z obsecram⁹ in dn̄o ihesu cristo vt cū silēcio opantes: suū
b panē mādducent. Vos aūt frēs nolite deficere bñfacientes. Quod si q̄s n̄ obedit vbo nr̄o p epl'am hūc notate: et non cōmiscea mi cū illo vt cōfūdat. Et nolite q̄si inimicum existimare: sz corripite vt fratrē. Ipe aūt de⁹ pacis det vobis pacem sēpiternaz i omī loco. Dn̄s cū omnib vobis. Salutatio mea manu pauli: quod ē signum in oī epistola. Ita scribo: Gracia domini nostri ihesu cristi cum omnib vobis amen.

Explicit epistola secunda ad thessalonicēses. Incipit argumentum i epistolam primam ad thimotheum.

Timotheum instruit z docet de ordinatione episcopatus et dy̆aconi et oīs ecclesiastice discipline: scribens ei a laodicia p tithicum dy̆aconem.

Explicit argumentum. Incipit epistola ad thimotheum prima.

Paulus apostol⁹ ihesu xp̄i secundū impetium dei salvatoris nostri z cristi ih̄u spei nostre: thimotheo dilecto filio in fide: gracia et misericordia et pax a deo patre z cristo ihesu domino nostro. Sicut rogaui te vt remaneres epheſi cū irem in
d macedoniam. vt denunciares quibusdā ne aliter docerent: neq; intenderent fabulis z genealogijs interminatis: que questiones prestant magis q̄ edificationez dei que est in fide. Finis autez precepti est caritas: de corde puro. z consciencia bona: et fide non ficta. A q̄busdā q̄dā aberrantes cōuersi sūt i vaniloquium: volentes esse legisdoctores nō intelligentes neq; que loquuntur: neq; de quibus affirmant. Scimus autem quia bona ē lex si quis ea legittime vtatur: sciētes hoc quia lex iusto nō est posita sed iniustis z nō subditis: impijs z peccatoribus sceleratis et cōtaminatis patricidis z matricidis homicidis fornicarijs masculorum cōcubitoribus. plagiarijs mendacibus et periuris: z si quid aliud sane doctrine aduersatur: que est secūdum euangelium gl'e

beati dei quod creditū ē mihi. Grās ago ei q̄ me ꝓfortauit ī xp̄o ihu dño nr̄o: qr fidelem me existimauit ponēs ī mīsterio. Qui pri⁹ blasphem⁹ fui ⁊ psecutor et ꝓtumeliosus: sz misericordiā dei ꝓsecut⁹ sū qr ignorans feci ī incredulitate. Supabundauit aūt grā dñi nr̄i cū fide ⁊ dilectione q̄ est in xp̄o ihu. Fidelis ſmo ⁊ omī acceptōne dignus: qr xp̄c ihs venit ī hūc mundū peccatores saluos facere: quor prim⁹ ego sum. Sz ideo miserior diā cōsecutus sum: vt in me primo ostenderet xp̄s ihs omnē paciēciam ad informationē eor q̄ credituri sūt illi ī vitaz eternaz. Regi aūt seculor īmortali. inuisibili soli deo honor ⁊ gl'a: ī secula seculor amē. Hoc preceptū cōmēdo tibi fili thimothee scom p̄cedētes ī te ꝓphetias: vt milites ī illis bonā militiam habēs fidē ⁊ bonā cōsciencīam. Quā quidē repellentes circa fidem naufragauerūt: ex quibo ē hymeneus ⁊ allexāder quos tradidi satha-
ne: vt discant non blasphemare.

Capitulum. .II.

Obsecro igit̄ primum oīm fieri obsecratōnes orationes postulatōes grārūactiones p omnib hom̄ib: p regib ⁊ oīb q̄ ī sublimitate sūt ꝓstituti: vt quietā ⁊ trāquillā vitā agamus ī omni pietate ⁊ castitate. Hoc em̄ bonū ē ⁊ acceptū corā saluatore nostro deo: q̄ oēs hoīes vult saluos fieri: ⁊ ad agnitionē veritatis venire. Unus em̄ de⁹ vn⁹ ⁊ mediator dei et hoīm homo xp̄s ihs: q̄ dedit redemptionē semetip̄m p omib. Cuius testimoniuz tēporib suis cōfirmatū ē: in q̄ positus sum ego predicator ⁊ ap'lus. Veritatē dico ⁊ nō mencior: doctor gentiuz in fide ⁊ veritate. Uolo ḡ viros orare in omī loco: leuantes puras manus sine ira ⁊ disceptatione. Similiter ⁊ mulieres in habitu ornato. cū verecundia ⁊ sobrietate ornantes se: ⁊ nō in tortis crinib aut auro aut margaritis vl' veste preciosa: sz q̄ decet mulieres: promittentes pietatē p opera bona. Mulier in silencio discat: cū omī subiectione. Docere aūt mulieri nō permitto neq; dominari in virum: sz esse in silentio. Adam em̄ prim⁹ format⁹ ē deinde eua: ⁊ adā nō ē seduct⁹: mulier aūt seducta in p̄uaricatione fuit. Saluabit̄ aūt p filior generationez: si permanserit ī fide ⁊ dilectione ⁊ sanctificatōe cum sobrietate.

Capitulum. .III.

Idelis sermo. Si quis episcopatū desiderat: bonū op⁹ desiderat. Oportet aūt episcopū irreprehensibilez esse. vnius uxoris vir: sobriuz. ornatum. prudentē. pudicū. hospitalē. doctorē. nō violentū. nō percussorē. sz modestū. nō litigiosū. nō cupidū: sz sue domui bñ prepositum: filios habentē subditos cū omī castitate. Si q̄s autē domui sue preesse nescit: qūo eccl'sie dei diligēciā habebit? Nō neophitū: ne in supbiam elatus ī iudiciū incidat dy̆aboli. Oportet aūt ⁊ illū habē testimoniū ab hijs q̄ foris sūt. vt nō ī obprobriū incidat ⁊ ī laqueū dy̆aboli. Dy̆aconos similiter pudicos. nō bilingues. nō multo vino deditos. nō turpe lucrū sectātes: habentes misteriū fidei in ꝓsciencia pura. Et hij aūt probent̄ primū: ⁊ sic ministrēt nullum crimē habentes. Mulieres similit̄ pudicas: nō detrahētes. sobrias. fideles ī oīb dy̆acones sint uni⁹ uxoris viri: q̄ filijs suis bñ p̄sint. et suis domib. Qui em̄ bñ ministrauerīt. gradū bonū sibi acquirēt: ⁊ ml'tam fiduciaz ī fide q̄ ē in xp̄o ihu. Hec tibi scribo fili thimothee: sperās me ad te venire cito. Si autem tardauero: vt scias qūo oporteat te ī domo dei cōuersari q̄ ē ecclesia dei viui: colūna ⁊ firmamētū veritatis. Et manifeste magnū ē pietatis sacramentum qđ manifestū ē in carne. iustificatū ē ī spū: apparuit angelis. p̄dicatū ē gētibus: creditū ē in mūdo. assumptū est in gloria.

Capitulum. .IIII.

Spiritus aūt manifeste dicit. quia in nouissimis tēporibus discedent quidā a fide: attēdentes spiritibus erroris ⁊ doctrinis demonior in y̆pocrisi. loquentiū mendaciū ⁊ cauteriatā habētiū suā ꝓsenciā: ꝓhibentiū nubere: abstinere a cibis q̄s deus creauit ad percipienduz cum grārūactione fidelib: ⁊ hijs q̄ cognouerūt veritatē. Quia oīs creatura dei bona: ⁊ nihil reiciēdū qđ cū grārūactōe p̄cipit̄. Sanctificatur em̄ per verbuz dei ⁊ orationem. Hec ꝓponēs frib. bon⁹ eris minister xp̄i ihu: enutrit⁹ vbis fidei ⁊ bone doctrine quā assecutus es. Ineptas aūt ⁊ aniles fabl'as

deuita .Exerce aũt teipm ad pietatẽ. Nam corporal exercitatõ ad modicũ vtil ẽ. Pietas aũt ad omia vtilis ẽ: ꝓmissionẽ habẽs vite: q nũc est ꝙ future. Fidel sermo: ꝙ omi acceptione dignus· In hoc em laboramus ꝙ maledicimur qꝛ speram⁹ in deũ viuũ: qui ẽ saluatꝛ oim hominũ :maxime fideliuz. Precipe hec ꝙ doce. Nemo adolescẽciã tuã cõtemnat: sz exemplũ esto fideliũ. ĩ verbo. in ꝓuersacione . ĩ caritate. in fide .in castitate. Dũ venio attẽde lectioni. exhortacioĩ doctrine. Noli negligere grãz q in te ẽ: que data ẽ tibi ꝑ ꝓphetiã cũ impositõe manuũ pbiterij .Hec meditare: in hijs esto: vt ꝓfectus tuus manifest⁹ sit omnib. Attende tibi ꝙ doctrine: insta ĩ illis. Hoc em faciẽs. ꝙ teipsum saluũ facies :ꝙ eos q te audiũt.

Capitulum. .V.

Eniorem ne increpaueris: sed obsecra vt patrem. Iuuenes vt frres. anus vt matres :iuuẽculas vt sorores ĩ omni castitate .Elibuas honora :q vere vidue sũt. Si qua aũ vidua filios aut nepotes habet :discat primũ domuz suam regere ꝙ mutuam vicem reddere parentib. Hoc em acceptũ ẽ coram deo. Que aũt vere vidua ẽ et desolata speret in deũ: et ĩstet obsecrationib ꝙ oratõnib die ꝙ nocte . Nã que in delicijs ẽ: viuẽs mortua ẽ. Et hoc ꝑcipe: vt irreprehẽsibiles sint . Si quis aũt suoꝝ ꝙ maxime domesticoꝝ curã nõ habet fidem negauit: ꝙ ẽ infideli deterior. Vidua eligatur non minus sexaginta annoꝝ. que fuerit vnius viri vxor: ĩ opibus bonis habens testimoniũ: si filios educauit . si hospicio paupes recepit si sanctorũ pedes lauit :si retributõnem paciẽtib sũministrauit :si omne opus bonũ subsecuta ẽ . Adolescentiores autem viduas deuita . Cũ em luxuriate fuerint in cristo nubere volunt: habentes damnatõnem: quia primaz fidez irritam fecerũt . Simul autẽ et ociose discunt circuire domos :nonsolum ociose sed ꝙ verbose ꝙ curiose: loquẽtes que nõ oportet. Volo autez iuniores nubere .filios ꝑcreare matresfamilias esse :nullam occasionem dare aduersario maledicti gracia. Jam enim quedam cõuerse sunt retro p⁹ sathanan. Si quis fideles viduas sũministret illis vt nõ graueꝭ ecclesia: vt hijs que vere vidue sũt sufficiat . Qui bñ presũt ꝑbiterij duplici honore digni habeãꝭ: maxime q laborãt in verbo ꝙ doctrina. Dicit ei scriptura. Nõ ifrenabis os boni triturãti. Et dign⁹ ẽ operarius mercede sua . Aduers⁹ pbiterꝝ accusationez noli recipe :nisi sub duob aut trib testib. Peccãtes corã omnib argue: vt ꝙ ceteri timorẽ habeãt. Testor coraz deo ꝙ xpo ihu ꝙ electis angelis: vt hec custodias sine ꝓiudicio :nihil faciẽs ĩ alterã ptem declinãdo .Manus cito nemi imposueris :neqꝝ cõmunicaueris peccatis alienis. Teipm castuz custodi. Noli adhuc aquã bibere: sz modico vino vtere ꝓpt stomachũ tuũ ꝙ frequẽtes tuas infirmitates. Quorundaz hominum peccata manifesta sũt ꝓcedentia ad iudiciũ: quorũdã aũt subsequũtꝭ. Similit ꝙ fcta bona manifesta sũt: et q aliter se habent abscondi nõ possunt.

Capitulum. .VI.

Elicũqꝝ sũt sub iugo serui dominos suos omi honore dignos arbitrẽtur: ne nomen dñi ꝙ doctrina blasphemet. Qui aũt habent dños nõ cõtemnant quia fratres sũt :sed magis seruiant quia fideles sũt et dilecti :qꝛ benefitijs dei ptícipes sũt hec doce: et exhortare. Si qs aliter docet. ꝙ nõ acquiescit sanis sermonibus dñi nostri ihu christi .et ei q secũdum pietatem ẽ doctrine: superbus nihil sciens sz languens circa questiones ꝙ pugnas vborum ex quibus oriunt inuidie. ꝓtentõnes. blasphemie. suspiciones male. cõflictatões hoim mente corruptoꝝ ꝙ qui veritati priuati sũt: existimãtiũ questuz esse pietatez. Est aũt quest⁹ magnus: pietas cũ sufficiẽcia. Nihil em intulim⁹ in hũc mũdũ (haut dubiũ) qꝛ nec auferre qd possumus: habẽtes aũt alimẽta ꝙ quib tegamur: hijs ꝓtẽti simus. Naz q volũt diuites fieri. incidũt in tẽptationez et ĩ laqueũ dyaboli ꝙ desideria mlta iutilia ꝙ nociua: q mergũt hoies in interitũ ꝙ perditionẽ. Radix em omniũ maloꝝ ẽ cupiditas :quã qdã appetẽtes erraueruũt a fide: ꝙ infuerũt se doloribz mltis. Tu aũt o homo dei hoc fuge. Sectaé vero iusticiam. pietatẽ. fidem .caritatẽ .paciẽciam .mãsuetudinẽ. Certa bonuz certamen fidei: ꝓprehende vitã eternã: ĩ q vocat⁹es ꝙ ꝓfessus bonã ꝓfessionẽ corã mltis testib. Precipio .tibi coram deo qui viuificat oia ꝙ xpo ihu q testimoniũ reddidit sub põcio

platŏ bonā cōfessionē: vt ꝓues mādatum
sine macula irrepbensibile vsq; in aduētū
dñi nr̄i ihū xp̄i: quē suis tēporibꝫ ostendet
beatus et solus potēs rex regū ⁊ dominus
dominātium: qui solus habet immortali-
tatē et lucem habitat inaccessibilem: quez
null⁹ hoīm vidit sz nec vidē potest: cui bo-
nor ⁊ imperiū ī sempiternum amen. Diui-
tibus hui⁹ seculi precipe nō sublime sapē:
neq; sperare in incerto diuiciaꝝ sed in deo
viuo qui prestat nobis omnia habūde ad
fruendū: bene agre: diuites fieri ī bonis
operibus: facile tribuere. cōmunicare: the-
saurizare sibi fundamētum bonum in fu-
turū: vt apprehendant veram vitam. O thi-
mothee depositum custodi: deuitās ꝓpha-
nas vocum nouitates et oppositiones falsi
nomis sciencie: quā q̄dā ꝓmittentes circa
fidem exciderunt. Gracia tecum amen.

Explicit epistola prima ad thimotheum.
Incipit argumentū in epistolā secūdam.

Item thimotheo scribit de ex-
hortatione martirij ⁊ omnis
regule veritatis: ⁊ quid futu-
rum sit temporibus nouissi-
mis. et de sua passione: scri-
bens a roma.

Finit argumentum. Incipit epistola se-
cūda ad thimotheū.

Paulus apostolus ihū xp̄i
per voluntatem dei secūdū
promissionem vite que est
ī xp̄o ihesu. thimotheo ca-
rissimo filio: gracia et mi-
sericordia et pax a deo p̄re
nostro ⁊ xp̄o ihesu domino nostro. Graci-
as ago deo meo cui seruio a progenitorib⁹
meis in ꝓsciencia pura: q̄ sine intermissio-
ne habeam tui memoriam in orationibus
meis nocte ac die desiderans te videre me-
mor lacrimaꝝ tuarum vt gaudio implear.
Recordationem accipiens ei⁹ fidei que est ī
te nō ficta que ⁊ habitauit primuz in auia
tua loide ⁊ mr̄e tua eunice. Certus suz ego
aūt q̄ ⁊ in te ꝓpter quā causam amoneo te
vt resuscites grāz dei q̄ ē in te p̄ impositio-
nē manuū meaꝝ. Nō em̄ dedit nobis deus

spm̄ timoris sz ⁊ututis ⁊ dilectōnis ⁊ sobrie-
tatis. Noli itaq; erubescere testimoniū dñi
nr̄i ihū xp̄i neq; me vinctū ei⁹: sz collabora
euangelio ꝑm ⁊ututē dei. q̄ nos liberauit et
vocauit vocatōe sua sācta: ñ scōz opa nr̄a
sz scōm ꝓpositū suū ⁊ grām. q̄ data ē nobis
ī xp̄o ihū añ tpa secularia. Manifestata ē
aūt nūc p illuminatōez saluatoris nr̄i ihū
xp̄i q̄ destruxit quidē mortē. illumīauit aūt
vitā ⁊ incorruptōem p euangeliū: in q̄ po-
sit⁹ sum ego p̄dicator ⁊ aplus et mgr̄ gen-
tiū. Ob quā causā etiā hec patior: sz nō ꝓ-
fūdor. Scio em̄ cui credidi: et cert⁹ sum q̄
potēs ē depositū meū ꝑuare ī illū diē. Form̄
habe sanoꝝ verboꝝ q̄ a me audisti ī fi-
de ⁊ ī dilectōne ī ihū xp̄o. Bonū depositum
custodi p spm̄ssāctū q̄ habitat ī nob. Scis
em̄ hoc q̄ auersi sūt a me oēs q̄ ī asya sūt:
ex q̄bꝫ ē phigel⁹ ⁊ hermogenes. Det miscōiaz
domi⁹ onesiforo domui: q̄ sepe me refrige-
rauit ⁊ cathenā meā ñ erubuit: sz cū ro-
mā venisset solicite me q̄siuit ⁊ inuenit. Det
illi dñs inuenire miscōiam a deo in illa die.
Et quanta epbesi mīstrauit mihi tu meli⁹
nosti. Capitulum. .II.

Tu g̃ fili mi ꝓfortaē ī grā q̄ ē in xp̄o
ihū: ⁊ q̄ audisti a me p multos te-
stes bec ꝓmenda fidelibꝫ hoīb⁹ qui
ydonei erūt ⁊ alios docē. Labora sicut bo-
nus miles xp̄i ihū. Nemo militās deo. im-
plicat se negocijs sc̄l'aribꝫ: vt ei placeat cui
se ꝓbauit. Nā ⁊ q̄ certat ī agone ñ corona-
